dam ſed potius opinabilia. Præmiſſis igitur inſpectis: patet q̄ ſcientia dei nō eſt niſi vniformis, qua liter cūq̄ circa res accidat variatio: quia neq̄ ex parte dei ſcientis poteſt variari; quia non acquirit alicuius ſcientiam de nouo, neq̄ augmentum neq̄ diminutionē eius. Nō em̄ poteſt ſcire plura vel pauciora vel alio modo vel alia, q̄ ſcit: & hoc maxime quo ad ſciētiam pure ſpeculatiuam. Similiter quantum eſt ex parte ſua quo ad eius ſcientiam quaſi practicam qua nouit operanda determinata per eius voluntatem. Idē em̄ eſt iudiciū quo ad hoc de ſcire particularia & vlia: plura vel pauciora quia ſcientia dei ſecundum prædicta etſi non determinat facienda vel non facienda: perfecte tamē perſcrutatur determinationē ſuæ voluntatis quo ad facienda & non facienda. Ita q̄ ſicut deus ab æterno potuit velle ſe eē facturū plura vel pauciora vel alia: ita ab æterno potuit ſcire plura, vl' pauciora, vel alia ſe eſſe facturum: & ſcire ſe eſſe facturū q̄ non eſt facturus: & hoc ſine omni mutatiōe: quia ſine pluralitate mutationis contrariorum circa idem: quia non exit de habitu ſciendi in actū: nec tamen hoc fuiſſet ſcire alia plura vel pauciora. Idem em̄ ſemper eſt ſcitum incōplexum ſiue ſciatur hoc facturus ſiue nō facturus: ſicut ſiue ſciatur eſſe vel non eſſe: fuiſſe vel fore: & ideo eadē ſciē tia, vt dictum eſt. Et ꝓterea vnū eſt qđ omino prohibet variationem eſſe circa ſciētiam dei, ſ. q̄ oīs variationis modus circa res ſiue ſub ratione incomplexi: ſiue ſub ratione complexi ſimul comp̄hendit ab æterno: & hoc quantum eſt ex parte nunc æternitatis ſuæ. Si enim vna dictio eſſet impoſita ad ſignandum nunc æternitatis prout abſtrahit ab omni differentia temporis: tunc quicquid ſiue ſecūdū rationem complexi ſiue ſecundum rationem incomplexi p̄dicatur de noſtra ſcientia ſecundum diuerſas dictiones cōſignātes diuerſas differentias tēporis: dicēdo ſciā vel ſcio vel ſciui, p̄dicabitur de ſcientia diuina ſcđm illam eandē dictionem ſignantem actū ſcientię eius, nullam differentiam temporis conſignantē: ſed ſolū cōſignantem nunc æternitatis. & ſi eſſet hæc dictio ſcio: bene diceretur: deus ſcit Antichriſtum eſſe: ſicut & ſcđm modū noſtrum cū ſciet fit futuri temporis: bene dicitur ſciet Antichriſtū eſſe: quia futurū noſtrū cōtinet in ſuo nūc p̄ſente æternitatis. Ita q̄ hoc poſito non ſequitur: Deus ſcit Antichriſtū eſſe: ergo Antichriſtus eſt: ꝓpter cōmutationem durationis nūc æternitatis in nūc temporis. Infert enim concluſio ac ſi ly ſcit cū dicit deus ſcit Antichriſtum eſſe, conſignaret nūc temporis: mō aūt non conſignat in præmiſſa niſi nunc æternitatis, de illo em̄ bene ſequit, ſcit Antichriſtū: ergo Antichriſt⁹ eſt: de iſto aūt nequaq̄. Sed ē aduertēdū q̄ deus ſcit res alio & alio modo ex parte rerū cognitarū: quia cognitione pure ſpeculatiua cognoſcit rerū eſſentias ſecūdū q̄ eſſentię ſunt abſolute quaſi ſcđm lineam rectam ordinatas ſecūdū gradus eſſentiarum, de quo ordine iam inferius erit ſermo in quarta queſtione. In cognitione vero practica cognoſcit eſſentias rerum vt quædam operanda: & hoc quaſi ſecūdū ordinem lineę circularis ſecūdū circulum tp̄is: in quo & eius partibus inſtantibus ſortiunt ſuā exiſtiā: ſed aliter rerū eſſentias conſiderando vt ſunt eſſentię ordinatę ſcđm gradus rerū: aliter vero vt operabilia ſunt ordinata ſecundum circulum temporis: quia ad eſſentias ſe habet & ad lineam rectam earum ſicut vnitas prima ad numerū: ad operabilia vero & ad circulum eor̄ ſicut punctus centri videntis æqualiter vndiq̄ totam circunferentiam & quēlibet punctum eius & quicquid eſt in eis. VLterius autem eſt aduertendum: q̄ ſecundum q̄ deus videt res non ſolum vt factibiles ſimpliciter: ſed vt variabiles ſua factione ſecundum eſſe & non eſſe: fore non fore: fuiſſe non fuiſſe, vt ſupra dictum eſt, ſecundum hoc videt & cognoſcit eaſdem res & eadem ſcibilia omnino ſecundum aliam & aliam rationem circuli. Quia operabilia primo modo cognoſcit ſecūdum rationem & ordinem circuli fixi & ſtantis reſpectu ſuæ ſcientiæ quantūcūq̄ & tempus & temporalia in ſeipſis fluant. Secūdo autem modo cognoſcit ea ſecūdum rationem & ordinem circuli fluentis cum variatione ſui fluxus nihil variantis circa eſſentiam ſcientiæ dei: ſed ſolūmodo circa eius denominationem eandem rem ſcire q̄ñq̄ eſſe & quandoq̄ non eſſe: quandoq̄ futurā: quandoq̄ non futuram: q̄ñq̄ fuiſſe: q̄ñq̄ non fuiſſe: quandoq̄ ſcire: quandoq̄ nō ſcire: q̄ñq̄ ſciuiſſe: & q̄ñq̄ non ſciuiſſe: quandoq̄ ſciturum eſſe: quandoq̄ non ſciturum eſſe: & hoc attribuendo ei ſcire conſignans differētias noſtri temporis. Attribuēdo vero ei ſcire qđ cōſignaret ſolūmodo nūc abſtractum æternitatis: tunc neq̄ ſecūdū ſermonis expreſſionem aliquam fieret ibi variatio, vt dictum eſt. AD argumentum in oppoſitum q̄ diuerſitas ſcibilium non poteſt a rebus cauſari: ſed a ſciētia dei vel ab aliquo in deo: Dicendum q̄ verum eſt: ſed illa in deo eſt ſecundum rationem tm̄: vel ex parte intellectus quo ad ideas reſpectu diuerſitatis eſſentiarum in rebus: vel ex parte voluntatis quo ad eius determinationes circa operanda ab ipſa, vt dictum eſt. Nec requiritur tāta diuerſitas in principiis quanta in principiatis, ſed talis rationis diuerſitas in deo nihil diuerſificat eius ſcientiam: vt patet ex determinatis.

Ad argumē. in oppoſi.

Qũ eſtio.iii. Arg.princi.



Irca tertiũ:q̃ nõ eſt poſſibile aliquẽ agere id qđ impoſſibile eſt fieri:arguitur ſic. Actiuũ & paſſiuũ ſunt relatiua:quoꝝ vnũ ponit alterũ:nec eſt vnũ ſine altero. ſi ergo non eſt alicuius potentia paſſiua vt fiat:nulla eſt reſpectu illius potentia actiua:quę illud eſſe faciat. CONtra.deus facit aliquid ex nihilo: in quo nulla oĩno eſt potẽtia paſſiua. Dicendũ ad hoc: q̃ aliquid dicit impoſſibile fieri dupli citer. Vno mõ obiectiue tanq̃ illud qđ habet ab alio fieri. ſecundum q̃ dicitur poſſe generari id qđ eſt termin⁹ generatiõis. Hoc mõ qđ impoſſibile ẽ fieri nullũ agẽs põt facere. & ſic nihil dicit impoſſibile fieri niſi purũ nihil: qđ nõ ẽ aliquid p eſſentiã:nõ ſolũ p exñtiã. tale impoſſibile fieri nec de⁹ põt facere:nõ ꝓpter defectum alicuius potẽtię:ſed quia ad tale nõ ordinat aliqua actiua potentia. Alio aũt modo dicit aliquid impoſſibile fieri ſubiectiue: & hoc dupliciter. Vno modo quia nõ eſt aliquod ſubiectum in potentia de qua poſſit aliquid fieri reſpectu cuiuſcunq̃ agentis. Alio modo quia non eſt aliqđ ſubiectũ in potentia vno modo reſpectu vnius agẽtis:eſt tamẽ in potentia alio modo & reſpectu alterius agentis. Ponere impoſſibile primo modo ſimpliciter implicat contradictionẽ:& repugnat factioni ſcđm oẽm curſum & ordinẽ rerũ. Repugnat ẽt agẽti ſimpliciter:vt ſi determinari ad ſitũ ſiue locũ ſcđm ſubſtantiam non ſit niſi ratione quantitatis:& aliqd qđ ex ſua natura & ſubſtãtia nullo modo in ſe habet aliquid ptinens ad quantitatẽ vt pũctũ aut linea aut hmõi:ponat ſecũdũ ſubſtantiam determinari ad ſitũ vel locũ: vel ſi diſtingui indiuiduali ter ſiue numeraliter aliq̃ duo ſub eadẽ ſpecie nõ ſit niſi rõne quãtitatis aut materię: & aliqd qđ i ſe nullo mõ habet quãtitatẽ aut materiã nec habere põt:ponat mõ dicto diſtĩgui aut poſſe diſtingui ab alio ſuę ſpeciei. Impoſſibile vero ſcđo mõ etſi eẽt ipoſſibile fieri reſpectu alicui⁹ agẽtis & ſcđm aliquẽ ordinẽ & curſũ rerũ:nõ tñ ſcđm oẽm:vt cũ aliqd dicit fieri ex nihilo qđ ſolũ poſſibile ẽ facere agentẽ ſupernaturaliter. Impoſſibile modo tertio eſt vbi ẽ aliqua potẽtia in ſubiecto reducibilis ad actũ p agẽs ſupernaturale:nõ aũt p agens naturale:vt q̃ naturaliter cęcus fiat vidẽs:aut q̃ mortu⁹ reſurgat. Iſto aũt ſcđo & tertio mõ ipoſſibile fieri nõ dicit ipoſſibile fieri ſimpliciter:ſed ſolũ ipoſſibile prio mõ. Nõ ei eſt ipoſſibile ſimplr niſi qđ eſt ipoſſibile ſimplr potẽti:nõ aũt qđ ẽ ipoſſibile alicui non ſimplr potẽti. quẽadmodũ nõ ẽ ſimplr dulce aut amarũ niſi qđ ẽ dulce aut amarũ reſpectu guſtus ſimpliciter bene diſpoſiti. Et illud ẽ ſolũmõ impoſſibile primo modo:ita q̃ nihil ſit ipoſſibile deũ agere:quin illud ſit impoſſibile fieri: & econuerſo nihil eſt impoſſibile fieri quin ſit impoſſibile deum agere illud. & ſic nihil poteſt deus agere quod eſt impoſſibile fieri. Ita q̃ magnum inconueniẽs eſt dicere deum poſſe aliquid agere ſecundum quẽcunq̃ curſum & ordinem rerum, quod ſecundum ſe ſimpliciter impoſſibile eſt fieri. Eſt etiam magnũ incõueniens dicere de tali impoſſibili puta q̃ cõtradictoria ſunt ſimul in eodẽ:q̃ nõ eſt ipoſſibile quia de⁹ non põt facere hoc: ſed quia hoc non poteſt fieri:quaſi reſtet non ex parte dei quin in ipſo ſit potentia actiua ad hoc faciendum ſed ex pte facti:qa nõ eſt in ipo potẽtia ad hoc fieri. imo nec i eo ẽ potẽtia ad hoc facere:ſicut nõ eſt in eo potẽtia ad peccare:quia illud eſſet oẽm ordinẽ rerum cõfundere:qđ poſſe nõ eſſet potẽtiæ ſed ipotentiæ: nec eſt ꝓpter impotentiam aut defectũ potentię:ſed ꝓpter potentiæ abundantiam:vt de talibus bene dicat q̃ deus potẽter nõ poſſit ea facere. Vnde i eis q̃ poteſt facere ipſum facere eſt voluntas facientis:nec ab alio dependet ipſum fieri. Ita q̃ non eſt verum dicere de impoſſibili ſimpliciter q̃ deus non poteſt illud facere quia nõ põt fieri:ſed poti⁹ nõ põt fieri quia deus nõ põt facere ſicut & in affirmatiua nõ dicit deũ poſſibile aliqd facere qa illud poſſibile eſt fieri:ſed econuerſo quia de⁹ põt illud facere, ideo poſſibile eſt fieri:aut obiectiue aut ſubiectiue. Vnde de correſpõdentia potẽtię actiuę & paſſiuę dicit Cõmẽ. ſup primũ cę. & mũdi. Notũ eſt p ſe q̃ illđ qđ ẽ poſſibile ab extrinſeco eſt poſſibile p ſe, cõceſſum eſt eñ q̃ oñe ipoſſibile in ſe eſt impoſſibile ſcđm extrinſecũ: & ipoſſibile eſt imaginari aliqd eſſe poſſibile in reſpectu patientis: & ipoſſibile in reſpectu agẽtis: & poſſibile nõ ẽ poſſibile niſi i reſpectu agẽtis & patiẽtis. AD primũ i oppoſitũ:qa nõ ẽ potẽtia actiua cui nõ reſpondet potẽtia paſſiua: dicẽdũ q̃ verũ eſt vel obiectiue vel ſubiectiue. vtroq̃ mõ reſpectu agẽtis naturalis qđ nihil agit niſi ex ſubiecta materia, obiectiue ſolũ reſpectu agẽtis ſupnatural' qđ agit ex nullo ſubiecto. Nõ agit tñ niſi qđ eſt natura & eſſentia aliq̃ potẽs eſſe obiectũ & terminus factionis diuinæ: in cuius eſſentia eſt iſta potẽtia eſſentialiter: iquãtũ eſſentia cuiuſlibet creaturæ inquantũ eſt de ſe, eſt poſſibile eſſe & non eſſe.

Ad arg.prĩ.

Queſtio.iiii. Arg. princi. In oppoſitũ.



Irca quartũ arguit q̃ effectus contingens poſſit immediate fieri a deo:qa põt ab ipſo fieri mediãte creatura, poteſt enim fieri immediate a creatura:& quicquid fit immediate a creatura, fit mediante creatura a deo, quicquid autem a deo poteſt fieri mediate, poteſt fieri & ab ipſo immediate. CONtra. effectus contingens nõ habet immediate niſi cauſam contingentem, deus autem nullius poteſt

esse cã contingens: quia talis est causa p accidens: quæ reducitur ad aliã p se. Deus autem non ẽ causa q̃ad aliã habet reduci. Dicendum ad hoc: q̃ contingens est quod potest esse & nõ esse. Aliquid Respo sio. aũt potest esse & non esse dupliciter: vel expte facti, ga est talis nature q̃ põt esse & non esse, fieri & non fieri: vel ex parte facientis, quia est tale agens q̃ ab ipso indifferens effectus potest fieri: & non fieri. Primo modo rationem contingentis habet omne defectibile: vt est generaliter omnis creatura & maxime qđ habet in se rationem corruptiui: vt ẽ oẽ generabile & corruptibile, & ois talis effect9 contingens potest fieri immediate a deo. Secũdo modo dupliciter: quia effectus põt ab aliquo indifferenter fieri vel nõ fieri dupliciter; vel quia non est in ipso vis qua necesse est eum fieri: vel qa non est in eo vis determinans ipsum fieri. Primo modo dicitur effectus contingens oñe qđ fit a deo circa creaturas. Secũdo autem modo nullus effectus contingens fit a deo immediate nec etiã mediante, respectu eiꝰ ipsius non est aliquis effectus contingens, qm̃ effectus sic contingens non procedit in esse nisi pter intentionem per volũtatẽ agentis: vt in fortuitis: vel absq̃ voluntate, vt in casualibus. Præter intentionem aũt dei agentis nihil fit. Ipse enim ordinat fieri intentione per se, quæcũq̃ fiunt per accidens & præter intentionem a causis inferioribus, dicente Augustꝰ super psal. ix. Oñi no ad diuinæ prouidentiæ regimen referantur quæ stulti casu & temere & nulla diuina administratione fieri putant. Potest tamen hic distingui: quia fieri talis effectus possumus considerare dupliciter: vel quo ad substantiam facti: vel quo ad modum eius procedendi in esse ab agente imediato. Primo modo fit a deo mediante agente proximo: & potest fieri immediate a deo: licet non præter intentionem. Secundo aũt modo non fit omnino a deo nec potest fieri neq̃ mediate neq̃ immediate: quia non habet causam agẽtem sed deficientem tm̃. AD primum in oppositum q̃ effectus contingens fit a deo mediate: ergo & immediate: Dicendum q̃ verum est secundum iam expositũ modum: alias non. Et secundum eundem modum scđm p̃determinata dicẽdũ est ad secũdum.



Irca quintum arguit: q̃ duob9 equaliter se hñtibus ad receptionem gratiæ: non Quæstio. v. semp deus equaliter confert eã. quia inequaliter dando plus declarat suã potẽtiã Arg. princi. & suam misericordiã: secũdũ illud Roma. ix. Volẽs deus notam facere potẽtiam Primum. suam &c. Sic aũt debet gratiam suã distribuere quo magis sua potẽtia & sua misericordia declarẽtur, ergo &c. Qđ etiam patet in exemplo de sanctificatis i vtero: & de duobus paruulis, quorum vnus pducit ad baptismum: alter vero nõ: & Secundum. de adulto Paulo: qui i actu recalcitrãdi gratiã iustificantem accepit. qđ nulli con similiter legit fuisse factũ. CONtra. tunc videret esse acceptor personarum. AD hoc dicũt aliqui In oppositũ. q̃ deus quicquid operatur circa creaturas, ex mera liberalitate & solo beneplacito suæ voluntatis Opinio quo- operat: & faciẽdo qđ facit: & non faciẽdo qđ nõ facit: & faciẽdo mõ quo facit: & non faciendo modo rũdam. quo non facit: vt sup hoc non sit aliqua alia ratio vel causa petenda vel inuestiganda. s. aut merita præterita pſentia vel futura: aut dispositio vlla ex parte recipiẽtium. Qđ confirmant per illud qđ dicit apostolus Roma. ix. de Iacob & Esau. Cum nõdum nati essent aut aliqd egissent boni aut mali: vt secundum electionem propositum dei maneret: non ex operibus sed ex vocante dictum est: quia maior seruiet minori. Cum nondum nati essent, ecce amouet dispositio recipientium: quę etiã in præscietia dei æqualis potuit fuisse. Aut aliquid egissent boni aut mali. Ecce amouet opus nõ solum i re pſens: aut præteritum: sed etiam futurum in prędestinatione. Vnde glosa. Sicut non pro meritis præcedentibus, ita nec pro futuris: quia bona vel mala non erant futura nisi apposita gratia vel subtracta. Et sic manet sola secundum propositum gratuita electio: quæ est sola causa & sufficiens etiam omnibus aliis æqualibus. Vnde vt amoueretur suspicio non potentibus videre diuinæ electionis bonitatem, subdit apꝰs. Nunquid iniquitas est apud deum? absit. Quia secundum glos. Iacob per misericordiam elegit: Esau per iustitiam reprobauit. Qđ etiam apostolus declarat subdẽs. Aut non habet potestatem figulus ex eadem massa &c. Vnde sicut sola voluntas figuli ratio est quare de hac parte massæ facit vas honorabile: de illa vas contumeliæ: nulla discrepantia existente in tota massa: quẽadmodum neq̃ est in prima materia cum agens vestit eam in vno forma nobiliori: in alio vero minus nobili: sic sola voluntas beneplaciti dei est ratio quare de eadem massa equaliter vitiata in primo parente istum eligit ad gloriam: illum vero dimittit in cõdemnationem: vel etiam si non fuisset massa vitiata: sed omnes homines nascerentur secundum statum innocentiæ: & essent æquales omnino in naturalibus dispositionibus: vnum siue de massa vitiata, siue de non vitiata non nisi gratuito eligeret: alterũ vero dimitteret: vtrobiq̃ tam electo de massa vitiata q̃ non vitiata faciendo gratiam illi quẽ eligeret: sed maiorẽ electo ex massa vitiata: & illi iustitiã quẽ ex massa damnata non eligeret: non autem iniustitiam: sicut neq̃ iniustitiam illi quẽ secun

dum ſtatum innocentiæ exiſtentem non eligeret.Ecce poſitio catholica cum fundamento & ratione ſua.Sed cum deus quæcunq; agit circa creaturas nulla naturali neceſſitate : ſed per intellectum & determinationem voluntatis vt habitum eſt in præcedentibus quæſtionibus:neceſſario agit intentione finis:quẽ ſibi ꝓſtituit in actione:aliter enim eſſet actio vana & temeraria:Finis autem non eſt niſi ipſe.eſt enim alpha & ω.Apocalyp.primo & vltimo:propter hoc dicitur illud Prouerbio.xvi.Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Vñ quia finis eſt principalis cauſa in agibilibus quæ mouet agentem:& ille materiam ad formam:vt per formam ordinetur in finẽ cauſa igitur omniũ diuinarum actionum prima ipſe aſſignandus eſt: inquantum eſt omniũ finis: & hoc ſecundum rõnem ſuæ bonitatis. Vnde quia bonus eſt,oẽ qđ eſt,eſt id qđ eſt. Vnde quia cauſa in agibilibus non q̃ritur de fine:quia non habet cauſam:ſed de eis quæ ſunt ad finem:Sciendum q̃ ad finem aliquem poſſunt aliqua ordinari dupliciter:& per ſe & eſſentialiter:& per accidens ſiue accidentaliter.In iis quæ per ſe & eſſentialiter ordinantur ad finem:non eſt cauſa quærenda niſi ipſorum natura qua naturaliter ordinantur in finem,non per propoſitum & electionem.quẽadmodũ in domo ad finem eius quæ eſt pax & tranquillitas cohabitationis,ꝑ ſe & eſſentialiter ordinantur paterfamilias & liberi.Per hunc modum deus & omnes diuinæ perſonæ ad fruendum bono deitatis qđ ipſi ſunt,ordinantur q̃ſi in domo Hierarchię ſuperceleſtis.In iis autem quę per accidens ſiue accidentaliter ordinantur ad finem,nullam cauſam eſſentialem aut naturalem eſt aſſignare ex parte illorum neq; ex parte ſeruorum in domo.Et ſic ad finem ad quem deus ordinatur eſſentialiter,rationalis ſiue intellectualis creatura ordinatur accidẽtaliter.Sed quia agẽs per intellectum & propoſitum nihil agit ſine ratione per ſe:& non ſolum per accidens:quia omnem rationem per accidens reduci oportet ad illam quæ eſt per ſe:aliter enim actio ſua vt prius vana eſſet,& temeraria rationem ergo per ſe & eſſentialem quærere non eſt niſi ſuam voluntatem,vt prius ſecundum poſitionem.accidentalem oportet quærere ſolummodo ex parte rerum.Et ideo ponere oportet ſecũdum viam rectę rationis ꝙ eorum quæcunq; deus agit circa creaturas,& quo ad naturalia & ſupnaturalia earum, cauſa ſiue ratio per ſe non eſt niſi propoſitum voluntatis ſuæ qua congruit ſingula fieri ſecundum ꝙ vult:quia quæ vult fieri congruit fieri:& quia vult:& quæ nõ vult fieri nõ congruit fieri:& quia non vult, Congruentia dico ex parte ſua ſeu decentia.Et per hũc modum decentiæ quãtum ẽ ex parte ſua agit ſingula prout decent bonitatem ſuam:quæ eſt finis:qua iuſtum eſt agere qđ placuit ei agere circa creaturas:& quæ decent illam bonitatem.Et quo ad hoc bene ꝓcedit poſitio catholica prꝫexpoſita:ꝙ neq; propter diſpoſitionem recipiẽtium,neq; propter vlla merita ſit diuina electio:ſed ſecundum ſolum propoſitũ dei manet,cuius nõ eſt ratio niſi condecentia bonitatis,vt dictum eſt.Attamẽ quia propoſitum ſecundum decentiam finis agere non poteſt circa ea quæ ſunt ad finem niſi illa deceant finẽ:& ſimiliter quę circa illa agit ſiue ab ęterno in electione,ſiue ex tempore in gratiæ & gloriæ collatione:hoc enim requirit finis decentia:quia ſine illis ad finem decenter ordinari non poſſunt:tamen nullum ponit debitum ex parte dei ſecundum dicta in prima quæſtione:præter ergo rationem illã per ſe ex parte finis & agentis neceſſario ad actionẽ circa illa quæ ſunt ad finem in ordinando illa ad finem : adhuc requiritur ratio quæ eſt decentia in eis quæ ſunt ad finem:qua fini congruunt.quæ etſi non ſit ratio propter quã ſic eſt:eſt tñ ratio neceſſaria ſine qua nõ:etſi conſiſtit in ipſa iuſtitia ex parte eius circa qđ agitur,quare ſic agendum ſit & non aliter.Cũ enim actio duplicem habeat reſpectũ : vnum quo egreditur ab agente:alterum quo recipitur in paſſo:etſi ratio diuinarum actionum circa creaturas ſecundum primum reſpectũ non ſit niſi condecentia bonitatis dei:ratio tamen eius cum hoc quo ad ſecundum reſpectum bene poteſt eſſe condecentia aliqua in eis circa quæ recipitur actio:in qua conſiſtit abyſſus multa iudiciorum dei.Quia etſi in ſumma & in generali poſſumus dicere ꝙ deus nihil facit circa creaturã cuius non ſit ratio non ſolum ex parte ſui in faciẽdo propter quã ſit:ſed etiam ex parte rerum ĩ recipiẽdo ſine qua nõ:in ſpeciali tñ circa res determinatas & ĩ factis determinatis nõ ſemp eſt hoĩs illam determinate inueſtigare:q̃uis non deſit & multiplex eſſe poſſit. Vnde cõtra temerarios inueſtigatores iudiciorum dei quo ad certas ratiões circa operata & circa eos in quibus operantur:dicit Apoſtolus exclamando.O homo tu qs es qui rñdeas deo? Vbi dicit gloſſa.Hoc non facit ex inopia reddendæ rationis:ſed hominem ad ſuæ capacitatis conſiderationem reuocat.O homo.q.d.te & illum attende:tu es homo:ille deus: cuius valẽtiæ es:qui rñdeas deo,id eſt intellígas quæ deus facit,id eſt cur huiꝰ miſeretur:& te induret? quaſi ſi tibi diceretur, neſcires reſpondere,id eſt intelligere pro carnalitate tua:nec te ad hoc iuuat ſapientia tua:nec aliqua virtus tua.Qđ exponẽs Ori

ge, in quadam Homil. super Exo. dicit sic, O homo tu quis es? Per qđ de eo q̃ a deo dicitur induratus: non tam quæstionis absolutione q̃ apostolica auctoritate respondet: credo non iudicans dignum pro capacitate auditorum chartis & atramẽto huiusce modi absolutionis secreta committere. Vnde & in sequentibus qui non tam studiorum merito q̃ scieudi cupiditate secretioribꝰ se quæstionibus immergit, magnifici seueritate doctoris deterret: cũ dicit. O tu, es homo qui respondeas deo? Vnde hoc nobis obseruasse tm̃ & inspexisse sufficiat: atq; ostẽdisse auditoribꝰ quãta sunt in lege diuina profundis dimersa mysteriis: pro quibus dicere in oratiõe debemus. De profundis clamaui ad te domine. Hinc etiam dicit Augustinus, lxxxiii. quæstionum, quęstione, lxviii. Cũ videatur Apostolus corripuisse curiosos dicendo: O homo tu quis es: ne dicant apostolum in solue da quæstione defecisse: & obiurgasse quærentes quia non poterat quod quærebatur exponere. Et infra. Respondeamus firmissime: O homo tu quis es: nec eos reueriti sanctum canibus demus: aut proiiciamus margaritas nostras ante porcos: & de meritis animarum reuelante spiritu sancto sublime aliquid & a vulgari coniectura remotissimum vel ex parte atq; in ęnigmate suspicemur. Non enim hoc loco apostolus sanctos prohibuit a quærendo: sed eos qui nondum sunt in charitate radicati. & infra. Sed peruenies ad virũ perfectum: vt sis inter illos de quibus dicitur: Sapientiã loquimur inter perfectos, tunc recte & non præpostere audies siqua sunt de animarum occultis meritis & de gratia vel iustitia secreta omnipotentis dei. & ifra in fine quæstionis. Nec cõprehẽdi potest nisi forte ab iis qui diligunt deum suum ex toto corde suo. Illud tamen & cætera, vt infra dicetur. Q̃z ergo dicit Apostolus: O homo tu quis es: non dicit ex inopia reddẽdæ rationis de prædictis saltem in generali. In speciali autem magna inopia reddendę rationis ipsemet laborauit cum dixit Roma. xi. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles vię eius, vbi dicit Glos. Augus. Præmiserat sententiã mirę profunditatis: scilicet q̃ deus conclusit oĩa i incredulitate vt omnium misereatur. Cuius profunditatis velut horrore percussus & velut abyssi altitudinem expauescens Apostolus clamat. O altitudo &c. Valde enim paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum dei: ad discutiendam gratiam gratuitam nullis meritis precedẽtibꝰ redditã. Nec em̃ tã mouet nos q̃ gratia p̃ stat indignis, q̃ q; ęque indignis aliis denegat. Scio q̃ sicut ipossibilitas ita iniqtas nõ est apđ deũ: & scio q̃ supbis resistit & humilibꝰ dat gratiã. Illud vero obscurũ est: q̃re qbusdã dignis dat: qbusdã negat. Aliquid ergo est in abdito pfundorũ iudiciorum dei. Similiter nec illud perspicuũ est quare hoc modo saluat iudęos ac gẽtes vt prius permitteret eos concludi in infidelitate. Siquis ergo quærat quare sic saluantur: cum multi alii modi saluationum sint: se nescire per admirationem innuit Apostolus: & quare sic factum sit, non posse comprehendi. & infra. Omnium enim humanarum diuinarumq; rerum sublimis & profunda est cognitio apud deum: quí solus sicut sunt omnia intuetur: ad cuius notitiam oĩs sensus noster retũditur. Vnde qđ dicit Apostolus. Cũ nondũ essent nati & cætera, non dixit quia nulla omnino ratio fuit deo ex parte eorum in hoc sed quia non merita precedentia neq; facta ex gratia: neq; facta ex puro libero arbitrio etiã in prę scientia existentia: & hoc specialiter respectu operationis æternæ in diuina electione vel reprobatione ex parte dei. Vnde super illud Roma. xi. Quis prior dedit illi: & retribuet ei. Glos. Etsi iudicia dei non possumus scire: saltem hoc constat q̃ sola gratia bona dat non ex præcedenti merito vel vt existit in diuina præuisione. Vnde super illud. Igitur non volentis neq; currentis: sed miserẽtis est dei. Glos. Id est nõ libero arbitrio hominis volentis vel operantis est ipsa bona voluntas vel operatio: sed misericordia dei: qui per gratiam appositam facit nos velle & currere. Hic dicit Augus. Non ppter futura quæ p̃uidit elegit: vbi ergo sunt merita: vbi opera vel p̃terita vel futura: tanq̃ liberi arbitrii viribus adimpleta vel adimplenda? Non igitur misertus est deꝰ quia Iacob voluit & cucurrit: sed ideo voluit & cucurrit: quia misertus est deus. Z EST tamen hic intelligendum: q̃ in volente & currente est tria considerare: & ipsum actum cursus & volentis: & ipsam gratiam qua liberũ arbitrium fit validum ad efficaciter volendum & currendum: & ipsam potentiam liberi arbitrii. Et bene verum est q̃ actus siue operatio ab vtroq; est: scilicet a gratia & a libero arbitrio simul: ita q̃ a neutro esset per se: & q̃ plus est a gratia q̃ a libero arbitrio: quia plus virium agendi dat gratia liberi arbitrii q̃ habeat ex se & suis naturalibus. Aliquid tamen agit in opere ex suis naturalibus: licet non nisi cum gratia: vt licet ex se & naturalibus suis

non operetur,ex eis tamen cooperatur.Et ſic tam ratione gratiæ omnino q̃ ratione operis princi paliter:bene verum eſt q̃ non eſt volentis neq; currentis ſed miſerentis dei.Ratione tamen liberi arbitrii in cooperando aliquo modo eſt volentis & currentis: vt ſaltem hoc vt eſt exiſtens in ſcie tia dei ſit ratio electionis æternę reſpectu electi:& ita prædeſtinationis:quia quodammodo non in cluditur ſub prædeſtinatione neq; ſub eius effectu:licet non ſit ſine eius effectu: nec ſit diſtinctũ qđ eſt prædeſtinationis,ab eo qđ eſt liberi arbitrii.Vnde dicit Gloſ.Congrue ait, Non eſt volen tis & cætera.Nõ ga hoc ſine volũtate noſtra agatur: ſed quia voluntas noſtra nihil boni agit niſi diuinitus adiuuetur.Vnde q̃ Apoſtolus ait.Non ego autem,ſed gratia dei mecum. Non ideo hoc ait quia nihil boni agebat : ſed quia nihil ageret ſi illa non adiuuaret. Igitur & hic dicit. Nõ eſt volentis:non quia nulla eſt homini volũtas atq; curſus:ſed quia nihil poteſt niſi ille miſereatur.Deus enim eſt qui operatur in nobis velle & operari bonum. Vt licet non ſufficit ſola voluntas hominis ſi non ſit etiam miſericordia dei:& econtra non ſufficit miſericordia ſi non ſit voluntas hominis:non recte tamen dicit.Non miſerentis eſt dei: ſed volentis eſt hominis. Recte autem dicitur non eſt volentis hominis:ſed miſerentis dei:vt totum deo detur qui hominis vo luntatem bonam & præparat adiuuandam:& adiuuat præparatam.Volentem eñ præuenit vt velit:volentem ſubſequitur vt perfecte velit.Aliquid tamen in coagẽdo agit liberum arbitrium dicente Auguſti.ſuper illud Pſalmi.lxxviii.Adiuua nos deus ſalutaris noſter.Cum adiuuari nos vult:nec ingratus eſt gratiæ:nec tollit liberum arbitrium:qui enim adiuuat per ſeipſum aliquid operatur.Sic ergo in agendo circa ea quę ſunt ad finem nullũ eſt incõueniẽs q̃ ſit ratio agendi ex parte illorum. SED eſt ſciendum q̃ in agentibus ad finem per intellectum & voluntatem du pliciter poteſt agere ſiue du plici intentione circa ea quæ ſunt ad finem.Vno mõ vt per illa quo quo modo ſibi acquirat finem.Alio modo vt ſolum acquirat illis. Primo modo agens agit circa ea quæ ſunt ad finem propter ſuam indigentiam & imperfectionem:quẽadmodum paterfami lias agit circa ſeruos vt ſibi & eis acquirat bonum pacis in domo.& tale agens mouetur in agẽ do ex ratione agendi ex parte eorum circa quæ agit:vt non ſit ſolum ratio actus ex reſpectu ad recipiens ſed etiam ex reſpectu ad agens. Et ſic deus nihil agit circa creaturas:ſecundum q̃ dicit ei Pſalmiſta.Bonorum meorum non eges. Nec mouetur ad agẽdum ex aliqua ratione congruen tiæ vel decentiæ ex parte eorum circa quæ agit:nec amore afficitur circa ea:niſi quaſi accidenta liter.dicente Auicen.viii.Metaphyſicę.Eſt ſciens qualiter eſt ordo bonitatis in eſſe qui eſt ex eo:& quoniam ipſe diligit ſeipſum qui eſt principium totius ordinis & bonitatis quantum ipſe eſt. Sic fit ideo q̃ ordo bonitatis eſt dilectus ab eo accidentaliter ſed non mouetur ad eum dilectio ne, ipſum enim non patitur ab eo nec concupiſcit aliquid nec inquirit.Hęc igitur eſt voluntas eius quæ eſt expers imperfectionis & immunis a deſiderio.& infra. Scilicet q̃ nõ certificatur per intentionem fluendi eſſe ab ea:vt ſit aliud ab ipſo fluere & eſt ipſa liberalitas.& infra. Cum ve ro dicit liberalis: intelligitur quia ipſe non intendit ſibiipſi.Et q̃is deus non mouetur ex aliqua congruentia ex parte rerum ad agẽdũ vt ſit ratio eliciendi ab ipſo propter quã ſit : nullum ta mẽ eſt incõueniẽs q̃ ſit aliqua ratio eius qđ agit circa alia in recipiendo aliquid ab eo in illis ſine qua in illis non fluit quantum eſt de potentia ordinata:quæ ſemper agit ſecundum congruen tiam,dicente Auicen,ibidem.Ab iſta ſcientia fluit ſecundum ordinem quem intelligit:ſcilicet or dinem rectum:licet de potentia abſoluta poſſet idem agere abſq; omni tali congruentia.& eſt il la congruentia iuſtitia quædam qua deus cõfert vni ita q̃ non alteri:qđ eſt iuſtitia congrui alia a iuſtitia dei qua ipſe iuſtus eſt in ſe: quæ eſt decentia ſuæ bonitatis qua elicitiue agit bonitatem ſuam communicando.Et q̃ talis ratio iuſtitiæ ponatur in operibus miſericordię:quæ tamen nõ mouet dantẽ:ſed ſine qua non dat:non ſit incõueniẽs:patet ex eis quæ fiunt circa opera cõdẽna tionis.q̃ enim condemnat aut obdurat ad hoc non mouetur niſi iuſtitia ſua quæ ipſe eſt quan tum eſt ex parte ſua.Propter nihil enim in creaturis mouetur ad agendum:quia tunc paſſiuus eſſet.Quantum vero ex parte condemnati aut obdurati hoc non facit ſine ratione quæ eſt iuſti tia quædã ex parte illius:quæ non ſolũ eſt ratio vt effectus recipitur in ſubiecto ſine qua non:ſi cut eſt in operibus miſericordiæ:ſed propter qđ ſic.& hoc eſt qđ dicit Gloſ.ſup illud:Ergo cuius vult miſereẽ & quẽ vult indurat.Si q̃ĩm⁹ meritũ obduratiõis & mię,obduratiõis meritũ inueni mus,miſericordiæ vero meritũ nõ inuenimus.& infra.Cõſtat itaq; ga nullus liberaẽ niſi gratui-

A

B

ta miſericordia: & nullus damnatur niſi ęquiſſima iuſtitia. Sed iſta iuſtitia eſt qua damnatur in tempore præcedente merito peccati quo habet eſſe: non autem qua damnatur in æterna præuiſione: quia tunc temporale eſſet cauſa & ratio æterni. Vnde ꝙ in æterna præuiſione Eſau odio habuit, non plus ex parte dei ſunt cauſa vel ratio illius opera mala eius futura, & iniuſtitia ſecundum ꝙ erant ab æterno in eius præuiſione: ſed ſua ipſius iuſtitia quę ipſe eſt: licet non ſine illorum operum malorum & iniuſtitiæ æterna præuiſione: q̄ ꝙ Iacob dilexit ex parte dei ſunt cauſa vel ratio opera eius bona & iuſtitia ſecundum ꝙ erant ab æterno in eius præuiſione: ſed ſua ipſius iuſtitia quæ ipſe eſt: licet non ſine illorū præuiſione, vt ſicut ibi ex parte ſubiecti ratio ſit iniuſtitia ꝓpter quā fit: ſic hic ratio ſine qua nō: vt ſine tali iuſtitia nunq̄ ponatur dei miſericordia. Q̄z etſi hic nullo modo poſſit poni aliquid in præuiſione ex parte ſubiecti: etiam nec id qđ ex ſe operatur liberum arbitrium in gratiæ cooperando qđ ſit ratio ęterni vt electionis: ſic nec ibi poſſit poni aliquid ex parte ſubiecti in præuiſione qđ ſit ratio ęterni: ſcilicet reprobatiōis. Non enim apparet ratio quare vnū deberet poni: alterum vero negari: ſaltem cum vtrobiq; ponatur aliquid in diuina præuiſione qđ ſit ratio temporalis: vt ꝙ iſti ex tempore quando diſpoſitio ſiue congruitas talis eſt in illo: vel ſecundum rem vel ſecundum dei præuiſionem: ipſi detur gratia iuſtificans: alii autem cum alia ſit diſpoſitio in illo ſiue contraria gratia denegetur & ipſe in malo induretur. Vnde ſuper illud Apoſtoli ad Romanos nono, Miſerebor cui miſertus ſum: dicit Gloſſa. Miſerebor, vocando & gratiam apponendo cui præſcius eram ꝙ miſericordiam daturus eſſem: ſciens illum conuertendum & apud me permanſurum. Deinde repetit: vt repetitione magis confirmet. Et miſericordiam præſtabo cui miſerebor, id eſt miſericordiam dabo illi quem præſcio poſt errorem toto corde reuerſurum ad me: hoc eſt dare illi cui dandum eſt: & non dare illi cui non eſt dandum: vt eum vocet quem ſciat obedire: illum vero non: quem ſciat non obedire: quia non in voluntate petentis: ſed & in arbitrio dantis debet eſſe quod datur. An enim dandum ſit: dantis debet iudicio penſari. ET q̄uis periculoſum ſit iudicium dei diſcernere: tamen propter hęſitantes ne putetur iniuſtum iudicium dei: ꝙ non iniuſte iudicet, rebus potius probemus q̄ verbis. Duo enim fuerunt reges in veteri teſtamēto, quorū & modus viuēdi & exitus vitę plurimū fuit diuerſus: videlicet Saul & Dauid. Inquiramus in hiſtoriis qualiter vterq; eorum reperiatur apud iudiciū p̄ſcientiæ dei. Videamus ergo ſi Saul ſe geſſit i neceſſitate & anxietate vitę vt Dauid: q accepta miſericordia deū miſericordię nō cōtēpſit: & poſt veniā peccatoꝝ tā bene i colēdo deo p̄ſtitit. Saul vero nō exaudit⁹ nō in prece p̄ſtitit: ſed impatiens & de dei iudicio indignatus, ad idola quæ prius iam damnauerat conuerſus, ab eis auxilium requiſiuit. Vt enim habetur ſecūdi Regū. xxviii. Saul abſtulit magos & hariolos de terra, & interfecit eos qui Phytones habebāt in ventre. Congregatiq; ſunt Philiſtiim & venerunt & caſtra metati ſunt in Sunā. Cōgregauit aūt & Saul vniuerſū Iſrael: & venit i Gelboe: & vidit Saul caſtra Philiſtiim: & timuit & expauit cor eius nimis: cōſuluitq; dñm, & non reſpondit ei neq; per ſomnia, neq; per ſacerdotes, neq; per prophetas. dixitq; Saul ſeruis ſuis. Quærite mihi mulierem habētem Phytonem & vadam ad eā & ſciſcitabor p illā. Idq; vt ibidem habetur relicto domino p fecit. Vnde iuſte reprobatus a præſcio videtur: ex hoc enim iuſtum iudicium præſcientiæ dei etiam agnoſcere nolentibus manifeſtatur. Vnde etſi dei æterna electio vel reprobatio non habet vllo modo p ratione opera præſcita etiam quantum ad portionem liberi arbitrii: tamen effectus temporalis electionis vel reprobatiōis bene poteſt habere illa pro ratione ſine qua non: cum ſemper ſic euenit ſecundum ꝙ deus præſciuit. Vnde ſuper illud. Iacob dilexi: Eſau odio habui. dicit Gloſ. Et in illo quem elegit: propoſitum dei manet, id eſt impletur: quia ita euenit vt præſciuit: & in illo quem ſpreuit ſimiliter manet quia ita fit vt præſciuit. Hoc autem in Malachia de iudicio dicit deus: illud vero, maior ſeruiet minori: de præſcientia ait. Præſciendo enim quid quiſq; illorum futurus erat: dixit illud in Geneſi Deus: & illud dum prædiceret, ſe futurorum præſcium oſtendit & nihil abſq; ſua præſcientia euenire poſſe mōſtrauit. Hoc aliud vero qđ in Malachia eſt dicitur de iam præteritis: & ex quoꝝ vita ante acta & operibus patuit alterum ſaluādū & alterum damnandum. & de actis iudicium fieri ſolet & notum. Illud ergo dixit deus ante futurū iudiciū vt iudicaturus crederet: & ſcđm merita reddit⁹. Q̄z etiā nō ſolū bon⁹ vſus liberi arbitrii in p̄ſtiētia ſit cā ſiue rō collationis gr̄e in effectu: ſed ēt collatio hmōi gr̄ę futurę p̄ſens i pre-

C

ſciẽtia ſit ratio electionis: qua dictum eſt:Iacob dilexi : plane explicat litera ſequens ſic inquiens. Ideo etiam illud dixit:vt intelligeretur hoc apertum eſſe poſtea per prophetam, qđ anteq̃ illi naſcerentur erat in dei prædeſtinatione per gratiam. Nam in Iacob anteq̃ natus feciſſet aliquid:qđ diligebat niſi gratuitum miſericordiæ ſuæ donum:& in Eſau qđ oderat anteq̃ nat⁹ fuiſſet,niſi originale peccatum!Nam nec in illo diligeret iuſtitiam,quã nullam ille fecerat:neq; in iſto odiſſet naturam quã bonã ipſe fecerat.Nota q̃ in illo dicit,non diligeret iuſtitiam:quia ipſa eſt effectus gratiæ:ſed in iſto bene potuit dixiſſe q̃ odiſſet iniuſtitiam:quæ eſt defectus voluntatis. Vt ſic ex parte æternæ electionis donum gratiæ in præuiſione poſſit dici ratio electionis ſine qua non:& opus liberi arbitrii in præſcientia ratio temporalis doni gratiæ:iiuſtitia originalis ratio reprobationis æternę & ſubtractionis gratiæ temporalis. Eſt autem ad declarationem omnium prædictorum aduertendum:q̃ alium ordinem cauſalitatis in præſcientia dei reſpectu fiendorum aduertere debemus in eis quæ poſterius nata ſunt conferri in effectu reſpectu priorum & econuerſo.In quo debemus aduertere etiam alium in communi curſu conferendi gratiam in adultis per temporis ſucceſſionem:& alium in ſpeciali modo conferendi gratiam ſtatim ſiue in adultis ſiue in paruulis.Quo ad primum horum ſciendum:q̃ in operandis ſemper finis vltimus primum eſt in artificis intentione:& vltimum in executione:& eſt cauſa ſiue ratio aliorum in intendendo Et eodẽ modo ſemper prius in intentione ratio eſt priorum in intendendo:ſecũdum genus cauſę finalis.Et ſic quia deus eligit aliquem ad gratiam,eligit eum ad perfectiorem gratiã quã in vita iſta adepturus eſt:& quia eligit eum ad illam gratiam:elegit eum ad gratiam priorem in illo augmẽtãdã vt fiat pfecta:& quia eligit ad illã gratiã iuſtificãtẽ pfectã,eligit ad gr̃am gratis datã qua ad illam animus p̃parat:& quia eligit eũ ad iſtã,ſi qua alia eſt prior ad iſtã diſponens:ꝓpter hãc eligit ad illam prȩcedentem:quouſq̃ ſit ſtatus in prima:q̃ omnibus æqualiter offertur. Ecõ tra autem in exequendo & in genere cauſæ efficientis meritorie ſemper prius eſt cauſa & ratio poſterioris:ſed ſub conditione: ſi in bono priori per bonum vſum liberi arbitrii perſeueret.Et ſic quia iſte per liberum arbitrium bene ſe habet ad primam gratiam:Deus dat ei ſecundam:& ſimiliter quia ſe bene habet ad ſecundam : dat ei tertiam:& ſic deinceps vſq̃ ad gloriam : in qua eſt finis . Vnde deus eligit ad primam gratiam vt det ſecundam : & ad ſecundam vt det tertiam: & ſic deinceps.Reuera iſti modi bene aſſignantur ſumendo effectus prædeſtinationis ſecundum partes.Sed ſi accipiatur in communi totus ſimul:quæ ratio vel cauſa eius ex parte prædeſtinati aſſignabit! Et dicitur fuiſſe opinio Origẽ,q̃ merita præcedentia in alia vita vt exiſtentia in æterna præuiſione.Sed hanc opinionem excludit Apoſtolus:dicendo de Iacob & Eſau:Cum nondum nati fuiſſent,Pelagiani vero dixerunt q̃ merita digni ex puris naturalibus . Sed contra eſt: q̃ tunc gr̃a non eſſet gr̃a:ſed p̃ meritis ſine gratia reddita,nec etiam tenet fides q̃ vlla opera poſſint eſſe meritoria ſine gratia. Vnde in hoc reprobantur Pelagiani q̃ dixerunt initia bonorum operum a nobis eſſe,& meritoria complemẽti:qđ poſuerũt eſſe a deo:& propter hoc etiam meritoria gloriæ:licet non per ſe:quia forte neminem poſuerunt ſaluari ſine gratia. Vnde opera moris ſine gratia gratis data nõ poſſent etiam dici meritoria de congruo. Alii autem dicunt q̃ nullam omnino habet cauſam aut rationem ex parte noſtra: ſed ſolummodo ex parte dei,eius bonitatem.Et poteſt dici ſecundum prędicta:q̃ licet effectus totus prædeſtinationis quoad ſubſtãtiã & habitum gratiæ & eſſentiam opationis meritoriæ totius inquantum totum eſt effectus gratiæ,totum pertinet ad effectum prædeſtinationis:tamen inquãtum in toto liberũ arbitriũ cooperatur & aliquid ex ſe agit:licet nihil agit niſi idem agatur a gratia:tamen inquantum fit a libero arbitrio poteſt eſſe totum:ſecundum q̃ fit a libero arbitrio ratio totius prædeſtinationis modo p̃expoſito.Nec incidit poſitio hęc in opinionem Pelagianorum:quia non ponitur hoc opus liberi arbitrii:quin etiam ponatur gratiæ:qualiter non ponebant Pelagiani . Propter qđ totum meritorium eſt ratione gratiæ ex qua fit: & totũ vt eſt in p̃ſcientia,eſt p̃deſtinationis ratio. Vnde dicit Auguſtinus,lxxxiii.quęſtionum,quęſtione,lxiii.Ad cœnã illã quã dominus dicit in euangelio p̃paratam:nec omnes qui vocati ſunt venire voluerunt:nec illi qui venerunt venire poſſent niſi vocarentur.Itaq̃ nec illi debent ſibi tribuere qui venerunt: quia vocati venerunt : nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere : ſed tm̃ ſibi: quoniam vt venirent vocati erant. Vocatio ergo ante meritum,voluntatem operatur . Propter quod etſi quiſq̃ tribuit q̃ ve-

D

nit vocatus: non ſibi poteſt tribuere q̄ vocatus eſt. Qui autem vocatus nō venit, ſicut non habuit meritum prēmii vt vocaretur: ſic inchoat meritum ſupplicii cum vocatus venire neglexit, Ita erūt
E duo illa miſericordia & iudicium. PRAEDICTVS autem ordo gratiæ ab imperfecta ad perfectā aliter intelligēdus eſt fuiſſe in ſtatu innocētiæ: aliter vero in ſtatu naturæ lapſæ. In ſtatu autem innocentiæ ſecundum totum genus hominum & angelorum, ſciendum eſt q̄ deus potuit de potentia abſoluta vni dare ſtatim gloriam vel gratiam, & alii nihil, ſine iniuſtitia iſti facta: q̄a nihil erat ei debitū: ſed miſericordia vtriq; facta erat in collatione naturaliū: & illi āplior miſericordia in collatione gratiæ aut gloriæ. Poterat etiam dare gratiam aut gloriam maiorem vni q̄ alteri: & hoc abſq; omni cauſa ſiue ratione ex parte recipientium. Quantum autem erat de potētia ordinata ſecundum aliquā congruentiam ex parte recipientium quæ erat in eius præſcientia quę cunq; ſit illa: Dicendum eſt q̄ omnibus & hominibus & angelis ſtatim in eorum creatione ſecūdū ſtatum innocentiæ gratiam contulit: & hoc vel ęqualem vel inæqualem iuxta rationē quā habere potuit ex parte recipientium. Vnde etiam modo non eſt neceſſe ponere q̄ aliquibus exiſtētibus in æquali diſpoſitione ad gratiam iuſtificantem, conferat eis æqualem. Similiter aliquibus ex æquali charitate, & æqualibus naturalibus, & æquali niſu in opus: non oportet ponere q̄ æqualiter eis augmentet gratiam. Poteſt enim ſecundum aliquam rationem occultam ex parte recipientis vni cō ferre plus licet credibile ſit q̄ talibus æqualiter augmētet. Vnde licet in generali dici poſſit q̄ ſemper ſit ratio ex parte prædeſtinati & eius cui confertur gratia aut gloria: quæ tamen ſit illa ī particulari præter prædictam generalem quare datur iſti & non illi: aut iſti plus, illi minus: maxime cæteris paribus: de hoc non eſt præſumendum aliquid determinare, dicente Auguſt. ſuper Ioan. Quare hūc trahat: & illum non trahat: noli diiudicare ſi non vis errare. Quomodo autem proceſ
F ſit poſt receptionem primæ gratię factum angelorum, videbitur in quadā quæſtione ſequente. DE hominibus autem tenet fides q̄ in primo homine tota maſſa humana perdita erat & damnatione digna. Et ſecundū iſtum ſtatum loquitur Apoſtolus de prædeſtinatione, dicēte de hac maſſa Gloſ. ſuper illud. Ergo cuius vult miſeretur. Vniuerſum genus humanum tam iuſto dei iudicio in apoſtatica radice damnatum eſt: vt etiam ſi nullus inde liberaret, nemo recte poſſet dei vituperare iuſtitiam, & infra. Vniuerſa nanq; maſſa merito damnata: contumeliam debitam cui vult reddit dei iuſtitia: honorem indebitum donat cui vult dei gratia non meritorum prerogatiua: non fatali neceſſitate: non temeritate fortunę: ſed cauſa altiſſimę ſapientiæ & ſcientiæ ſuę. & infra. Cur potius hūc q̄ illū liberet vel non liberet: ſcrutet qui pōt tā magnū profundū iudiciorum dei, verūtamen caueat precipitium. Quare ergo illum liberet & nō illum: noli a me quæras: homo ſum: profundū nimis eſſe aduerto, verum eſt in ſpeciali. In generali autem ſi nō ſit prædicta, nullam video: quā tñ non aſſero: licet tamen credo q̄ non deſit ne ponatur miſericordia dei ſine iuſtitia: nō ſolum ex parte ſui: ſed etiam ex parte noſtri: etſi non digni: tamen congrui. DE proceſſu autem gratiæ ī adul
G to ante baptiſmum vel poſt baptiſmum in ſtatu peccati mortalis actualis, tenendum eſt q̄ deus peccatorem gratia gratis data prævenit ſtatim cum venit ad vſum liberi arbitrii, vt per deliberationē aliquid agere poſſit. Qui ſi p liberum arbitriū bene ſe erga eam habeat, de cōgruo diſponitur vt deus ei gratiam iuſtificantem tribuat, dicente Auguſt. ſuper illud pſal. lviii. Miſericordia eius prævenier me. Non prior ad te ſurrexi: ſed tu ad excitandum me veniſti. Nam miſericordia eius prævenier me anteq̄ boni aliquid faciam: iuſtificat conuerſum: & ipſe admonet vt conuertatur auerſus. Et ſuper illud pſal. lxxxiiii. Tu conuertens viuificabis nos, dicit. Vt nō ſolum viuificatio mea a te ſit: ſed etiam ipſa conuerſio: vt iuſtificemur. Et nota tria per ordinem ſe habentia ī his duobus dictis. Primo enim auerſum vt conuertat admonet. Secundo admonitum conuertit vt viuificet. Tertio cōuerſum viuificat: & ſecundum q̄ dicit ſuper illud pſal. lxxvii. Non eſt creditus cū deo ſpiritus eius, vt bene cooperetur cum operante in ſe deo. Et eſt admonitio quidam impetus a deo in libero arbitrio: quo liberum arbitrium peccatoris qđ ſemper habet volūtatem peccādi actu niſi aliquo diſtrahatur aut impediatur, vel habitu cum eſt diſtractum aut impeditum, excitatur vt ſiſtat in quadam indifferentia negatiua: vt neq; diſtractum neq; impeditum non velit peccare: hoc eſt vt pro hora qua nec diſtrahitur nec impedit nō habeat voluntatem actualem peccandi. Et offertur iſta admonitio æqualiter omnibus, vt dictum eſt. Quā qui a ſe repellit: reddit ſe indignū vt ampli⁹ iuuet: ſed in peccato ſuo āplius p hoc indurat iuſte. Pie tñ credēdū eſt q̄ etiā poſt petitā liberi arbitrii pria gra pluries viſitat, aliter nullus ab illo reſurgeret: licet forte aliquos multū obſtinatos de cętero nō viſitat. Qui vero eā nō repellit, ſed ſiſtit, reddit idone⁹ vt de cōgruo iuuet āpli⁹

Cõtra opi. alio: ſic poſſibile eſſe vel creari ex ſe, ab alio æternaliter põt habere eſſe vel creatũ fuiſſe. CONtra D iſtũ ſecũdũ articulũ, ſ. ponẽtiũ creaturã ab ęterno fuiſſe vl' fuiſſe potuiſſe: ita q̃ ex ſe ſit poſſibile eẽ: imo cum hoc quãtũ ex ſe nõ eſſe: ſed non niſi ab alio habẽs eſſe cum habet ipſum: & hoc natura prius habẽs non eſſe q̃ eſſe, etſi nõ duratione æternitatis aut tẽporis: arguo primo ex natura eſſentię creaturę. Secũdo ex natura eſſe & nõ eſſe circa ipſam. Prima via ſic, eſſentię ſpęcificę creaturarũ quãtũ eſt ex pte ſui æqualiter ſunt poſſibiles eſſe prius q̃ in aliquo indiuiduo receperint eſſe, æqualiter eñ ſpęcies ſolis quãtum eſt ex ſe eſt nõ ens & ſpęcies hominis: & æqualiter æternę ī diuina cognitione exiſtẽres: & ſil'iter in diuina eſſentia p ideas ſuas æq̃liter entes & æq̃liter æternas ī deo. Et ſil'iter æq̃liter ſpęcies hoīs quãtũ eſt ex ſe, eſt poſſibilis recipe eſſe ſimpliciter, & ſpęcies ſolis: licet nõ æqualiter natę ſunt pmanere in eſſe recepto propter diuerſitatẽ naturarũ: vt iam in parte dicetur. Quãtũ ergo eſt ex pte ſpęcierũ, nõ prius nata eſt fieri a deo ſpęcies ſolis in ſuo vnico indiuiduo, qđ eſt iſte ſol: q̃ ſpęcies hominis in aliquo ſignato indiuiduo: puta in Adam. Nec ſimiliter hoc indiuiduũ, qđ eſt ſol iſte, natum eſt quantum eſt ex ſe prius recipere eẽ a deo: q̃ hoc indiuiduũ qđ eſt iſte homo: puta Adã. Omnis eñ actus eſſendi circa creaturam depẽdet a ſola volũtate creantis. Aliter eñ deus ante ſolẽ iſtum non potuiſſet feciſſe hominẽ iſtum Adam: ſicut fecit lucem: cęlum, terram, maria & terrę naſcentia: qđ falſum eſt: nec hoc poneret aliquis catholicus, cũ quo quo ad iſtũ articulũ principaliter eſt noſtra diſputatio. Similiter deus ipſe quantum eſt de ſe indifferẽter & æqualiter ſe habet ad dandum eſſe ęque primo vni ſpęciei in ſuo vnico indiuiduo & alteri: ita q̃ ſecũdũ prędicta illi cui dat eſſe primo, poſſet dare ſuꝑmo, & cui dat poſſet nõ dare & alteri dare: & hoc in differẽrer, q̃ eñ dat vni & non alteri: vel vni prius, alteri poſterius: vel aliquibus ſimul: hoc ſolum modo ꝓcedit ex determinatione liberi arbitrii in ipſo. Si ergo deus ab æterno potuit creaſſe iſtum ſolẽ: ita & iſtum hominẽ Adam: & ante ipſum nullum aliũ: vt ipſe eſſet principium omniũ aliorũ, & etiam mulieris formandę de coſta ei⁹. Quare cum in qualibet circulatione vel reuolutione ſolis vel ipſe vel aliquis vel aliqui procedẽtium ab ipſo potuiſſent procreaſſe homines alios & alios: cũ infinitę reuolutiones ꝓceſſerunt reuolutionẽ ſolis quę modo inſtat: ſi ſol fuiſſet factus ab æterno: quare & hominẽ qui generatur in iſta reuolutione infiniti homines ꝓceſſiſſent: & tñ eſſet ponere primũ poſt quẽ & a quo oẽs alii: & vltimũ qui poſt oẽs & poſt quẽ aut a quo nullus. Et ſic primo exiſtente vnico & finito: ſil'iter vltimo: medii eſſent infiniti: qđ eſt contra naturam & rationẽ. Si enim eſſent medii infiniti, nũq̃ a primo finito deuẽtum eſſet ad iſtum vltimũ. Si ergo hoc aperte falſum eſt & impoſſibile: falſum ergo eſt ex quo ſequitur & impoſſibile, ſ. q̃ primus homo Adam ab æterno potuit a deo fuiſſe factus. Simili ergo ratione etiam falſum eſt & impoſſibile ſecũdum ꝓdicta: q̃ ſoliſte ab æterno a deo potuiſſet fuiſſe productus: etſi non iſte: nec iſta luna: nec iſta ſtella: nec iſte angelus, nec eadẽ ratione aliqđ indiuiduũ alicuius ſpęciei: & per cõſequẽs nec aliqua ſpęcies: cũ nõ ſit ſpęcies factibilis niſi in aliquo ſuo indiuiduo. Et ſic nec iſte mundus totus potuit ab æterno factus fuiſſe a deo: quia non fit niſi ex indiuidiuis ſpęcierum. Secunda via arguo idem ſic. Si a deo habet creatura eſſe actu: creatura ex ſe eſt poſſibile eſſe, quoniam ſi non eſſet ex ſe poſſibile eſſe, actũ eſſendi non poſſet habere ab alio ſecũdũ ſuperius determinata. Quare cum ſicut ſe habet eſſe ſimpliciter ad poſſibile eſſe ſimpliciter: ſic & eſſe ab æterno ad poſſibile eſſe ab æterno, ergo ſi a deo habet creatura eſſe ab æterno: creatura ex ſe eſt poſſibile eſſe ab æterno. Non eſt autẽ aliquid poſſibile ex ſe ad actum aliquẽ quẽ non habet niſi ab alio: niſi quia ex ſe non eſt ens ſecũdum actum illum. Si enim eſſet ens ſecũdũ actũ illũ, non eſſet poſſibile ad recipiẽdũ illũ ab alio: quia nihil ab alio recipit qđ ex ſe iã habet: quia tũc ſaltẽ natura pri⁹ illũ actũ haberet q̃ haberet: & bis ipm̃ haberet. Si ergo a deo creatura habet eſſe ab æterno, ex ſe eſt poſſibile eſſe ab æterno: & non habẽs eſſe ab æterno.

Quęro ergo an ſimul oĩno a deo creatura habet eſſe ab æterno: & ex ſe poſſibile eſſe & non eſſe ab æterno: aut prius a deo eſſe q̃ ecõuerſo, aut ecõtrario. Nõ primo mõ: qa ſimul eſſent in eodẽ actus cõtrarii, ſ. eſſe & nõ eẽ. Nec ſcõdo mõ, quia vt dictũ eſt pri⁹ ſcdm Auicẽ. qđ cõuenit rei ex ſe, prius
E eſt eo qđ cõuenit ab alio. TERtius igit modus eſt neceſſarius: ꝙ, ſ. creatura prius habeat ex ſe poſſibile eſſe & nõ eſſe: q̃ a deo eſſe. Sed cũ vt iã dictũ eſt ſupra ſcdm Platonẽ, Auicẽ. phm, & eius Cõmẽ. eſt prius ſcdm eſſe ſiue eſſentialiter & ſcdm naturã aut ſcdm durationẽ: & ſicut dicit ibidẽ Cõmẽ. non eſt tertius modus prioritatis creaturę: ergo aut prius durationẽ habet ex ſe poſſe eſſe & nõ eſſe q̃ a deo eſſe: aut natura. Si primo modo: cũ nõ ſit duratio niſi temporis aut ęternitatis: aut ergo durationẽ temporis, aut æternitatis. Si primo modo: ergo neceſſario in tempore priori creatura eſt poſſe eſſe, & nõ ens ex ſe: & poſteriori tempore habet eſſe a deo. Et ſi ſic: non ergo creatura ab æterno potuit habere eſſe a deo. Quia æternitas aut ſimul eſt cum toto tempore: aut præcedit ipſum. Non ſcõdo mõ, qa ęternitas cũ nõ habet ptẽ & ptẽ: nõ habet prius & poſterius. Si vero dicat ꝙ creaturę poſſe eſſe & nõ eſſe ſcdm actũ ſunt prius natura, q̃ eſſe actu a deo: ſicut dicit Auicẽ. & ponẽres deũ potuiſſe feciſſe mũdũ ab ęterno, licet nõ fecit: tũc vlterius cũ eſſentia creaturę nõ ſolũ ex ſe eſt poſſibile eſſe actu exiſtẽtię: ſed etiã poſſibile nõ eſſe: Si eñ eſſet ex ſe ipoſſibile nõ eſſe: qđ eſt cõtradictoriũ illi⁹, eẽt ex ſe neceſſe eẽ: qa ipoſſibile nõ eſſe & neceſſe eẽ ęqpollẽt: ideo nõ ſolũ creatura prius eſt natura poſſe eſſe & nõ eſſe actu: ſed etiã poſſe nõ eſſe actu q̃ ſit eſſe actu a deo: Quęro ergo cõparando inter ſe poſſe eſſe creaturę & eius poſſe nõ eſſe ſcdm prius & poſteri⁹: & ſimul natura & durationẽ: & reſpectu eſſentię creaturę & reſpectu actuũ. Et primo reſpectu eſſentię quęro poſſe eſſe in exiſtẽtia & poſſe nõ eſſe i exiſtẽtia an ſimꝫ habẽt eſſe i eſſentia creaturę: aut ſcdm pri⁹ & poſterius, nõ ſimul: qa cõtrarię potẽtię ſcdm phm & Cõmẽ. primo cę. & mũ. non poſſunt oĩno eſſe ſimul i eodẽ ſicut nec ipſi actus cõtrarii. Si eñ (vt dicũt) potẽtię eſſent iſimul: & potẽtiã quãlibet mõ quo ẽ potẽtia i aliquo, poſſibile eſt poni in actu: ſimul ergo duas potẽtias cõtrarias poſſibile eſſet exiſtere i actus cõtrarios, et ex poſſibili poſito i eſſe ſequẽs falſum ipoſſibile. In eſſentia igit creaturę poſſe eſſe i exiſtẽtia pcedit poſſe nõ eſſe i exñtia: aut ecõuerſo, & hoc vel natura vel durationẽ. Poſſe aũt eſſe nõ põt pcedere natura: qa nõ eſſe vt dictũ ẽ, pcedit natura ipm eſſe, & qđ pcedit actũ nõ pcedit potẽtiã ad illũ: qa natura i eodẽ potẽtia pcedit actũ, etſi nõ ſemp durationẽ, ſcdm phm. x. Metaph. Poſſe non eſſe ergo natura pcedit poſſe eſſe. Reſtat ergo dubitatio qd illoꝝ pcedit durationẽ. Si eñ alterũ pcedit durationẽ: aut ergo de neceſſitate poſſe hoc pcedit illud aut econuerſo; vel indifferẽter vtrũq; eoꝝ põt pcedere alterũ. Et eſt iſtud vltimũ impoſſibile: quia tũc eſſentia creaturę ſub indifferẽtia ſe haberet ad vtrũq; illorũ: et ſic ad ipſa poſſe & ad actus eorũdẽ. Nũc aũt nõ æqualiter ſe habet eſſentia creaturę ad actũ exiſtẽdi & nõ exiſtẽdi: quia actũ exiſtẽdi nõ eſt nata habere niſi ab alio: actũ vero nõ exiſtẽdi a ſeipſa. Pręterea ſi æqliter ſe haberet ad ipſa poſſe: & ſimiliter ad eorũ actus: ergo quantũ eſt ex pte ſui ſimul poſſet exire in diuerſos actus: qđ eſt impoſſibile ex pte ſui. Quare nec ex pte agẽtis põteſt eſſe indifferẽtia: quia ſemp potẽtię paſſiuę correſpondet actiua & ecõuerſo ſcdm pdicta. Ita ꝙ ſcdm hoc eſſentia nõ dicit ꝓprie in potẽtia ad eſſe niſi prius fuerit in nõ eſſe: aut ecõuerſo. Si vero alterũ pcedit durationẽ, et hoc de neceſſitate: ſi ergo pcederet in eſſentia creaturę durationẽ ipm poſſe eẽ, cũ ordo actuũ eſt ſcdm ordinẽ potẽtiarũ, ergo de neceſſitate exiſtẽtia creaturę pcederet eius nõ eſſe. Ita creatura nõ poſſet ſcdm durationẽ aliquam nõ eſſe ex ſe, niſi pri⁹ haberet eſſe ab alio. Et ſic neq; eẽt prius ex ſe nõ ens natura q̃ eẽt ens ab alio durationẽ aliqua. nihil eñ conuenit alicui prius natura qđ nõ eſt natũ eidẽ quãtũ eſt ex ſe prius cõuenire durationẽ. Illud aũt eſt ipoſſibile: quia vt dictũ eſt qđ cõuenit alicui ex ſe natura, eſt pri⁹ illo qđ cõuenit ei ab alio. Et ſi poſſent eẽ ſimul durationẽ, neceſſariũ eſt ergo ſcdm mẽbrũ ꝙ de neceſſitate in eſſe creaturę durationẽ pcedit poſſe nõ eſſe: quare et eius nõ eſſe nõ ſolũ ſcdm naturã ſed etiã ſcdm durationẽ. ita ꝙ diuerſa cõtraria actu in eſſendo eidẽ, ſemp qđ prius cõuenit ei natura: et cõuenit ei pri⁹ durationẽ. Cõuenire aũt prius natura nõ durationẽ, hoc nõ cõuenit niſi idẽ attribuit diuerſis et vni p alterũ: vt cõtigit de principiis mũdi ſcdm phm: ꝙ poſſunt eẽ priora natura et nõ durationẽ. Reſtat ergo ꝙ creatura nõ poſſit eſſe habere ab alio a ſe: niſi prius durationẽ habeat nõ eſſe: qđ conuenit ei ex ſe. Et ſic nullo modo poterit poni ꝙ fieri poſſit ab æterno: ſed ex tẽpore: non ꝙ tempus præcedat ſuũ eſſe: ſed quia in primo inſtanti temporis recipiat eſſe: et prius in tota æternitate fuerit in non eſſe: quẽadmodũ mõ ꝓductus eſt ſcdm prophetiã Moyſi. et hoc ſcdm no-
F nũ modũ eſſendi propoſitũ: quẽ diximus ſolũ creaturę mũdi cõuenire. Q2 ergo arguebat pro opinione dicta ꝙ creatura mundi potuit ab æterno produci a deo: etſi non ſit producta: quia quæ ſunt ſimul durationẽ, non ſunt ſimul natura: vt non eſſe mundi præcedat eſſe natura: etſi

Ad primũ arg. opi.

non duratione:ſicut ſcđm Platonẽ principia ex quibus componit̃ mũdus p̃cedunt ipſum eſſe non duratione:Dicẽdum q̃ nõ eſt ſimile de vno cõueniẽte duobus:vt eſſe mũdo p ſua principia & ipis & de duobus conueniẽtibus vni:quoꝝ vnũ ei cõ uenit ex ſe:alterũ vero ab alio.Quicquid enim cõ uenit principiato per principia,neceſſe eſt aliquo mõ prioritatis priꝰ cõuenire principiis:ſed ęqua liter prioritate durationis ſi ſint principia proxima & propria . Duobus aũt conueniẽtibus alicui vno ex ſe, alio ab altero,ſemp quoquo modo priꝰ ei cõuenit illud qđ cõuenit ei ex ſe. ſed in ꝓpoſi to non ſola natura. quoniã eſſentia creaturę vt eſſentia eſt ſimpliciter cõſideratur abſq̃ omni alio ſcilicet p̃ter eſſe & nõ eſſe:p̃ter poſſe eſſe & poſſe non eſſe : ſunt em̃ cętera omnia quaſi accidentia ipſi eſſe vt ſępius alibi declarauimus:ſed aliquod horum ex ſe ſibi determinat vt nõ eẽ:ita q̃ eſſen tię creaturę ex ſe vt cõſideratur nude,conuenit poſſe non eſſe : quod habet ex ſe ſemp actui con iunctũ:vt ſicut deus quia ex ſe eſt ſemp ens, ex ſe eſt neceſſe eſſe primo,& p ſe:illud aũt qđ ſemper eſt non ens nec natũ eſſe:eſt impoſſibile eſſe p̃r ſe & primo:ſic eſſentia creaturę ex ſe p ſe & primo eſt poſſe non eſſe, coniunctũ actui non eſſendi:ita q̃ nõ eſt ex ſe p ſe & primo poſſe eſſe, nec æqua liter & ſimul etiã natura poſſe eſſe & poſſe nõ eſſe. Immo non eſt poſſe eſſe ab alio:niſi quia ex ſe ẽ non ens ſcđm actũ aliquãdo vt dictum eſt.In ꝓpoſito aũt Platonis ſola natura bene p̃cedunt prin cipia principiatũ in eſſe:nequaq̃ aũt duratione: quia idẽ eſt eſſe duratione. Vnde pĥus reꝓhendit Platonẽ:quia vt dicit Commẽ.ponit illas res ex quibus mũdus fit:priores mũdo ſcđm ſęculũ : qđ eſt impoſſibile:quia ea ex quibus mũdus fit ſcđm Platonẽ, ſunt corpora exiſtẽtia in actu:qđ nõ eſt verum. Vnde vt dicit Cõmẽtator:ſi intẽdebat cũ dicebat mundũ eſſe generatum ex cauſis prioribus in eſſe: erit verum.Scđm fidem aũt catholicam mũdus generatur ex cauſis prioribus mũdo ĩ eſſe:quia ex indiuiduis ſuarum ſpecierum:ſed non duratione. Ipa autem indiuidua non generan tur ex aliquo ſubiectiue: quia ipſę eſſentię rerũ non ſunt ſubiecta eſſe & nõ eſſe:vt de eſſentia non ente generetur eſſentia ens:quẽadmodũ de corpore non albo generatur corpus album. Subiectiue enim ipa nõ eſt potẽtia ad eſſe vel nõ eẽ: ſed obiectiue eſt in potẽtia ad eſſe cũ eſt ſub nõ eſſe : non vt ex eſſentia nõ ente fiat ens:ſed vt ipa eſſentia nõ ens fiat ens:& cũ eſt in eſſe,tũc eſt in potẽtia ad non eſſe:non vt ex eſſentia ente fiat eſſentia non ens:ſed vt ipa eſſentia ens fiat nõ ens: nõ a princi Ad ſcđm. pio corruptiuo,ſed defectiuo. AD ſcđm:q̃ nec habẽs eſſe ex ſe,ſed ex ſe pmanẽs ĩ eſſe,põt ab alio habere eſſe perpetuũ & ab æterno:vt motus: creatura omnis eſt hmõi &c.Dicẽdum ad hoc & ſimi liter ad confirmationẽ de corpore luminoſo: q̃ res aliqua quę nõ habet eẽ ex ſe nec pmanẽtiam,ha bet tñ eam in ſe vt ſubſtãtia aliqua: res vero alia non habet eſſe nec permanẽtiam in ſe : ſed in alio vt accidẽtia.Et ſcđm hoc in re duplex eſt potẽtia:Quędã ad eſſe ſcđm ſubſtantiã:quędã vero ad eẽ ſcđm vbi,vel ſcđm illuminationẽ,aut huiuſmodi.De eo qđ eſt ĩ potẽtia ad eſſe ex ſe primo modo non poteſt ſcđm pĥm habere eſſe perpetuũ ab alio:habẽdo,ſ.naturã qua neceſſe eſſet ipm ſemp eſſe niſi in hoc natura eius tranſmutaretur.In eadẽ tñ natura manẽte ab alio conſeruãte & nõ a natu ra illius qđ conſeruatur niſi quo ad potẽtiam obediẽtię:vere ponit fides catholica q̃ poſſibile non eſſe ex ſe ab alio poteſt ĩ eẽ ꝓpetuari.ſed talẽ modũ perpetuãdi nõ vidit pĥs.De eo vero qđ eſt in po tẽtia ſecũdo modo intelligitur ſolũ dictũ pĥi. Vnde corpus cęleſte ex ſe eſt poſſibile moueri ſem per:non ſemp aũt actu mouet quãtũ eſt ex ſe & ſuo motore cõiũcto . dicẽte Cõmẽ.ſup.xii.Metaph. Si potẽtia q̃ mouet hoc motu æterno fuerit ĩ eo:aut ẽ finita aut ifinita. Si ifinita,cõtiget moueri ĩ inſtãti.Si vero finita,poſſibile eſt quieſcere, qđ iã iprobatur.ergo nõ mouetur p potẽtiam exiſtẽtẽ in eo:immo p potẽtiam nõ in ſubiecto omnino.Et vt dicit motus eius cõponit̃ ex duobus motoribus:quorum vnus eſt finitę motionis,& eſt anima exiſtens in eo:& alter infinitæ motionis, & eſt potẽtia quę non eſt in materia: & inquantũ cęlum eſt ex ſe poſſibile moueri:ex ſe eſt poſſibile quieſcere:quia motus habet contrariũ.ſ.quietẽ,ꝓpter qđ impoſſibile eſt q̃ ſit remanẽs ex ſe:ſed ab alio motore ſeparato . Et ſunt in hoc duo conſideráda:quorum alterũ ſolum poſuit Cõmẽ.quaſi poſſi bile ex ſe poteſt eſſe neceſſariũ & perpetuũ ab altero. Vnũ,ſ.qđ tãgit Cõmẽ.quia habet eſſe ab alio: vt motus a motore:illuminatio ab illuminante.Propter qđ ab illo a quo habẽt eſſe poſſunt habere continuationẽ eſſe. Vnde ſubſtantię quia habẽt eſſe ex ſe & ſua forma,& ſcđm ipm non ab alio niſi per quãdam depẽdẽtiam p̃dicto modo:ideo ſi ex ſe non habẽt poſſe eſſe ſuũ cõtinuare,nullo modo eſſe ſui continuationẽ poſſunt habere ab alio ſuperiori:niſi & agẽs & recipiẽs mutarẽtur in ſubſtã tia. poſuit em̃ q̃ deus nihil ageret circa inferiora niſi de neceſſitate naturę: & hoc nõ niſi motum cęleſtẽ:& p illum ea quę dependẽt a motu . Ponẽdo tñ q̃ agat & moueat p voluntatẽ circa omnia & mediate & immediate,ſcđm q̃ ei placuerit,nõ minus poteſt ꝓpetuari in eſſe ex pte poſt poſſibile eſſe ſcđm ſubſtantiã q̃ poſſe eſſe ſcđm vbi,nõ ſic autẽ ex pte ante vt iam dicetur. Aliud vero eſt cõ-

G

ſiderare ī eo qđ ſcđm philoſophũ habet ꝑpetuari ab alio:quia habet eſſe ī eo qđ ſcđm philoſophũ habet eſſe neceſſariũ ex ſe. Vnde quia cælũ habet eſſe neceſſariũ ſecũdum ſubſtantiã & æternũ ſecũdum ipſum:& ex ſe eſt poſſibile moueri & poſſibile quieſcere:ideo ab alio poteſt motus in ipſo cõtinuari:& ſimiliter ſtellę oẽs:cũ ſcđm aliquos recipiunt lumẽ a ſole:qa ex ſubſtãtia ſua habẽt eſſe neceſſariũ:& ex ſe ſunt poſſibile illuminari vl' nõ illuminari. Ideo in illis quę nunq̃ eclipſant poſſibile obſcurari ex ſe, ꝑpetuo illuminari poteſt ab alio:& hoc eadẽ ꝑpetuitate qua ſubiectũ habet ꝑpetuitatẽ in ſua ſubſtãtia, ſiue ab ante ſolũ, ſiue ad poſt, ſiue vtroq; modo. Vnde ab illa regla, Poſſibile ex ſe nõ poteſt ꝑpetuari ab alio:nõ ſolum debent excipi motus cęli:ſed etiã illuminatio & ſiqua plura huiuſmodi accidẽtia poſſent inueniri in corpore cęleſti, ſcđm quę eſſet trãſmutabile, ꝑ eundẽ modũ quãdo ex ſuppoſitiõe ponũtur ꝑpetua ante & poſt illuminabile & luminoſum & oppoſita ſine impedimẽto, cõtingit q; ꝑpetuo vnũ illuminaret alterũ. Quia ſicut ex ſuppoſitiõe ſubiecta habẽt eſſe nõ poſt nõ eſſe:ſic & poſſibilia ſunt vt ī eis fiant accidentia nõ poſt nõ eſſe. Sed ſi ſol ponat ꝑ impoſſibile eſſe deus quidã & quoddã neceſſe eſſe potẽs ꝑducere de nihilo radiũ ſubſiſtentẽ:quãadmodũ deus creauit oĩa ab initio:nõ plus poſſet ꝑducere radium ſibi coæternum q̃ de⁹ creaturas alias:ſed neceſſe eſſet vt radii illius nõ eſſe pręcederet eſſe. Si vero talia accidẽtia haberẽt eſſe in ſubiecto corruptibili ſcđm philoſophũ, nullo modo poſſent ab alio ꝑpetuari:quia cauſa mot⁹ ſui quę nõ eſt niſi forma ſua, ꝑpetuari nõ poteſt. Q̃ q̃ ergo in creatura ſit pria cõditio ſcđm fidẽ, q; non habet eſſe niſi ab alio:quia tamẽ nõ eſt ex ſe neceſſaria:neq; habet eſſe ī neceſſario eſſe:& ab illo alio qđ de⁹ eſt nõ habet eſſe neceſſitate naturę eius:nõ eſt neceſſe ab illo ꝑpetuari, nec ante, nec poſt, nec etiã poteſt ex parte ante:licet ſcđm poſitionẽ philoſophi poſſibile ex ſe, nec ex parte ante, nec ex parte poſt poſſit perpetuari. Ipſe eñ poſuit alia prẽter generabilia & corruptibilia a nullo eſſe pricipiatiue: ſed ſolũ modo ex ſeipſis formaliter:ita q; cæleſte corpus ab ipõ non recipiat niſi motus continuationẽ:ſicut vnũ eorũ ab altero illuminationẽ. Propter qđ propter æternitatẽ oĩmodã quã poſuit ex parte ſubiecti, potuit ponere in ipſo ꝑpetuari omnimode:qđ erat poſſibile ī eo. Sed tũc forte arguit aliqs ſecũdum q; ſupra arguebamus cõtra Auicẽ. Si cælum de neceſſitate mouet ab alio:& ex ſe poſſibile eſt ipm nõ moueri:ponat ergo in eſſe:etſi falſum ſit, nõ tamen impoſſibile. Nũc autẽ nõ eſt falſum
H abſolutum ſed falſum impoſſibile:quia includũtur cõtradictoria vt patet. Et eſt dicendũ q; duplex eſt poſſibile eẽ. Eſt eñ quoddã poſſibile eſſe ſecũdum actũ vni⁹ formę, qđ eſt neceſſe eſſe ſcđm actũ alterius formę:per quã ordinẽ & connexionẽ habet ad aliud neceſſe eſſe:a quo per hmõi ordinẽ habet actum formę illius ſcđm quã habet q; ſit poſſibile eſſe, ſicut in propoſito cælũ ſcđm actũ formę ſuę eſt neceſſe eſſe:& ſcđm actũ motus eſt poſſibile eſſe:& p primã formã habet ordinẽ & cõnexionẽ ad primũ neceſſe eẽ:a q̃ p hmõi ordinẽ habet moueri ſm actũ. Aliud vero eſt poſſibile eẽ ſcđm actũ vnius formę:& ſcđm nulli⁹ formę actũ eſt neceſſe eẽ vt oĩs creatura. Propter qđ nõ eſt ſille. Sed illđ poſſibile ꝑpter annexũ nõ põt poni ī eſſe niſi per ipoſſibile:iſtud autẽ põt poni eẽ abſolute, & ſic cælũ ab eodẽ depẽdet:licet ab eo cauſatiue nõ habeat eẽ a q̃ depẽdet in motu & a quo cauſatiue habet moueri: ita q; ſcđm philoſophũ motus cæli nõ põt poni nõ eſſe:niſi ponat ordo & dependẽtia cæli ad primũ non eſſe. & ſi ordo ille nõ eſſet, cælũ non eſſet. dicente Auer. in fine de ſubſtãtia orbis. Dator cõtinuationis motus cæli eſt dator motus cęli:& niſi eſſet, deſtrueret motus:& ſi motus, & cælum:etſi motus cæli deſtrueret, deſtrueret motus entium inferiorũ:& ſic mundus:ex quo verificat q; dator cõtinuationis motui eſt dator eſſe aliis entibus:licet alio & alio modo vt iam dictũ eſt. Vnde poſuit tantam cõnexionem in eſſe inferiorum per dependentiã ad ſuperiora:vt licet inferiora ponerent ex ſe eſſe neceſſe eſſe, q; tamẽ nõ eſſent ſi ſuperiora nõ eſſent: ita q; ſi poneret aliquod inferiorum eſſe ſecũdum ipſum ſine connexione ad ſuperius, cõtradictoria & impoſſibilia implicarẽtur. ſ. q; eſſet propter neceſſe eſſe:& nõ eſſet propter defectũ cõnexionis ad aliud neceſſe eſſe. Sed q̃ q̃ Cõmẽta. exponendo librũ cæli & mundi ſic ſenſerit vt iam dictũ eſt de ſubſtãtia cæli & motu eius: & q; cælum ſecũdum ſubſtantiã nõ eſt in potẽtia:ſed ſecundũ vbi tm̃:& q; ideo ab alio cauſatiue mouetur:ſed non exiſtit niſi dependẽter ſolũ:in libello tamẽ de ſubſtãtia orbis videtur retractare hoc & dicere q; Ariſto. idem ſentiebat de motu eius:vt ſcđm hoc in modico differat opinio Ariſto. ab opinione Auic. In tertio eñ capło de ſubſtãtia orbis Cõmenta. dicit ſic. Et debemus ſcire q; corpus cæleſte non indiget virtute mouẽte in loco tm̃:ſed etiam virtute largiente in ſe & in ſua ſubſtãtia permanẽtiã æternã. qm̃ etſi ſit ſimplex, & nõ habeat potẽtiam ad corruptionẽ:tamẽ eſt finitę actiõis neceſſario: quia eſt finitarũ dimẽſionum. Et omne tale cum intellectus poſuerit ipm exiſtens per ſe abſq; eo q; aliud largiat ipſi permanẽtiam & æternitatẽ, neceſſe eſt vt ita ſit de finitate ſuę permanẽtiæ ſicut eſt de finitate ſuę actionis:& ideo neceſſe eſt in intellectu potentiã eſſe largientẽ ipſi perma

nẽtiam æternam:quẽadmodũ ipſi largitur motũ æternũ:& nõ hoc tm̃:ſed neceſſe eſt hic eſſe virtutem quę largit̃ ei motum propriũ ſuę actioni,quæ eſt æternitas inter cęteros motus,ſ.motũ localẽ in circuitu:& figurã propriã ipſi motui.ſ.ſphęricã:& mẽſuram propriã vniuſcuiuſq; iſtorũ corporum:& cõuenientiã inter ea adinuicẽ in ordine & quãtitate:ita q; ex oĩbus perficiatur vnus actus .i.totus mũdus. Nulla em̃ eſt differẽtia iter indigẽtiam virtutis actiuę in oĩ corpore ſimplici vno: aut in vno cõpoſito ex ſimplicib⁹ hmõi:& indifferẽter:ſiue etiã corpus illud fuerit generatũ,vl̃ nõ gñatũ. Vnde videmus cælũ habere vnã virtutẽ non tantũ mouẽtẽ oĩa:ſed agẽtem & conſeruantẽ omnia,Sed agẽtiũ quoddã eſt prius tẽpore acto:& eſt agẽs omne qđ fit in ſphęra mũdi:& eſt orbis quẽ ſequit̃ tẽpus: & eſt agens orbem.i.faciens ipſum in diſpoſitionib⁹ neceſſariis inueniendo finem propter quẽ fuit,Et cum hoc ignorauerũt quidam eſſe de opinione Ariſto,dixerũt ipſum nõ dicere cauſam agẽtem totum:ſed tm̃ cauſam mouẽtem: & illud fuit valde abſurdũ.Q2 ſi ita ſit:cęlum ergo ſicut eſt poſſibile moueri & nõ moueri ex ſe:ſic ex ſe eſt poſſibile eẽ & nõ eſſe: qđ proculdubio verum eſt obiectiue:& tale ſcđm ipſum bene poteſt pꝛpetuari ab alio:nõ autẽ qđ eſt poſſibile eſſe & nõ eſſe ſubiectiue:qđ dicunt Auer. poſuiſſe circa cælũ,ca.v.de ſubſtantia orbis,vbi dicit q; duobus modis eſt aliqd eẽ virtutis infinitę,ſiue actiue,ſiue paſſiue. Vno modo in tẽpore,ſ.per ſucceſſionem ſemp agendo & ſemp recipiendo:aut in ſe,ſ.vigore,ſ.inſimul agẽdo infinite vel recipiẽdo.Hoc ſecũdo modo in nullo corpore,ſiue cæleſti,ſiue elementari poteſt eſſe virtus actiua aut paſſiua infinita.Primo vero modo eſt infinita in corpore cæleſti actione & paſſione:quia ſubiectiue nõ eſt materia in potẽtia ad formã:ſed nec conſtitutiua forma eius in eſſe p materiã:ſicut nec anima rationalis per corpus humanũ. Vnde ſcđm ipm ex hoc corpus cæleſte habet q; põt ꝓpetuari in eſſe ab alio vtroq; modo:licet vtroq; modo ſit poſſibile ex ſe:non aũt corpus elementare:quia.ſ.eſt cõpoſitũ ex materia & forma:quę ſubiectiue eſt in potẽtia eſſe & non eſſe.& tale neceſſe eſt corrũpi: & tale proprie eſt poſſibile corrũpi. Vnde dicit q; nõ ſequit̃:q; ſi virtus eſt finitę actionis & paſſionis q; ſit corpus poſſibile vt corrũpaṫ:poſſibilitas em̃ nõ debet eſſe niſi ex hoc q; virtus eſt finita ĩ tẽpore:qa eſt cõpoſitum:& in potẽtia ſubiectiue.Et ſic Ariſto.arguens in primo cęli & mũdi:q; corruptibile ex ſe nõ poteſt perpetuari ab alio:ſolum intẽdit hoc arguere de eo qđ eſt corruptibile ſubiectiue potẽtia materię & habẽs cõtrariũ corruptiuũ: qualiter poſuit Plato cęlũ corruptibile:& a deo ꝓpetuari:nõ autẽ de eo qđ eſt ſolũ corruptibile obiectiue potentia defectiua naturæ. Tale em̃ non habet cauſam agẽtem corruptionẽ:& ideo a tali corruptiõe neceſſe eſt ꝓpetuo quieſcere:vt dicit in fine de ſubſtãtia orbis:credẽs per hoc ſatiſfacere queſtioni Ioannis Grãmatici.Sed nõ ſatiſfecit:licet em̃ nõ habet cauſam agentẽ:habet tamẽ cauſam deficientẽ ſubtrahente ſe cauſa in eſſe conſeruãte. Sed huic nullo modo cõſenſiſſet niſi poneretur illa cauſa mutabilis,vnde poſuit iſtam cauſam non poſſe ſe ſubtrahere propter inſeparabilẽ connexionẽ prædictã:& ſic q; nullo modo poſſet poni deficere niſi implicando contradictoria. Nos autẽ fideles qui omnia pręter deum ponimus ex ſeipſis nõ eſſe:& eſſe non habere niſi a deo:ita q; ſuũ non eſſe ſecundũ prædicta non ſolum natura ſed duratione etiã neceſſe eſt pcedere ſuũ eſſe:ita q; nullo modo poſſint recipere eſſe niſi ſint actu in nõ eſſe:debemus dicere q; ex parte ante recipere non potuerunt eſſe perpetuũ:nec ideo deus illud eis dare potuit:nõ propter aliquã impotentiam in ipſo:ſed propter conditionẽ receptibilis,nõ eſt em̃ potẽtia actiua ſine paſſiua ſibi correſpondente:vt ſupra habitũ eſt,illa em̃ vana eſſet.Poteſt tamen recipere a deo ex parte poſt quantũcũq; ſit corruptibile ſubiectiue: quia vis diuina poteſt vim corruptiuã abſoluere natura ipa manẽte:vt a calore ne calefaciat.qđ philoſoph⁹ videre nõ potuit. SIC ergo recolligo pdicta: q; neceſſe eſſe ex ſe formaliter ita q; a nullo pricipiatiue,eſt ſolus deus pater ſecũdum primũ modum eſſendi prepoſitũ. Neceſſe vero eſſe ex ſe formaliter ſed principiatiue ab alio ſunt filius & ſpũs ſctũs,iuxta ſcđm modũ eſſendi.Et ſic ſolus vnus deus in tribus pſonis eſſentialiter ex ſe formaliter eſt neceſſe eſſe:& nulla creatura eſt aut poteſt eſſe neceſſe eſſe formaliter:neq; ex ſe neq; ab alio, qm̃ neq; ex ſe formaliter & ab alio pricipiatiue,iuxta tertiũ modũ:neq; formaliter ex ſe & depẽdẽter ab alio:iuxta quartũ modũ:neq; etiã ex ſolo alio cauſatiue:ita q; nõ ex ſe formaliter:iuxta quintum modum & ſextũ & ſeptimũ. Sed iuxta octauũ modum oĩs creatura eſt poſſibile eſſe poſt non eſſe actione ſupnaturali,& poſſibile nõ eſſe poſt eſſe defectiue,Iuxta nonũ autẽ modum generabile & corruptibile eſt poſſibile ad eſſe poſt nõ eſſe actiõe naturali:& poſſibile nõ eſſe poſt eſſe corruptiue.Iuxta.xi.autẽ modũ &vltimũ ſumit̃ ipoſſibile eſſe oppoſitũ quoquo modo ei qđ eſt neceſſe eſſe.

Ad primũ principale. Ecce breuis ſolutio:ſed longa & ſpatioſa declaratio. Q2 ergo arguebaṫ primo ĩ oppoſitũ q; ſubſtãtię ſeparatę habent cauſam formalẽ intrinſecã ſui eſſe ſibi ſemp pręſentẽ:ergo ſeipſis formaliter ſunt neceſſe eẽ:Dicẽdũ ad mediũ q; eẽ duplex eſt,Eſſentię purũ:qđ eſt eẽ cognitiuũ:qa nõ habet illud rei k

essentia extra ītellectũ:& esse existētię qđ est esse verũ in re extra. Si ergo loq̃mur de necessitate circa esse primũ, nulla essentia creaturæ ex se formaliter est necesse esse, habēdo causam formalem intrinsecam sui esse sibi pręsentē:quia etsi esse essentię in essentia rei a nullo habetur effectiue:imitatiue tamē habet hoc a diuina essentia. Inquātum em̃ deus scđm ratiões ideales imitabilis est a creaturis:ex hoc habēt creaturę esse essentiæ suę:& ꝙ sint essentię quędā habētes esse cognitiuũ in mente diuina. Vnde Auicē. quia in rebus incorruptibilib⁹ non distinxit inter rei essentiā & existētiam: per hunc modũ posuit existētias rerũ extra a diuino intellectu. Et scđm hoc essentię siue formę rerum quasi dupliciter fluũt a primo. Vno modo p quādam imitationē formalē:& hoc quo ad esse essentię, scđm quē modum pñus in esse existētiæ posuit substātias incorruptibiles habere esse a deo. Alio modo p quādam pductionē:& hoc quo ad esse existētię, scđm quē nō posuit pñus incorruptibilia esse a deo:vt patet ex prędeterminatis. Et istos duos modos fluēdi formas rerũ a deo, notauit Auicē. viii. Metaphy. primo primũ:scđo scđm:dicēs. Scias ꝙ differētia est inter fluere ab aliquo formā cuius natura est vt intelligat:& inter fluere ab aliquo formā intellectā, inquātum est intellecta tm̃ absq; additiõe aliq̃. Forma ītellecta inquātũ intellecta:est forma vt est vniuersalis:causatũ vt intellectũ quoddā in eē essentię. Forma vero ī cui⁹ natura est vt ītelligat, est eadē forma vt singularis in suppposito in esse existētię:causatum vt ens quoddā extra. Vnde de vtroq; subdit cōtinue, primo de primo, scđo de scđo dicēs. Et scias ꝙ ipse intellígit suam essentiā esse principiũ fluxus oīs intellectí:inquātum est intellectũ causatũ sicut intellígit suā essentiā esse principiũ fluxus oīs entis inquātum est ens causatũ. Si vero loquamur de necessitate circa esse scđm:a qua sumit verũ necesse esse de quo est sermo noster:sic scđm prędicta nulla res creata vllo modo est necesse esse. Et ꝙ arguitur ꝙ habet causam formalē &c. Dicēdum ꝙ aliqua est forma a qua ex se ipsa sola habet esse sine alteri⁹ actu circa eā. Hoc modo sola forma illa quę est diuina essentia, est causa formalis diuini eē: licet impropriissime dicat causa esse:qa ipsa potius est ipm̃ esse. Et ideo solę tres psonæ quę habēt hmõi formā intrinsecam semp sibi præsentē, sunt necesse esse. Alia vero est forma a qua nō ex seipsa sola habetur esse actualis existētię: sed solūmodo ex actu alterius circa ipsam, quo fluit ab ea eē in re cuius est. & talis est oīs forma creata. Inquātū em̃ ipsa est effect⁹ dei, & ex hoc habet depēdētiā & respectũ quēdam ad deũ, ipsa est ratio & causa esse rei. & qđ sic habet formā intrīsecā sibi pręsentē sui eē, nō est necesse esse:sed solum possibile esse:cuius actus oīno depēdet ab alio. Et ꝙ arguit ad probationē maioris:ꝙ ablatis causis extrinsecis res habet esse per intrinsecas: Dicēdum ꝙ sunt quędā causę extrinsecę:a qbus res depēdet ordine essentiali:vt elemēta a celestib⁹:quędā vero sunt extrinsecę accidētales:a qb⁹ res depēdet ordine accidētali:vt iste hõ fili⁹ ab alio hoīe patre suo. De causis extrīsecis scđo mō verũ est:nō aūt de causis extrīsecis prīo mō, scđm ꝙ dicit Cōmēta. sup 8m Phy. ꝙ gñans pximũ particulare:vt hõ gñans hominē genitũ:nō aūt gñans vniuersale vt sol vel cęlũ. Vñ qa de⁹ est causa extrinseca omniũ essentialissima:idcirco sine ipo nihil valēt ad dandũ esse causę intrinsecę. immo si nō manu potētię suæ eas teneat, statim in nihilũ cadūt. Et qđ arguit ad probationē minoris:ꝙ formę simplices sibi abesse nō possunt:verũ est. nō tamē vt dictũ est per se sufficiũt ad dandũ esse existētię, sed essentię solũ scđm dictũ modũ. & ideo nullā necessitatē possunt dare ī esse existētię:

I. sed solũ in esse essentię quoquo mō vt dictũ est. PER idē patet ad scđm:qđ nō potest relinq̃re causam formalē sui esse, ex se formaliter est necesse esse. Dicēdum ꝙ verum est quādo ex se solo est causa sufficiēs sui esse:qđ solũ cōtingit ī forma increata deitatis. Quādo aūt ex se oīno ad hoc est insufficiēs:vt est omnis forma creata sicut dictum est:tunc quātūcūq; non potest res relinq̃re huiusmodi formā:non tamē ex ipsa est necesse esse nisi secundum dictum modum. Ad secundũ



Equuntur quęsita de creaturis scđm seipsas in spęciali:& primo circa quęsita de intellectualibus:scđo de non intellectualib⁹ sed inanimatis. Et circa primũ quęrebant primo quędā cōmuniter pertinētia ad naturā angelicā & humanā. Deinde quęrebant quædā alia ptinētia spęcialiter ad naturā humanā. Circa primũ istorum quęrebātur duo, quorũ vnum pertinet ad statũ naturę ītellectualis institutę, alterum vero ad statũ naturæ intellectualis oīno destitutæ. Primũ erat:vtrũ homo vel angelus quo ad statũ innocētię possit habere primũ actũ malũ. Secũdum vtrũ damnati possint reuerti ad bonũ. CIRca primũ arguit ꝙ nō:qa 8m Anſel. de casu diaboli, creatura intellectualis nō pōt habere primũ actu volūtatis nisi a deo. sed a deo nō pōt habere actũ volūtatis malũ:qa tūc malũ culpę esset a deo:qđ falsum est. ergo &c. CONtra. habēs potētiam perfectā nō impēditā liberā ad actũ, potest statim in actũ illũ ad quē est cũ aliquid potest per illā potētiam. natura intellectualis in volūtate sua habet huiusmodi potētiā:quę etiā est expeditior in malũ q̃ in bonum: quia facilius est Quęst. x. Quęst. xi. Argu. prin. In oppositũ.

Reſponſio. deficere q̃ proficere,ergo &c. AD hoc dicẽdum:q̃ ſiquis nõ diſtinguat inter actũ volũtatis naturalẽ & deliberatiuũ:nõ aſpiciẽdo ad actũ aliũ q̃ deliberatiuũ:poteſt dicere q̃ creatura intellectualis poteſt habere primũ actũ malũ.Cũ em̃ deliberauerit eligẽdo,ſiue bonũ fuerit,ſiue malũ,propter liberi arbitrii facultatẽ põt eligere malũ:licet nõ niſi vt bonũ ſibi & ſub ſpecie boni:vt iã diceť.Vñ dicẽtes q̃ deliberatio naturę intellectualis poſſit fieri ſubito:qa intelligit ſine diſcurſu : poſſunt ponere q̃ i primo inſtãti actio prima poſſit eſſe mala.Sed qa ei⁹ deliberatio nõ põt eſſe ī inſtãti:ideo nõ potuit in primo inſtãti habere actũ malũ.Vñ & ſcđm ponẽtes q̃ hoĩes & angeli erãt creati in gr̃a:& q̃ boni angeli meruerũt ī primo inſtãti creationis ſuę,meritũ illud ſiqđ erat p̃ceſſit ex gr̃a in actu volũtatis naturali nõ deliberatiuo.Si igit̃ diſtĩguam⁹ act⁹ volũtatis ī naturalẽ & deliberatiuũ:& q̃am⁹ gñaliter de actu pr̃io:vtrũ poſſit eſſe malus,ſiue ſit naturalis,ſiue deliberatiu⁹:Dicẽdũ eſt q̃ cũ act⁹ volũtatis naturalis p̃cedit deliberatiuũ:vt iã declarabiť:& naturalis act⁹ volẽdi nõ põt eſſe malus:ſicut nec ipa natura põt,eſſe mala:qđ em̃ vult naturali actu,vult vt bonũ naturę:q̃re nõ põt eſſe niſi bonũ:qa a deo ẽ ĩditũ naturę:idcirco ſimplr̃ dicẽdũ eſt:q̃ nullo mõ act⁹ prim⁹ volũtatis põt eẽ malus.Sed hũc actũ naturalẽ a deo eẽ ĩditũ naturę,ponũt ſic eſſe ĩditũ,q̃ ĩpetu quodã volũtatẽ ducit ad primũ actũ volẽdi:ſine quo nõ põt vt dicũt exire ī alios. Vñ dicũt q̃ prim⁹ act⁹ mal⁹ eſſe nõ põt:qa nõ põt fieri niſi a deo agẽte vt merito aſcribereť deo,q̃re cũ malũ deo ex actione ſua aſcribi nõ põt:prim⁹ act⁹ malus eſſe nõ poteſt.Qđ dicũt ſenſiſſe Anſel.de caſu diaboli.De angelo em̃ ī ca. xi,quęrit ſic,Putas ne ipſe angel⁹ p ſe poſſit aliqd velle?Et exponit qd appellat p ſe:ſubdẽs.Per ſe dico p hoc qđ iam habet:vt q habet pedes q ſufficiũt ad ambulandũ,p̃r ſe poteſt ambulare:q aũt habet pedes & nõ habet ĩcolumitatẽ pedũ:nõ põt ambulare p ſe.Hoc itaq̃ modo quęro:an angelus q iã aptus eſt ad volendũ & nondũ qcq̃ vult,per ſe poſſit aliqd velle:habendo,ſ.volũtatis potẽtiã qua ſeipo poſſit & velit ſeip̃m mouere de nõ velle ad velle?Et determinat q̃ nõ:ſubdẽs ī ca.xii.Quicqd ſe mouet ad volendũ,prius vult ita ſe mouere:quicqd ergo nihil vult:nullo modo poteſt ſe mouere ad actũ volẽdi. Reſtat igit̃ vt ille angelus q iã aptus natus eſt ad habendũ voluntatẽ:ſed tñ nihil vult:nõ poteſt habere voluntatẽ primã a ſe.Q2 ſic neceſſe ſit ponere:vt,ſ.ponere q̃ ſup naturalẽ voluntatẽ quę eſt naturalis potẽtia aĩæ,oporteat a deo fieri aliquẽ ip̃etũ in hmõi volũtatẽ ad eliciẽdũ primũ actũ volũtatis anteq̃ ex ſe poſſit exire ī actũ ad aliquẽ aliũ:nõ video. Si em̃ angelus ex dono dei in naturalib⁹ ſuis habet voluntatẽ q̃ poteſtas naturalis eſt,& facultatẽ incolumẽ ante oẽm eius actũ:nõ video qn p ſe poſſit aliqd velle:vt,ſ.ſeip̃am moueat & velit & poſſit mouere ī actũ volẽdi: cũ pri⁹ nihil oĩno voluerit:aut nullũ actũ volẽdi oĩno habuerit.Vñ nõ video qn bñ rñdeat ei diſcipul⁹ cũ dicit ī ca.xii.Si iã apt⁹ ẽ ad volũtatẽ,i.ad actũ volẽdi vt nihil aliđ illi deſit,ſ.de ĩtriſecis naturalib⁹ neceſſariis ad actũ volẽdi:vt nihil ei reſtet vl̃ deſit q̃ velle:nõ video cur per ſe nõ poſſit.Vt tñ mutẽ ſimile & exẽplũ qđ ibi cõtinue ſubiũgit:& dicã ſic:qcũq̃ em̃ apt⁹ eſt ad vidẽdũ:& aptis oculis in tenebris poſit⁹ nihil videt:qa,ſ.deeſt lux mouẽs: & ipſa ſolũmodo poteſt videre per ſe lumine ſubito fulgẽte ī p̃ſentia oculor̃:q̃re ergo q apt⁹ eſt ad volẽdũ:& volũtati nullo volibili p̃poſito p cognitionẽ intellect⁹ nihil vult:qa,ſ.deeſt p̃ſentia volibilis in cognitione:& p̃pt hoc ſolũmodo nõ põt velle p ſe:volibili ſubito p̃ſente ī cognitiõe intellect⁹:quare ergo nõ volẽs ſil̃ nõ velit p ſe ſicut nõ vidẽs põt p ſe videre:reuera nõ video.Nec valet hic reſpõſio Anſel.qua reſpondet ad exẽplũ qđ ibi proponit diſcipulus de illo q clauſis oculis ī luce poſit⁹ nihil videt : & tamẽ põt p ſe videre:nõ aũt nõ volẽs põt p ſe velle.Et reſpõdet Anſel.dicẽs q̃ hoc cõtigit qa ille nõ vidẽs habet viſum & volũtatẽ iã actu volentẽ qua põt mouere viſũ ad vidẽdũ aperiẽdo oculos.In p̃poſito aũt loqmur reſpectu act⁹ volẽdi de illo q iã habet nullũ actũ volẽdi.Et ita reuera q̃ ad hoc nõ eſt ſil̃e.Sed ſic ī nr̃o exẽplo reſpõderi nõ põt:qa ſi ī tenebris ſint oculi apti:& volũtatẽ nihil ip̃diat p hoc q̃ ſit alibi nimis intenta:nec alio modo cũ lux ſplẽdet ī p̃ſentia oculor̃ abſq̃ oĩ actione volũtatis p̃cedente qua mouet viſum ad actũ vidẽdi:põt p ſe videre:& quęrať quare ergo ī p̃poſito ſi volũtas nõ ſit ip̃edita:& poſtq̃ prius nullũ volitũ pr̃eſens erat ī cognitiõe:& ideo nihil vult: cũ ſtatim ī cognitiõe p̃ſentať volibile abſq̃ oĩ actione volũtatis p̃cedẽte qua mouet ſe ad actũ volẽdi:nõ poteſt p ſe velle. Nõ enim poteſt dici q̃ ille habet actũ volũtatis ante actũ videndi:quo poteſt mouere viſum ad actũ videndi:iſte vero nõ:quia ibi actus volũtatis p̃cedẽs nihil operať ad actũ videndi vt dictũ eſt. Vnde nec requiriť appetere videre ad illũ primũ actum vidẽdi. Vnde ſicut ī primũ actũ vidẽdi,aut cognoſcẽdi,aut intelligẽdi nõ oportet ducere viſum vel intellectũ in actũ videndi vel intelligẽdi per aliũ actum vidẽdi,cognoſcẽdi,vel intelligẽdi p̃cedẽtẽ:ſed ſine illo põt p ſe exire ī actũ aliis neceſſariis ad ip̃m cõcurrentibus:ſic in primum actum volendi non oportet ducere voluntatem in actum volẽdi per alium actum volendi p̃cedentẽ:ſed ſine illo poteſt exire in ip̃m aliis neceſſariis ad ipſum cõcurrẽtib⁹. Cũ

ergo quęrit Anſel. Quare reſpõde mihi ſiqua res ſeipſam mouet de nõ velle ad velle: vtrũ ſic ipſa ſe velit mouere: Reſpondeo ꝙ ſic: ſed nõ alio actu volendi, quicunq; em̃ vult aliquid, vult ſe velle illud in illud volẽdo: & qcũq; explicite actũ replicãdo ſup ſe dicit ſe velle ſe velle illud, nugatorie hoc dicit: quia in primo velle dicit vtrũq;: & ſic dicere velle ſe velle illud, eſt ac ſi diceret: volo volo illd niſi ita ſit ꝙ actus principalis velle non ſit in poteſtate volentis ſe velle illud, & hoc aut nullo modo: aut nõ tali modo quo vult ſe velle. Velle em̃ deum charitatiue nõ eſt ĩ hominis poteſtate abſq; habitu charitatis: & ideo volũtate naturali poteſt velle ſe velle deũ: & hoc non eſt niſi velle habere charitatem qua poſſit velle deũ charitatiue. Similiter q vult deũ ex minori charitate, nõ poteſt vel le illũ qualiter põt velle ex charitate maiori. & ideo voluntate ex charitate minori põt velle ſe velle deũ: & hoc nõ eſt niſi velle habere charitatẽ maiorẽ qua poſſit velle deũ magis charitatiue. Et ſicut
P eſt de velle in volẽdo ſe velle, ſic eſt de diligere in diligẽdo ſe diligere. Tamẽ ne tam abſurdum ꝙd credatur Anſel. poſuiſſe: puto ꝙ illud qđ dicit Anſel. Dic ergo quicqd ſe mouet ad volẽdum prius vult ita ſe mouere &c. vt ſcriptum eſt ſupra: intelligit de voluntate in habitu reſpectu illius quod vult naturaliter. ad tale em̃ qd neceſſario prius vult ĩ habitũ ita ſe mouere: anteq̃ naturaliť in actu ſe moueat ad illud volẽdum. Et ꝙ ſic intelligit, aperte explicat p hoc qđ dicit in litera ĩmediate pręcedente. Siquis em̃, vt tangit diſcipulus in ſua dubitatione, ſubito claudit oculos ad ictũ veniẽtem aut ſi cogiť aliquo incõmodo vt ſubito velit & prius non volebat: quia forte nihil de illo aduertebat: ſic ſubito nõ moueret ſe actu volũtatis fugiẽdi illud niſi prius ſcđm habitum naturaliter ſe velit mouere ad illũ actũ volũtatis. Vnde ipſe Anſel. cõtinuo ſubdit dictis cõſentiẽdo ſic inquiẽs. Nullus cogiť vel timore vel ſenſu alicuius incõmodi nec attrahiť amore cõmodi alicuius ad volẽdum aliqd. ſ. ſcđm actũ: niſi q pri⁹ habet volũtatẽ naturalẽ vitãdi incõmodũ: aut habẽdi comodũ: qua volũtate ſe mouet ad alias volũtates, hoc eſt ad alios actus volẽdi. Ecce q̃ aperte dicit volũtatẽ primã qua ſe mouet ad alios act⁹ volẽdi eſſe volũtatẽ naturalẽ vitãdi incõmodũ aut habẽdi cõmodũ: quę nihil aliud eſt q̃ actus volũtatis in habitu: qua ſtatim cũ offert incõmodũ ſcđm actũ, vult vitare: & cum offert cõmodum, vult habere neceſſario & naturaliter. Hũc aũt actũ volũtatis naturalẽ in habitu nõ habet reuera a ſe ſed a deo: in eo ꝙ dedit naturalẽ potentiã voluntatis: & naturaliter ei imꝑſſit velle vitare incõmoda & habere cõmoda. Qđ etiã apte inſinuat p ea quę ſubdit. Beat⁹ autẽ nõ poteſt eſſe &c. vbi declarat ꝙ accepit a deo velle ſibi bene eſſe & nõ eſſe male, & velle eſſe beatũ: ita ꝙ nõ poſſit moueri ab hoc ad volendũ aliud contrariũ: & ſimiliter velle ea quæ p ſe & eſſentialiter ordinant ad beatitudinẽ: & hoc volẽdo ee beatũ: quãto hoc alti⁹ eſſe nõ poſſe cognoſcit: & quo modo cũ nõ põt habere ſumma cõmoda: neceſſe eſt eũ velle habere inferiora: & ꝙ velle cõmoda ſiue maiora, ſiue minora eſt donũ dei: ſicut eſt vita aut ſenſualitas: & ꝙ nõ eſt in tali voluntate, ſiue iuſtitia, ſiue iniuſtitia. Ex quo cõcludit ĩ fine. c. xiii. Ergo inquãtum eſſentia eſt, bonũ eſt aliqd: quãtũ
Q vero ad iuſtitiã ptinet ſiue ĩiuſtitiã, nec bona, nec mala eſt. AD dubitãdũ tamẽ an ſic ſenſerit Anſel. mouet me vnũ verbũ: per qđ videť ſenſiſſe de actu primo intelligẽdi ex quodã impetu diuino. eſt aũt verbũ illd qđ poſuit ſupra: ĩ quo expoſuit qđ dixit p ſe, ſic ĩquiẽs. Per ſe dico p hoc qđ iã habet. Vbi explicat ꝙ illd qđ iã accepit ĩ naturalib⁹ nõ ſufficit ad primũ actũ ĩtelligẽdi: cui⁹ cõtrariũ eſſe verũ iam declarauim⁹. Si vero intelligat dictũ ſuum ſcđm modũ quo ipm iam expoſuimus: tũ dictũ eius nõ valet ad ꝓpoſitũ: qa quęſtio eſt de velle ĩ actu nõ in naturali habitu potẽtię. Ideo dicẽdũ ſicut prius: ꝙ actus prim⁹ volũtatis nõ põt eſſe malus qa naturalis eſt: & a deo indit⁹ nature intellectuali: nõ p impetũ quẽdã vt dicit ꝑdicta opinio: ſed p hoc ꝙ ei ididit naturalẽ volũtatẽ: qua ex ſe & p ſe. i. p hoc qđ iã habet naturaliť, põt ĩ actũ primũ volũtatis. Per hoc em̃ de⁹ ei naturã talẽ indidit qua naturaliter poteſt ĩ talẽ actũ. qđ em̃ ſic vult nõ poteſt nõ velle. Idcirco merito talis act⁹ deo aſcribiť: vt ideo dicať nõ poſſe eſſe malus tum qa pure naturalis: tũ qa naturã qua ſic põt & nõ aliter, a deo habet. Et ſic iſte actus bonus eſt: quia a natura bona eſt: & a deo qui naturam cõdidit: nec poſſet oĩno eſſe malus niſi deus naturã malam cõdidiſſet. & per hoc etiam deo aſcriberet malitia & iniuſtitia eius: non autẽ agenti eum per ſuam voluntatẽ talẽ. Sicut ſi habẽs tibiam curuam in ſuo primo actu incedendi claudicaret, imputãdũ eſſet efficienti tibiam: nõ ſic incedenti per eã: & malus ſiue iniuſtus ſcđm hunc actum potius diceret efficiens tibiam q̃ claudicãs per eam: ſi tamẽ inceſſus eſſet pure naturalis & incedens oĩno neceſſe haberet incedere per eã: ſicut volẽs neceſſario & naturaliter per voluntatẽ agit primũ actum volẽdi. Vnde ſicut primus actus rectus a volũtate recta nõ imputať iuſtitię volentis ſed bonitati dei: ſic ſi primus actus eſſet obliquus a volũtate obliqua, non imputaretur iniuſtitiæ volentis ſed malitiæ dei. Vnde dicit Anſel. de caſu diaboli. cap. xiiii. Sicut non eſſet voluntas iniuſta ſi vellet incõuenientia: qm̃ hæc nõ poſſet nõ velle: ita ſi vellet cõuenientia: nõ

idcirco eſſet iuſta volũtas:quando ſic accepiſſet vt nõ poſſet aliter velle.Si vero inceſſus cũ hoc ꝙ eſſet naturalis ex parte tibię:ex parte incedentis eſſet deliberatiuus:& ex electione procedens:etiam imputaret vitio incedẽtis. Sic & in ꝓpoſito habens a deo volũtatẽ obliquã ſi cũ hoc ea vellet ꝑ deliberationẽ actum obliquũ,malitia actꝰ imputari deberet & deo & volẽti. Sed ſi procederet malus ex voluntate obliqua nõ naturaliter:ſed ex deliberatione:hoc ſolum eſſet malitię volentis, quemadmodum ſi in primo inſtanti fieri poſſet deliberatio:& primus actus eſſet malus:eſſet a bona natura & a mala volũtate. Eſt autẽ in actibus intellectualis maximi angeli de quo pręcipue eſt ſermo,quo ad ſtatum innocentię: ſciendũ ꝙ primo per intellectũ ex habitu cõcreato cõprehẽdit vniuerſales rerũ eſſentias:& ſimul ſtatim complacet naturaliter voluntati ſuę in illis abſq; deliberatione.In qua cõplacentia quæ neceſſario eſt primus actus eius:quia nõ eſt circa particularia:nõ poteſt eſſe malum aut bonũ moris, in comprehẽſione autẽ particulariũ ſub vniuerſali,cũ ſimul plura nõ poſſit cõprehendere ſed ſolum per diſcurſum vnũ poſt alterũ:ſed non vnum ex altero: ſic vt angelus ſuperior in naturalibus prius ſuam eſſentiam particularẽ comprehẽdat quia ſibi magis pręſens eſt,ſiue alicuius alterius ſub alia ſpecie,ſiue pluribus ad cõprehenſionẽ per intellectũ cuiuſq; ſingularis ſimul duratione:licet quodam ordine naturę cõcomitatur complacẽtia naturalis in illo:& ſic in quolibet ſucceſſiue: ſcđm ꝙ ab intellectu comprehẽditur vnum poſt alterum.Nec ĩ aliquo actu huiuſmodi voluntatis poteſt eſſe malũ aut bonum moris:ſed ſolũmodo bonum naturę.Vlterius autem cum intellectus angeli primi eſſentiã ſuam propriam comprehẽdit ſub cõparatione ad eſſentias inferiorum:& comprehẽdit ꝙ eſſentia ſua ſuperior eſt & dignior ordine & gradu naturę: & quãtũ eſt ex naturalibꝰ nata pręeſſe & principari aliis:& vlterius cum hoc ꝙ iſtud eſſet bonum quoddã & ordinatum:& ſibi atq; aliis bonũ:in hoc verũ dicit ĩtellectus abſq; omni fallacia & errore:cũq; talẽ intellectum ſequit complacẽtia voluntatis,illa adhuc pure naturalis eſt & abſq; omni deliberatione. Vnde & iſtẽdo ĩ ea adhuc oĩs actus volũtatis hucuſq; qui neceſſario plures ſunt,boni ſunt: & in deum bonitas illorum retorquẽda eſt:& nullus eorũ malus.ꝙ ſi eſſet:malitia eius in deũ retorquẽda eſt.Et hoc curſu ꝓcedit actio voluntatis hucuſq; ꝙ non poteſt eſſe niſi bona bonitate naturæ: neq; bona aũt neq; mala bonitate & malitia moris:& hoc ſiue oĩs creatura ĩtellectualis fuerit creata in gratia ſiue non:quia gratia non variat aut mutat naturã:quia nec curſum aut ordinẽ naturę,Ita ꝙ ſicut actus voluntatis prędicti neceſſario ſunt abſq; omni deliberatione:& prędcedũt omnẽ actum deliberatiuũ ſine gr̃a:ita & cũ gratia.Vnde ꝙ aliqui dicunt ꝙ fuerũt creati in gratia gratũ faciente:& ꝙ oẽs in primo inſtanti ſuę creationis meruerũt:non video:quo ad hoc videlicet:ꝙ tũc potuerũt meruiſſe : cũ quãtum eſt ex natura ſua nondũ de aliquo potuerit deliberaſſe: ſed neceſſe eſt omnẽ deliberationẽ prędictos actus cõplacẽtię naturalis prędceſſiſſe. An aũt gratia iuſtificãs fuerit eis collata a deo in creatione cum ſuis naturalibus,de hoc nihil iudico:niſi ꝙ ſic fuiſſe factũ potuit: ſed an fuerit factum : quia a mera dei voluntate hoc dependet : ſcio ꝙ nulla naturali ratione deprehendi poteſt certitudinaliter.Modus autem aliquis quo congruentius fieri potuiſſe appareret cõuinci poteſt.Quare cũ ſemp pręſumẽdũ eſt deũ feciſſe qđ rationabilius & cõgruẽtius faciẽdum erat:& ſic congruentius & rationabilius fieri decuit:ſecũdum enim ꝙ dicit Auguſt, de libero arbitrio:ſi recta ratione deprehendi poteſt quia cælum decimũ eſſe congruat:putãdum eſt deum illud feciſſe: ſecũdum modum ergo magis decẽtem & congruum credẽdum eſt deum gratiam cõtuliſſe.Vnde quia gratia non ordinatur niſi ad meritum congrui quo ad gratis datam:aut digni quo ad gratum faciẽtem:vt habitum eſt ex ſupra determinatis:& vſq; ad horam qua deliberare potuit intellectualis creatura:cum ſecundũ dicta actus voluntatis non potuit eſſe niſi pure naturalis:quo nec de congruo:nec de digno habeẽ aliquod meritũ: quia vt dictũ eſt in genere moris neq; bonus neq; malus eſſe poteſt:fruſtra ergo & in vanum ante horam qua deliberare potuit aliqua gratia ei collata fuiſſet.Et propterea mihi apparet rationabilius eſſe ponendum ꝙ vſq; ad illam horã ſuiſſet in puris naturalibꝰ in qbus & creatus erat:& ſcđm hoc angelos in claritate naturaliũ fuiſſe creatos & oẽs p ſpatiũ tẽporis ĩ tali btitudine pſtiterũt:vſq;,ſ,ad horã qua deliberare potuerũt.Vt ſcđm hoc intelligamus illud dictũ Aug,xi,de ciui,c,xi,Nullo modo ſcđm ſpatiũ aliqđ tẽporis prius erãt ſpũs illi tenebrę:quos angelos dicimꝰ:ſed ſimul vt facti ſunt lux facti ſunt &c.Prius nõ erãt tenebrę:qa natura nõ fuit mala creata ſicut dicebãt Manichei. Quorũ opinionẽ p hoc cõſequẽter repellit ibidem.Sed in quali & quãta luce,ſ,an naturæ tm̃,an gratię,certitudinaliter definiri nõ poteſt,Augu, dicẽte continuo,Quatenus autẽ anteq̃ ꝓccaſſent illius ſapiẽtiæ fuerint participes definire quis poteſt!Vnde ſi angeli mali ponẽdi ſunt,nunq̃ gratiam iuſtificantẽ habuiſſe putãdum. Congruentius videtur deum eam omnibus tribuiſſe anteq̃ aliqui eorum ꝓccauerunt.Sed cum ad inſtans ꝓrue-

nerunt in quod deliberare poterãt. Vbi deus ſuã oſtendit benignitatẽ nõ ſolũ naturã creando qua deliberando poſſit actu velle bonum:& tẽperate velle non excedẽdo in volendo:ſicut & poteſt in volendo excedere:ſed etiã gratiam iuſtificantẽ apponẽdo:qua iuuatur cum bonũ velit & tẽperate velit,dicente Anſel.de caſu diaboli.c.xiiii.Qm̃ non ſolũmodo volendo beatitudinẽ:nec ſolũmodo volẽdo qđ cõuenit,cũ ex neceſſitate ſic velit,nec iuſt⁹ nec iuſtus põt appellari,nec põt,nec debet eẽ beatus niſi velit & iuſte velit:neceſſe eſt vt ſic faciat de⁹ vtrãq; volũtatẽ.i.voluntatẽ vnã ſcđm vtrãq; conditionẽ in illo cõuenire:vt & beatus velit eſſe & iuſte velit:quatenus addita iuſtitia ſic tẽperet volũtatẽ beatitudinis:vt reſecet voluntatis exceſſum:& excedẽdi non amputet poteſtatẽ:vt p hoc quia volet eſſe beat⁹ modũ poſſit excedere:p hoc vero q; iuſte volet.i.q; habet iuſtitiam qua velit: non velit excedere:& ſic iuſtã habens beatitudinis voluntatẽ:poſſit & debeat eſſe beatus:qui nõ volẽdo qđ debet velle cũ tamẽ poſſit:mereatur vt qđ velle nõ debet nunq̃ velle poſſit:& ſemp tenẽdo iuſtitiam per moderatã voluntatẽ nullo modo indigeat:aut ſi deſeruerit.ſ.volendo quod nõ debet velle per immoderatã volũtatem,oĩno indigeat.Sed ſi iſtam gratiã fuiſſe dicamus iuſtificantẽ ſecũdum q; iam dictum eſt,tunc angelos bonos & malos in gratia pares fuiſſe iudicam⁹ priuſ q̃ illi peccauerunt.Qđ Augu.non audet aſſerere.Vnde poſtq̃ dixit Aug.qđ ſupra poſuimus.Quaten⁹ autem anteq̃ peccaſſent illius ſapiẽtię fuerint participes definire quis poteſt?continuo adiungit. In cuius tum participatione æquales fuiſſe iſtos illis,qui propterea vere pleneq; beati ſunt:qm̃ nequaq̃
R de ſuę beatitudinis æternitate fallũtur,quomodo dicturi ſumus?Vnde de hoc nihil certificandum eſt:ſed pie credendum qđ magis congruit rationi. Vnde velle bonum temperate poteſt aliquis triplíciter.Primo ex puris naturalibus volendo aliquod bonũ moris:vt det velle tẽperate:qđ bene poteſt ex puris naturalibus:licet aliqui hoc negãt: quia tunc neceſſe eſſet voluntatẽ pure naturalem in deliberando excedere:quia tunc non eſſet deliberatio: ſed natura:nec imputandus eſſet exceſſus deliberanti:ſed talem naturam inſtituenti.Secundo ex puris naturalibus cum aliquo dono gratiæ gratis datę iuuando in hoc naturam.Tertio ex dono gratiæ gratum facientis:per hoc amplius naturam iuuando vt ſtet in tẽperamẽto:Vt ex primo actu nullum ponamus meritum omnino:ex ſecundo vero meritum congrui tm̃:ex tertio vero meritum digni. Nũc autem qđ ex aliquo merito poteſt dari,congruentius vt videtur ſecũdum cõmunem curſum datur:cui datur prędẽte merito congrui:& denegatur propter demeritum cõgrui:q̃ vt abſq; omni merito vel demerito tribuatur & illi qui per gratiam gratis datam non eſſet ſe diſpoſiturus ad illud:& illi qui eſſet ſe diſpoſiturus:quẽadmodum vt iam dictum eſt ſecũdum Anſel. donum beatitudinis congruentius eſt dari ex merito q̃ fine. Vnde ſicut non congruit ponere q; omnes fuiſſent creati in gratia iuſtificante propter rationem prædictam: ſic propter rationem iam dictam magis puto q; omnibus primo data fuerit gratia ſiue iuſtitia aliqua gratis data qua ſtare in bona voluntate volendo bonum temperate poterunt:& mereri de cõgruo:ſed nõ de condigno:vt propterea ex illa gratia proficere non potuerint: neq; boni angeli neq; mali. Sed boni qui vſi bene ſunt illa gratia prima volendo bonum temperate ſine exceſſu, ſtatim meruerunt gratiam iuſtificantem. Et mali quia ea male vſi voluntarie excedendo moderamen in quo gratia illa viſa eſt eos tenere, ſtatim gratiam iuſtificantem demeruerunt: & ſtatim ceciderunt:aliis in gratia ſtantibus & illorum caſum videntibus & reuerentialiter iudicem timentibus:& cum adiutorio gratiæ ad bonum nitẽtibus:in quo ſuam beatitudinem meruerunt:& exinde in bono confirmati aliis priuſ damnatis & in malo obduratis. dicente Gregorio ſuper illud Iob.xl. Territi purgabuntur. Nec rectę intelligentię ſenſum relinquimus ſi credamus leuiathã ab arce beatitudinis cadente in ruina eius etiam angelos bonos expauiſſe:vt cũ iſtum ex illorũ numero ſuperbiæ lapſus eiiceret,illos ad robuſtius ſtandũ timor ſolidaret. Vnde cum ſublat⁹ fuerit timebunt angeli:& territi purgabũtur.Purgati em̃ ſunt:quia nimirũ iſto cum reprobis legionibus exeunte ſoli in cæleſtib⁹ ſedibus qui beati inæternũ viuerent remanſerũt. Huius itaq; lapſus eos terruit & purgauit:terruit ne cõditorem ſuum ſupbe deſpicerẽt:purgauit quia exeuntibus reprobis actũ eſt iuſte vt electi ſoli remanerẽt. Et quia cunctorum opifex deus ſcit ad bonorum cuſtodiã bene vti etiam mala actione reproborũ,lapſum cadẽtium vertit in prouectũ manẽtiũ:& vnde punita eſt culpa ſuperbientiũ,inde humilibus angelis & inuenta & ſolidata ſunt augmenta meritorũ.Iſtis nãq; cadentibus,illis in munere datum eſt vt cadere oĩno non poſſint.Sancti enim angeli dum in iſtis ſuæ naturæ damna cõſpiciunt:in ſeipſis iam cautius robuſtiuſq; conſtiunt.Moral.lib.xxxiiii.cap.viii. Vt ſecũdũ hoc ponamus angelos peccatores gratiam iuſtificantem non habuiſſe:ſed ſimul illã & gloriã demeruiſſe. Vt ſecundũ hoc intelligamus illud qđ dicit Augu. xi.de ciui.dei.ca.xiiii. Qui per piam ſubiectionem noluit tenere qđ vere eſt:affectat per ſuppbam ela

tionē ſimulare qđ nō eſt,vt ſic ſicut dicit,intellígatur etiā,qđ beat⁹ apoſtolus Ioā. ait.Ab initio dia bolus peccat:hoc eſt ex quo factus eſt iuſtitiā recuſauit:quā niſi pia deo ſubiecta volūtas habere nō poſſet.Ecce ꝙ dicit ꝙ recuſauit:ad oſtēdendum ꝙ ob hoc peccauit & malus extitit ꝙ iuſtitiā recu ſauit:nō quia natura eius mala fuit.Vnde cōtinuo ſubdit.Huic ſentētię quiſquis acquieſcit:nō cū illis hęreticis ſapit.i.Manicheis:& ſiquę alię peſtes ita ſapiunt ꝙ ſuam quandam propriam tanq̄ ex aduerſo prīcipio quodā diabolus habeat naturā ſuā.Dicit etiā.Quā niſi pia &c. ad declarādū quā do illam iuſtitiam recuſauit:quia nō ſtatim in primo inſtanti quo factus eſt:ſed quando non piam nec deo ſubiectam voluntatē habuit,qđ erat quādo primū opus malum ex deliberatione fecit.Vo luntas enim antea nec pia,nec impia fuit vt dictū eſt:quā etiā tunc recuſauit nō repellendo illam quā prius habuit:ſed non acceptādo quā tūc pia deo ſubiecta volūtas habere potuit & debuit.De qua Anſel.dat exēplū de caſu diaboli.c.xv.dicens ſic.Exiſtimo iā te cognoſcere cū iniuſtitia non ſit aliud q̄ abſentia iuſtitię:nec iniuſtum aliud q̄ non habere iuſtitiā:cur nō ante datam ſed poſt dere lictam iuſtitiā eadem abſentia iuſtitię vocatur iniuſtitia:& non habere iuſtitiam ſit iniuſtum:& ſic vtrūq; reprehenſibile.Non em̄ propter aliud niſi quia nō dedecet abeſſe iuſtitiam niſi vbi debet eſ ſe.Sicut em̄ virū q nōdū debet habere barbā nō dedecet nō habere:cū vero iā habere debet:indeco rū eſt nō habere:ita naturā q̄ nō debet habere iuſtitiā,nō deformat nō habere:illā vero q̄ habere de bet,dehoneſtat nō habere:& quāto magis debere habere virilē oſtēdit naturā,tāto magis nō habe re fœdat virilē figurā.Vñ Grego.ſup illd Iob. Aurū op⁹ decoris tui:& foramina tua ī die q̄ cōdit⁹ es p̄parata ſunt.dicit Mora.lib.xxxii.ca.xxvi.Aurū op⁹ decoris ei⁹ extitit: qa ſapiētiæ claritate ſana uit quā bene creatus accepit.Foramina vero idcirco ī lapidibus fiunt:vt vinculati auro in ornamēti cōpoſitione iūgant: & nequaq̄ a ſe diſſidāt:qs interfuſum aurū repletis foraminib⁹ ligat. Huius er go lapidis in die conditionis ſuæ foramina præparata ſunt:quia videlicet capax charitatis eſt cōdi tus:qua ſi repleri voluiſſet:ſtātibus angelis tanq̄ poſitis ī regio ornamēto lapidibus potuiſſet inhę rere.Si em̄ charitatis auro ſeſe penetrabilē prębuiſſet,ſanctis angelis ſociatus in ornamento vt dixi mus regio fixus remaneret.Habuit ergo lapis iſtę foramina:ſed per ſupbię vitiū charitatis auro nō ſunt repleta.Nam quia idcirco ligantur auro ne cadant: idcirco iſte cecidit,quia etiā perforat⁹ ma nu artificis amoris vinculis ligari cōtempſit,ex hoc peccando contēnere potuit:quia licet creaturę cuilibet & vnuſcuiuſq; voluntati naturaliter inditus ſit appetitus boni ſuiipſius: ita ꝙ cōtrarium eius nullo modo niſi per accidēs velle poſſit:nō tamē ſic naturaliter inditus eſt vt bonum appeten do ordinet illud in alterū bonum:ita ꝙ ab illo deficere nō poſſit agēs volūtarium,quēadmodū agē tia nō voluntarie quātum eſt ex ſe ab illo deficere nō poſſunt.Vnde peccat agens voluntarie:quia bonum propriū in vltimū bonum nō ordinat:ſed in eo ſibi finē cōſtituit.Cum em̄ vt iam ſupra dī ctum eſt,angelus malus ſuā prærogatiuā ſuper alios cōſpexit vt bonum ſibi eſſet aliis principari:et ſi hoc ei cōplacuit:in hoc nondū peccaſſet ſi cōplacētiam ſub moderamine tenuiſſet:quia complacē tia pure naturalis fuiſſet.Sic em̄ etiā boni angeli ſuperiores prerogatiuā ſuā ſup inferiores cōſpexe runt:& in hoc eis cōplacuit,ſed nō peccauerūt:quia ſub moderamine ſcđm inſtinctū gratię ſibi da tę ſeſe cōtinuerunt.Malus autē angelus nequaq̄:ſed cū eo ꝙ ſibi preminentia ſua cōplacuit,in ela tionē ſingularitatis erupit: & moderamē cōplacentię exceſſit,bonum ſibi ſingulare ſingulariter re putans:& bonū aliorū deſpiciēs:in hoc ſup alios ſimilē altiſſimo ſe reputās:vt ſicut ille ſingulariter prędellit oīa,ſic iſte ſingularit reputauit ſe p̄cellere cętera.Vñ ſic ſingularit ſe efferre,erat p effectū dicere.Sup aſtra cæli exaltabo ſoliū meū &c.Et per hoc ſeipſum finem aliorum conſtituit:& quia a fine & ſecūdum finis exigētiam debēt regulari ea quæ ſunt ad finem:ideo ſeipſo & ſecūdum ſeipm alia regere diſpoſuit & eis præeſſe.Vnde Greg.xxiii.Mora.c.viii.Quatuor ſunt ſpecies quibus oīs timor arrogātium demonſtratur:cum bona aut a ſemetipſis habere ſe eſtimant:aut dum ſibi datū deſuper credunt,pro ſuis ſe accepiſſe meritis putant : aut certe cum iactant ſe habere qđ non ha bent:aut deſpectis cęteris ſingulariter videri appetunt habere qđ habēt.& infra. In hac arrogantiæ quarta ſpecie crebro humanus animus labitur:vt id qđ habet ſe ſingulariter habere glorieť:in qua diabolicę ſimilitudini vicinus appropinquat.qa quiſqs bonū ſe habere ſingulariter gaudet,illū imi tatur q deſpecto bono ſocietatis angelorū ſedē ſuam ad aquilonē ponēs & altiſſimi ſimilitudinē ap petēs,p iniquū deſideriū q̄ſi ad culmē conat⁹ eſt ſingularitat[erūpere.Illū(vt dicit ī lib.iii.c.xxiiii.) imitantes,q accepta cōditionis dignitate cōtentus nō fuit dicēs.In cęlum aſcendā &c.Vnde nō pec cauit prima ſpecie arrogātię bonum ſuum a ſemetipſo habere ſe æſtimans, ex ſcientia em̄ pure na turali ſciuit hoc nō eſſe verū:ſed quicqd haberet & eſſet bene ſciuit ꝙ a deo ſibi eſſet:& ideo ī hoc æqualitatem dei non appetiit nec appetere potuit : quia hoc eſſet eum appetere non eſſe id qđ eſt.

Nec ſimiliter ſecũda ſpecie bonũ ſuũ ſuis meritis habere ſe ęſtimans, ex ſcientia, n, naturali ſciuit ꝙ a deo ex nihilo habuit. Nec tertia ſpecie: ga de nullo gloriatus eſt q̃ de eo quod habuit: licet in hoc male gloriando vlterius habere petiit qđ non habuit. Et hoc eſt pc̃m, & ſequela primi peccati eius qđ erat elatio in ſua ſingularitate ſcđm quartã ſpeciem: quæ cõſiſtit non in appetendo nõ habitum ſed in gloriando inordinate circa habitum: qđ nõ proceſſit ex aliqua deordinatione, vel errore in ratione: ga non propoſuit voluntati niſi quod ipſe erat in rei veritate reſpectu aliorum. Et erat pc̃m hoc non in delectando circa bonum: ſed in excedendo modũ, ppter aliquos qui dicũt ꝙ non peccat voluntas circa bonum: ſed ſolum circa ſilẽ bono ſiue veriſimile bonũ: qđ intellectus vel ratio proponit ei tanq̃ bonũ. qđ non eſt ſine rationis errore ante peccatũ volũtatis: qđ erat impoſſibile ante ſtatum elationis. Vnde ratio in ipſo non errauit niſi poſtq̃ elatus fuit: poſt primã em̃ elationem obſcurata erat in eo ratio circa appetibilia quæ propoſuit, & ꝓlationem ſup cęteros ſub ratione eligibilis, & boni ſibi: non ptractando ꝙ ex puris naturalibus ſibi non competebat: quia voluntas intellectui pertractare non ꝑcepit. Vnde ptractationẽ non expectans ſtatim prȩlationem dictam appetiit, & ex puris naturalibus eam aſſeq̃, & quaſi in poſſeſſionẽ ſe ponere viſus fuit: non curans de modo & ordine contingendi ad illam. Nec tñ iſtam ꝓlationem ſic appetiuit: vt quaſi non ſub deo ipſam obtinere voluerit. Nõ, n, in ipſo fuit vel adhuc eſt ratio exceęcata qn bene nouit ꝙ impoſſibile fuit: bñ em̃ ſcit ex puris naturalibus ꝙ nulla creatura ordine naturali alias regere poterit ſine influẽtia diuina: ſed ꝑſumptuoſe ęſtimauit ꝙ cõmunis & naturalis dei influentia ſibi ſufficeret: & ꝙ vlteri⁹ ex puris naturalibus habere deberet ꝙ alia regeret, cum tamẽ hoc ſe recepturum nõ niſi ex dono dei ſpeciali expectare debuiſſet: ſi tñ de⁹ voluiſſet. Vnde quo ad hoc de eo qđ appetiit iudiciũ rõnis & appetitum voluntatis quouſq̃ diuinũ ꝑceptum habuiſſet ſuſpendere debuiſſet ſicut fecerunt angeli boni. Vnde nihil appetiit ſordinate, niſi quod a deo ſi expectaſſet humiliter, ex dono & ordinate accepiſſet. Vanũ eſt ergo dicere ꝙ bonum ſpirituale viſionis dei, aut alicuius hmõi ex puris naturalibus obtinere voluit. De tali, n, bono nec tunc, nec nunc ęſtimationem ex puris naturalibus habere

S potuit. Qđ ergo arguit ꝙ ſecũdũ Anſel. prim⁹ actus voluntatis in ſtatu innocentiæ non potuit eſſe malus: quia eſt a deo: Dicẽdũ ꝙ verũ eſt: ga eſt naturalis, & natura eſt a deo vt dictũ ẽ, alias em̃ non intelligo Anſel. — Ad arg. prl.

T AD argumẽtum in oppoſitum: Voluntas in ſtatu illo perfecta eſt non impedita: Dicẽdum ꝙ verum eſt: tñ limitate: vt nihil poſſit velle niſi qđ ꝓpoſitum eſt a ratione: licet nõ habet neceſſitatem immutabilitatis ſequendi iudicium rationis ſicut alibi determinauimus. Vnde quia ratio non poteſt ſtatim ponere res ſub tali modo: vt circa eas poſſit fieri electio ꝑ deliberationem: ſed neceſſe eſt plurimos actus pure naturales prȩcedere: q non poſſunt eſſe mali: idcirco neceſſe ꝙ primus actus voluntatis non ſit malus ſecundum determinata. — Ad argu. in oppoſitum.

V Circa ſecundũ arguit: ꝙ damnati poſſint reuerti ad bonum: quia in ipſis eſt liberũ arbitriũ: qđ ſe habet ad oppoſita. Cõtra, dãnati ſunt obſtinati in malo: ſicut beati ſunt confirmati in bono: ſed iſti ꝓpter confirmationẽ non poſſunt in malum: ergo illi ꝓpter obſtinationẽ nõ poſſunt ī bonũ. Dicẽdũ ad hoc: ꝙ q̃druplex diſtinguit bonũ, ſ, naturæ, moris, gratiæ, & gloriȩ. De bono naturæ non põt habere locum quæſtio: quia damnatis non aufertur bonũ naturæ: vt in ipſis ꝑſeueret malũ pœnę, dicẽte Greg. iiii. Moral. In viuẽdi eſſentia etiã moriẽdo ſubſiſtit quẽ pditio vitę nõ ſubtrahit: ga in ęterno dolore poſitũ ſeruãdo mors in modũ extĩguit. & lib. xxxii. Qui ſi potẽtiã ſublimitatis pdidit: ſubtilitatẽ tñ naturę rõnalis nõ amiſit. Et ita ſicut habet bonũ naturę, ſic habet bonũ naturalis actus in ſciendo, & intelligẽdo multa vera ſciẽtia naturali: & naturali voluntate in cõplacẽdo bono naturæ & fugiendo malum naturæ: etiam per ſyntereſin & conſciẽtiæ vermem deteſtando malum culpę, dicente Greg. viii. Moral. Tũc animũ reatus obnubilat, & recordationis ſuę iaculis ipſa ſe conſciẽtia impugnat. Si vero intelligat quæſtio de bono moris qđ conſiſtit in actu deliberatiuo: intelligendũ ꝙ in bono moris ſiue in actu morali duo ſunt: & ſubſtantia actus: & forma quã imponit intentio operantis. Quãtũ igit ad ſubſtãtiam actus, bene verum eſt ꝙ damnati poſſunt reuerti ad bonum: quia poſſunt in ſubſtantiam actus qui eſt de genere bonorum: vt conſulere iuſte vel eleemoſynã dare. Quãtũ vero ad formã actus & intentionẽ finis, dicunt aliqui ꝙ in actũ bonũ poſſũt ex pietate naturali: ſicut põt dare eleemoſynã exiſtens in mortali peccato: cuius nullus eſt finis niſi ſatisfacere deſyderio pietatis naturalis. Qđ videt ſentire Aug. cum dicit ſup illud pſal. vi. In inferno autem quis confitebitur tibi. Sic cõfeſſus eſt in inferno ille diues: vſqueadeo vt etiã moneri ſuos vellet vt ſe a peccatis ſuis cohiberẽt. Hoc autẽ non voluit niſi ex plena deliberatione: ſecundũ ꝙ patet ex dictis eius quæ recitat textus euangelii. Cõtrarium tamen videtur ſentire Grego. in eo — Quæſt. xi. Argu. pricl. In oppoſitũ. Reſponſio.

qđ dicit,xviii.libro Moral,cap.i.Omnis volũtas damnati iniusta est.Nõ aũt est iniusta,sicut neq; iusta voluntas aliqua nisi ex fine.Ideo vt mediã viã teneamus in hoc articulo, distinguendũ est q; vel le bonũ ex deliberatione potest aliqs dupliciter:vel per se ꝑpter ipsum bonũ ad qđ est per se,& eius amorẽ & odiũ mali:vel per accidens ꝑpter fugã pœnę:& hoc vel proprię vel aliorũ. Proprię:sic dico q; possunt in actum bonũ moris:vt velle nũq̃ actũ q pcãm fuit & est cõmississe ne ęternaliter punirent.Quę tamẽ volũtas in hoc non est bona bonitate moris: quia nec recognoscunt illum actum esse malũ:nec displicet eis ꝑpter se qa malus:sed solum ratione pœnę annexę:quẽadmodum & vellent nõ esse ꝑpter acerbitatẽ pœnę:vt alibi declarauim⁹. Propter fugã pœnę aliox; sic dicere posset aliquis q; nequaq̃ per se immo simpliciter & absolute omnes damnati homines & dęmones vellent omnes secum esse damnatos & puniendos:& ad nullũ,neq; ad seinuicem,neq; ad deũ habere possunt actũ amoris deliberatũ:sed solũ ad seipsos statuendo finẽ suũ ꝑuerse in seipsis: sed ad oẽs & ad seinuicẽ summũ habẽt odiũ:p accidẽs aut possunt.Et sic ille diues moneri suos voluit:vt se a peccatis cohiberent:non qa p se hoc voluit ꝑpter odiũ peccati & amorẽ illorum: sed qa ęstimauit se posse corpori suo restitui & ad vitã:& in corpore mitti ad ipos:& sic a pœnis subtrahi. Vñ istã admonitionem nullo modo propter bonum simpliciter vel illorum illos admoneri voluit:sed propter bonũ ꝑprium:ita q; nec per aliũ a se eos moneri voluit. Vnde dicẽte Abrahã, habẽt Moysen & prophetas:respondit,non pater:sed si aliqs ex mortuis &c,q.d,per me sic fiat: quia magis idoneus sum ad hoc:& mihi magis credent.Glos.tñ Luc,xvi.hoc aliter exponit dicẽs. Seruat diuiti ad pœnã memoria fratrũ quos reliqt:vt de pœna inutiliter amatorũ amplius torqueat.& videt glossa intendere q; voluit eos conuerti:ne si secũ in locũ tormẽtorũ venirent:ex hoc amplius ex pœna visa amatorum torqueret.Qđ videt sentire Greg.Nissen⁹.Diues quasi quodã iusto etiã post mortẽ a vita detinet carnali.Nam siquis omnino carnalis secũdũ mentẽ fiat:nec postq̃ corpus exuerit remouet a passionibus eius.Sed vnde hoc q; ex pietate naturali cum deliberatione non possint pro tanto reuerti:vt velint bonum moris ꝓpter bonum moris per se: & propter bonum saltem sicut existens in peccato mortali:licet ex minori necessitate ad hoc moueret existens in mortali peccato non damnatus q̃ damnat⁹?Et dicunt aliqui q; hoc facit alius & alius status horum & illorũ.Qđ nõ est sufficiens:quia nulla cõmutatione existente circa voluntatẽ qđ põt quis quãtũ est ex parte soli⁹ voluntatis in vno statu,& in alio.Propter qđ dicũt alii q; volũtas quãto liberior est & pfectior,tãto se perfectius immergit siue impingit in volitũ:vt ideo cũ natura ĩtellectualis separata a corpore oĩno libera est voluntate intãtũ impingit se in volitũ,& immergit,& tanto amore illi alligatur:vt ab illo auerti non poterit:non aliqua coactione impellente:sed voluntate ipsa immutabiliter illi hærere volẽte:vt etiam exinde homo in statu innocentiæ propter corporis aliquãtulam corruptibilitatẽ aliqualiter grauet:nec oĩno anima vergat immergendo se per omnimodã adhęsionem in volitũ, sed vel sepata vel existẽs in corpore incoruptibili totaliter se ĩmergit,vt reuerti nõ poterit,vt ꝑpter ea scdm Ansel,qđ hoĩb⁹ mors,hoc dęmonib⁹ casus.Iuxta illđ qđ dicit Greg,xxxii.lib.moral,ca.ii.de diabolo.Idcirco peccãs sine venia dãnatus est:qa magn⁹ sine cõpatione fuerat creatus. Et hoc quia secũdum magnitudinem suam ex creatione impegit,& immersit se in volitũ p peccatũ.Sed hoc nõ explicat satis modũ quo fiat quod quærimus. Ideo dicendũ secundũ illud prouerb,xviii. Peccator cum in profũdũ peccatorum venerit contẽnit:q; quando voluntas est in perfecta sua libertate habita completa deliberatione:tanta efficacia currit in volitum peccati ponendo in eo finem: vt veniens ad obstaculum syntheresis:nec ibi sistit:sed contemnendo impingit in illam,& ibi retundit vt retrahere se nec possit,nec velit,nec põt velle,quẽadmodũ si ferrum acutum penetrans carnes in interioribus ossis retunditur,extrahi non potest. Homo aũt viator qa tanta efficacia impingere nõ potest:ideo semper reuerti potest in aliquem actum bonum moris.Similiter in bono citra finẽ nulla voluntas creata sic impingere potest quin ad malum possit reuerti : sed cum impingit in finem vltimum per apertam visionem ibi necessario immobilitatur. Si vero fiat sermo de bono gratiæ vel gloriæ, siue quo ad actum, siue quo ad habitum : sic simpliciter est q; non possunt reuerti ad vnq̃ habendum habitum gratiæ aut gloriæ: quare neq; ad habendũ actum bonum procedentem a gratia aut gloria:qa istos habitus a se habere nõ põt:& deus iusto iudicio decreuit illos se eis nũq̃ esse daturum. AD argumentum in opposito q; in eis est liberum arbitrium:dicendum q; verum est:sed affectione sua in malum ligatum:vt licet libertas sit ibi vt in radice : in effectum tñ prosilire non potest.

Ad arg. pri.

SEquuntur ſpecialiter quæſita circa naturam humanam. Vbi quęrebãtur quędã ex parte animę:& q̃dam ex parte coniuncti ex corpore & anima. Ex parte animæ quærebant pertinentia ad intellectum. vnum ex parte intelligentis: duo ex parte intellecti:& vnum pertinens ad voluntatem. Quorum primum erat: Vtrum intellectus agens intelligat. Scđm: vtrũ intellectus poſſibilis noſter intelligat phantaſmata. Tertiũ: vtrũ aliqs articulus fidei poſſit demõſtrari. Quartũ: vtrũ appetitus rationalis poſſit diſtingui in iraſcibile & concupiſcibile. Circa primũ arguit̃ q̃ intellectus agens intelligat: quia intellectus non dicit̃ niſi ab intelligendo, aut ergo ab intelligendo actiue aut paſſiue, non paſſiue: quia ſic intelligit intellectus poſſibilis, ergo intelligit actiue. Cõtra, intelligere pati qđdã eſt, pati aũt nõ eſt niſi intellectus poſſibilis, quare neq̃ intelligere. Dicendum eſt ad hoc: q̃ de intellectu agente plurimę erãt opiniones: ſed in ſumma quo ad duo. Qm̃ qui dã dicebant q̃ erat intelligentia ſeparata alia a poſſibili. Alii vero cõmuni9: q̃ agẽs & poſſibile ſunt duę potentię aĩæ. Ponẽtes prĩo mõ, dicũt q̃ cũ oĩs ſubſtantia ſeparata ſit a materia: & ideo eſt intellectualis natura: ipſa intellectiuũ & intellectũ quid eſt. Sed ſciendũ q̃ hmõi ſubſtantia dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo in ſe. Alio modo vt eſt cooperatiua ad actũ intelligendi alterius. Primo modo vt dictum eſt ipſa intelligit ſecũdũ ſe: inquãtũ eſt q̃dam intellectualis natura: ſed hoc ſub ratione poſſibilis non agentis: & in recipiẽdo obiectũ: non aũt agendo: qđ pertinet ad agentem. Nunc aũt ſiue ponamus q̃ agens inquãtũ agens ſit ſubſtantia ſeparata, ſiue potẽtia in eadẽ ſubſtãtia cum poſſibili: in hoc nulla eſt differẽtia. Propter qđ ſimul dicendũ eſt de vtroq̃ mẽbro: q̃ agẽs ſecundũ ꝓ̃m eſt habitus qdam vt lux, large accipiendo habitum: & ſe habet ad phãtaſmata ſicut lux ſe habet ad colores: & ad poſſibilẽ ſicut lux ſe habet ad viſum, & cõſimili neceſſitate ſe habet ad actũ intelligẽdi agẽs: ſicut lux ad actũ videndi. De coloribus aũt ita eſt q̃ licet color ſit viſibile per ſe ſcđm ſecundũ modũ dicendi per ſe: quia tñ non eſt ex ſe in perfecta actualitate: vt agat in viſum & in medium: ſed ſolũ per actũ lucis ſecundum definitionem coloris in ſecũdo de anima: Color eſt motiuũ viſus ſecũdũ actũ lucidi: ideo ad hoc eſt lux neceſſaria in viſu ex parte coloris q̃ ipſa poſſit ſe actu facere in medium & in organũ: ex parte aũt vidẽtis eſt neceſſaria qa (vt probat̃ in perſpectiua) color nõ videt̃ niſi admixt9 luci. Per eũdẽ modũ intellect9 agẽs neceſſari9 eſt ad actũ intelligẽdi: eo videlicet q̃ phantaſmata non ſunt niſi potentia intellecta: quia in ipſis natura & quiditas rei eſt ſub ratione eſſe materialis, & conditionibus particularibus: nec eſt aliquid natum mouere intellectũ: niſi ſub ratione vl'is. Eſt ergo actus intellect9 agẽtis exiſtentis in eadem ſubſtantia animæ cũ poſſibili intellectu & cum potentia phantaſtica in qua ſunt phantaſmata: q̃ cũ exiſtit in ſubſtãtia animę: ſicut lux in medio, reſpicit phãtaſmata in phantaſia: ſicut lux illa colores in pariete: & ſicut corporaliter illuſtrat colores: vt agant ſpeciẽ ſuã in medio ſine materia parietis & ſine ſubſtãtia colorꝝ: & p medium defertur ad pupillam: & eã informat actu viſionis: ſic ſpiritualiter agens illuſtrat phantaſmata: vt apta ſint agere in intellectum poſſibilẽ ſub ratione qua eſſentiæ ſimpliciter ſunt: non ſecũdũ conditiones particulares & materiales. Qđ appellat̃ denudare phantaſmata ab iſtis cõditionib9, & abſtrahere eas, quæ abſtractio non fit per aliquã migrationem vel generationẽ ab eis in intellectu poſſibili: pręter q̃ p hmõi abſtractionẽ habẽt rationem vniuerſalis actiui & motiui intellectus poſſibilis: vt id qđ moueat non ſit in ſubiecto niſi in phantaſia: licet non mouet niſi ſub ratione vniuerſalis per motum agentis vt dictum eſt. In intellectu aũt poſſibili non eſt niſi ſicut mouens in moto ante actum intelligẽdi: quia per ſuam actionem generat in intellectu poſſibili intellectionem qua ſibi ipſum aſſimulat: per quã eſt in intellectu ſicut cognitũ in cognoſcẽte, & intellectũ in intelligente. Et qa agens eſt q̃ſi lumen in poſſibili: phantaſma quaſi mixtũ cũ lumine agentis mouet poſſibilẽ ſicut ſpecies coloris mixta luci mouet viſum. Et eſt hic & ibi differẽtia: q̃ lux facit vt ꝑter viſionẽ faciat color ſpeciem in medio: qua vice coloris informat pupillam actu viſionis, agens vero non facit vt ꝑter intellectionem faciat aliquã aliam ſpeciem ſuam in poſſibili. Eſt etiam differẽtia ex parte viſus & intellectus reſpectu lucis & agentis: quia ipſa lux eſt quoddã viſibile natum per ſe videri: licet non videt̃ niſi cũ permixta eſt colori propter ſuam maiorem ſimplicitatem. Agẽs autem cum eſt potentia q̃dam nõ eſt p ſe intelligibile ſicut lux viſibile: ſed ſolum efficaciam dat intelligibili vt intelligatur: niſi ſecundum ponentes q̃ agens ſit ſubſtantia ſeparata. Illi enim ponunt q̃ agẽs cum hoc q̃ eſt agens etiã intelligit quęcunq̃ facit in intellectu poſſibili: & retinet ea ad obliuionẽ poſſibilis, ita tñ q̃ quanto magis informatur intelligibilibus, tanto magis eleuatur ad cognoſcendum agẽtem, & in ipſo ea quæ ipſe intelligit: vt cum fuerit adeptus perfecte coniungitur agenti intelligendo ipſum: & quęcunq̃ ipſe intelligit. Quod falſum eſt: quia ad hoc ex puris naturalibus intellectus

Quæſt.xii. Quæſt.xiii. Quæſt.xiiii. Quæſt.xv. Arg. princi. In oppoſitũ. Reſponſio.

A B C

noſter attingere non poteſt vt videat ſeparata:aut etiam ſeipſum: niſi ſicut alia a ſe, imaterialia.ſ.in effectibus ſuis ſenſibilibus.Nec intelligo per abditam notitiam qua ſe anima ſemper intelligit:nō autem ſemper ſe cogitat,niſi notitiam intelligendi in potentia:qua obiecta vniuerſalium ex habitibus innatis ſemper eius oculis præſentia ſunt. Sed iudicare cogitando de illis nihil poteſt:quia coniuncta ſecundum ſtatum naturalē vitæ prēſentis non poteſt eſſe intenta aliis q̄ quæ nata ſunt intelligi in phantaſmate:quēadmodū ſi aliquis apertis oculis eſſet in lumine:& pro ſtatu aliquo viribus retractis interius nullo modo poſſet anima eſſe intenta viſibilibus : q̄uis ipſa viſibilia agerent ſe in oculos illius:nihil omnino tamen pro illo ſtatu poſſet videre,aut oculis aduertere.Quēadmodū ergo iſte diceret videre:nihil tamen aduertere:quæ ſtatim aduerteret in alio ſtatu exiſtens:ſic anima nſa dicit ſemp intelligere:nihil tñ cogitare:q̄ ſtatim cogitaret in alio ſtatu exiſtēs.ſ. vel ſeparata vel in corpore icorruptibili.Et in rei veritate Aug.quo ad dictū illud Platonic⁹ erat.& ſicut aīa noſtra vt eſt exiſtens in corpore ſtatus huius,non poteſt naturaliter aliquid intelligere niſi in phantaſmate:ſic nec etiam eſt naturę ſubſtantiæ ſeparatę:vt videat vniuerſale per abſtractionem ſicut videt noſter intellectus.Propter qđ ſiue agens ponatur ſubſtantia ſeparata:ſiue potentia coniuncta:cum non ſit niſi ratio coadiuuās ad rationem intelligendi,inquantū hmōi omnino nō intelligit: nec natus eſt intellectus noſter intelligere per potentiam agentis ſed poſſibilis tñ:ſicut procedit ſecunda ratio. AD primam rationem q̄ intellectus dicitur ab intelligendo:aut ergo actiue aut paſſiue:Dicendum q̄ actiue:non quia ſit obiectum mouens poſſibilem:ſed quia agit circa phātaſmata:vt idonea ſint agere actum intelligendi in poſſibili ſecundum dictum modum. D

Ad arg. prī.

Quæſt.xiii. Reſponſio.

B

ET idem patet reſponſio ad quæſtionem quæ ſine argumentis erat ꝓpoſita: Dicēdo q̄ phantaſma poteſt dupliciter cōſiderari.Vno modo vt habet rationem phātaſmatis & particularis.Alio modo vt per denudationem & abſtractionem prędictam habet rationem vniuerſalis,qđ appellatur vniuerſale phātaſmatis: licet nō ſit aliud re ab ipſo phantaſmate.Sed ſe habēt ſecūdum Aug.& plīm,phantaſmata ad ītellectum:ſicut viſibilia extra ad viſum,ſed hoc quo ad aliqd ſic:quo ad aliud nō.Quia ſicut res particularis extra eſt ipſum viſum,ſic in phantaſmate eſt ipſum intellectum:licet in potentia abſq; opere agentis ſecundum iam dicta.Ita q̄ intellectum vniuerſale in phantaſmate habet duplex particulare:adminiculo cuius intelligitur.ſ.particulare extra qđ facit ſenſationem obiectiue,& phantaſma particulare derelictū ex hmōi ſenſatione.Et differēter ſe habet vniuerſale intellectum in phantaſmate ad vtrūq; pticulare. Ad primū ſe habet vt ad id qđ F
mediante vniuerſali natum eſt intelligi ſecundum lineam reflexam:& ſic ſe habet in rōne obiecti reſpectu intellectus. & nō differt ratio vniuerſalis & particularis niſi ſicut determinatum & indeterminatum. Ad ſecundum vero ſe habet:vt in quo ſecūdū tactū modum natum eſt ab intellectu per G
cipi:non autem vt qđ per ipſum vniuerſale natum eſt vllo modo eſſe intellect⁹ obiectum: quia nec natū eſt eſſe obiectū ſenſus:ſed ſolum eſt ratio in ſenſu interiori ad imaginandū & phantaſiandum intra illud qđ eſt ſenſatum extra:niſi in ſomnis:vbi phantaſmata apparent vice rerum:& hoc virtuti imaginatiuę deceptę:q̄ credit ea eſſe res. & ex hoc in vigilia per memoriā recordantem viſionum phantaſmatum in ſomno,intellectus ſolūmodo intelligit phantaſmata:non aliter tñ q̄ particularia & ſic non ſub ratione phantaſmatum.Quia igitur nihil intelligit a nobis primo ſub ratione particularis:intellect⁹ noſter nō intelligit prīo pticulare phātaſma:ſicut nec pticulare extra.Si autē quaſi linea reflexa ſecundū philoſophum p vniuerſale intelligit pticulare,vt alibi expoſuim⁹:nō tñ particulare qđ eſt in phantaſmate:ſed particulare extra:cuius tā intelligendo vniuerſale q̄ particulare extra:ratio eſt ipſum particulare phantaſma:ſicut etiā imaginando particularia: non imaginamur particularia phantaſmata:ſed per rationes phantaſmatum particularia extra:a quarū ſenſatione retenta ſunt phantaſmata.

Quæſt.xiiii. Arg. princi. In oppoſitū. Opinio.

H

CIrca tertium arguitur:q̄ aliquis articulus fidei poſſit demonſtrari: quia vnum deum eſſe articulus fidei eſt:& tñ demonſtratiue probatur. Contra.demonſtratio innititur lumini naturalis rationis:nō autem notitia articuli fidei, ergo &c. DIcunt aliqui Richar.ſenſiſſe q̄ fidei articuli probari poſſunt:quia dicit primo de Trini.cap.iiii.Erit itaq; intentionis noſtræ in hoc opere ad ea quæ credimus inquantū dominus dederit non modo probabiles:verūetiam neceſſarias ratiōes adducere:& fidei noſtrę documenta veritatis enodatione & explanatione condire.Credo nanq; ſine dubio ad quorūlibet explanationem quæ neceſſe eſt, non modo probabilia,verūetiam neceſſaria ar

gumẽta non deeſſe: q̃uis illa interim contingat noſtram induſtriam latere, & infra. Videtur aũt im poſſibile eſſe neceſſaria eſſe & neceſſaria ratione carere: ſed non eſt cuiuſlibet dicere hmõi rationes & de ꝓfundo & latebroſo naturæ ſinu elicere &c. Sed intelligendũ ꝙ ſecundũ philoſophum in octauo Topi. duplex eſt diſputatio: q̃dã ad rem de qua aliquid q̃rit̃ abſolute: quędã vero ad poſitionẽ quan do quęrit̃ aliquid aliquo ſuppoſito: & ſecundũ eius ſuppoſitionem arguit̃ ad q̃ſitum: & ſecundum hoc etiam diuerſimode docet reſpondẽtẽ ſimpliciter ad q̃ſita & poſitionẽ ſuſtinere & reſpondere. Si primo mõ queſtio ꝓponat̃ de articulis fidei: nullum. ſ. credendorum ſupponẽdo: ſed veritatem oñi no incognitã diſputando q̃rẽdo: ſic non ſolum ipoſſibile eſt probare aliquẽ articulorum fidei demõ ſtratiue: ſed nec abſolute: ſed dono gratię credere: qa ſunt de illis q̃ in tãtũ facultatẽ naturalis ratio nis excedunt ꝙ contraria eorũ per illa quæ videt in naturalibus ꝓbabiliora ſunt ei q̃ ipſa: vt patet inducendo in ſingulis. Propter qđ ad intelligendũ aliquid eorũ q̃ ſunt fidei gradus nobis debet eſſe auctoritas: cui primo credamus in eis quę ſunt fidei: & ex quibuſdam creditis & ſuppoſitis tanq̃ ve ris & neceſſariis & aliis naturali ratione cognitis coaſſumptis, demũ per hæc ad alia credita intel ligenda poteſt homo aſcẽdere: ita etiam ꝙ illa credita quę ſunt principia intelligendi alia, quibuſdã adiunctis poſſint eſſe cõcluſiones cognitę & intellectę ex aliis creditis, quibuſdam aliis eis adiũctis. l vt ſic nullum maneat credibile quin poſſit eſſe intelligibile. Propter qđ dicit Eſa. vi. Niſi crediderí tis nõ intelligetis. Q đ exponens dicit Richar. in principio de Trini. In his verbis diligenter attendẽ dum videtur ꝙ horũ intelligentia hac nobis auctoritate non generaliter ſed conditionaliter nobis neganda ꝓponitur cũ dicit. Niſi crediderítis nõ intelligetis. Non ergo debẽt exercitatos ſenſus ha bentes de talium intelligentia comparanda deſperare: dũ tñ ſe ſentiant firmos in fide: & ꝑ omnia ꝓ batæ conſtantiæ in fidei aſſertione. Vñ qđ ſupra dictũ eſt ſecundum Richar. ꝙ in eis quę ſunt fidei non deſunt neceſſarię rationes: intelligendũ eſt ꝙ aliqua ſunt fidei q̃ ęterna ſunt & abſolute neceſ ſaria: & impoſſibilia aliter ſe habere vel habuiſſe: vt ſunt omnia credẽda circa trinitatẽ: & q̃ ꝓtinent ad interiora deitatis. & de talibus dicit Richar. ꝙ impoſſibile eſt ea neceſſaria ratione carere, quod bñ verũ eſt: ſed ſoli deo cognita: & nullli pura naturali rõne inueſtigãda abſq̃ fidei ſuppoſitiõe. Alia vero ſunt fidei quæ æterna ſunt & neceſſaria: non ſimpliciter & abſolute: ſed ſolũmõ ſuppoſita di uinę voluntatis determinatione: vt ſunt oĩa q̃ pertinent ad ſacramẽta, & humanam redẽptionẽ per Chriſtũ: q̃ oĩa aliter poſſibile fuit ſe habere ſi deo placuiſſet. Et ad iſta non ſunt neceſſaria argumen ta etiam credibilibus ſuppoſitis: ſed ſunt probabilia ex cõgruentiis & decentiis ex parte modi redẽ k ptionis, & noſtræ iuſtificationis accepta. Ad cuius intellectum vlteriorẽ ſciẽdũ ꝙ differũt circa idẽ credere, intelligere, & videre. Videre eñ eſt oculo ad oculum mẽte conſpicere ſpiritualiter: ſicut cõ ſpicimus ſolẽ corporaliter, & ſic beati vident omnia in diuina eſſentia. Nõ ſic videri poteſt aliqd ꝑ intellectum extra viſionem gloriоſam in diuina eſſentia quacũq; alia cognitione ſiue naturali, ſiue ſupernaturali. Intelligere aũt eſt verũ aliquid cognoſcere perſpicue per medium certius ex ſenſus cognitione in primis certificatũ, quẽadmodũ cõcluſiones intelligimus intellecto medio ꝓprio no tiori cõplexo & applicato. Mediũ aũt propriũ cõplexum cognoſcimus, & intelligim⁹ per aliud me dium notius: & ſic deinceps: quouſq; deueniamus ad primũ: qđ inter prędicatũ & ſubiectum nullũ habet medium, qđ intelligimus intelligendo terminorum definitiones per differentias illorũ: quo uſq; deueniatur ad prima incomplexa: quorum cognitio non habetur niſi adminiculo ſenſus. Cre dere aũt eſt veritati alicuius complexi propter auctoritatem ꝓpoſitis ſignis & prodigiis cæteriſq; hmõi confirmatam voluntarie ꝑ intellectum adhęrere. Vnde de articulis fidei dicit Richar. primo de Trini. cap. ii. Nihil certius: nihil cõſtãtius tenemus q̃ qđ fide apprehẽdim⁹. Sunt nãq; pluribus & cęlitus reuelata: & tam multis, & tam magnis, tam miris ſignis & prodigiis diuinitus confirma ta: vt genus videatur eſſe dementiæ in iis, vel aliquantulum dubitare. Innumera itaq; miracula, & alia quæ non niſi diuinitus poſſunt fieri in hmõi nobis fidem faciunt: & dubitare non ſinunt. Vtimur itaq; in eorum atteſtatione ſiue etiam confirmatione ſignis pro argumẽtis, prodigiis pro experimentis. Verum eſt ad perſuadendum voluntati vt velit credere: non autem ad declarãdum ratione veritatem eorum quæ credenda ſunt: vt propter eorum declarationem & perſpicuam ve ritatem credat, fidẽ. ſ. pręueniẽdo. Aliter eñ meritũ fidei euacuaret̃: quia ſcđm Greg. Fides non ha bet meritũ: cui humana ratio ꝓbet experimẽtũ. vt ſic ſcđm Aug. non ex ratione credam⁹. ſ. quãtum eſt ex parte intellect⁹: ſed tñ nec ſine rõne credam⁹. ſ. quãtũ eſt ex parte volũtatis. Et ſic credere repu gnat oñi apto intellectui veritatis: qa ſemp debet ſecũ habere annexã obſcuritatẽ: ne oĩno clareſcat veritas ſpicua. Et ſic repugnat & aptę viſioni & intellectui: ſed aliter & aliter. viſioni eñ repugnat ſic vt ſimul oñino eſſe nõ poſſint fides & viſio, videre & credere: quia implicarent contradictoria

non eſt enim fides ſine obſcuritate. Propter qđ ratio nunq̃ de crediti veritate inquãtum creditum eſt. ſ. in vniuerſali, poſſit perfecte eſſe aſſecurata: vt non poſſit hęſitare de contrario in particulari. viſio aũt non patit ſecũ viſi obſcuritatẽ: ſed plene de ſeipſa veritas viſa aſſecurat rõnẽ: vt de ſe dubitare non poſſit. Q̃uis em̃ in viſione ei⁹ plures ſunt gradus in lympidius & minus lympide videndo: in omnibus tñ eſt viſio ſine omni obſcuritate impediente p̃fectam aſſecuratione p̃dictã. Credere aũt repugnat intellectui p̃cedenti ex parte finis: quia vt dictum eſt ſecundum Grego. euacuaret meritum. Sed ex parte formæ & naturæ veritatis credibilium nullo modo repugnat ĩtellectui quia ſic non tam repugnat intellectui præcedenti fidem ſed ſubſequenti: ſed proprie excedit pręcedentem intellectum: quia ante fidem non poteſt haberi ratio niſi per media pure naturalia & ſuppoſitiones pure naturaliter cognitas: quę nullo modo attingere poſſunt veritatem credibilium quia ſupra naturalẽ cognitionem eſt. Intellectũ vero ſubſequentem iuuat & ꝓmouet. ſuppoſitis em̃ eis q̃ fidei ſunt: & concurrẽtibus quæ naturali ratione vere cognita ſunt: quia veritas naturaliũ veritati ſupnaturalium nunq̃ repugnat: ſed potius via eſt & adminiculũ nõ ad fidem faciendũ de illa vt dictum eſt: ſed fide ſuppoſita ad ipſam perſpicuam intellectui faciẽdam: & tanto magis perſpicuam: quãto media ex naturali ratione adiuncta efficaciora ſunt, & veritati fidei magis conſona & ꝓpinqua. Vnde ſicut in cognitionem naturalium & mathematicorũ nõ ſtatim habitis primis ſuppoſitionibus aſcendit ad intellectum vltimarum cõcluſionũ: licet virtute ſint in ipſis ſuppoſitionibus: ſed gradatim per media proximiora ſuppoſitionibus quæ principia ſunt ad concluſiones priores, & deinde ad vlteriores vtendo cõcluſionibus pro principiis reſpectu vltimorum: ſic in cognitione credibilium non ſtatim creditis articulis fidei p̃ſumendum eſt poſſe aſcendere ad illorum intellectum nec media incongrua: aut quia nimis alta ſũt: aut quia abſurda adiũgere vel obſcura: hoc enim faceret aut reſilire a fide: aut in ea dubitare aut errare videtẽ ſe non poſſe ad intellectũ attingere: & maxime ſi videret quẽq̃ doctorũ media abſurda adiungere: quorũ contraria naturali rõni ſunt veriora: ſed optet gradatĩ aſcẽdere vt dictũ eſt media cõgrua rõni naturali cognita adiũgẽdo. Propter qđ dicit Richar. i. de Tri. cap. iii. Ad eorum itaq; notitiam de quibus recte dicitur nobis: Niſi crediderit is non intelligetis: oportet qdem per fidem intrare: nec tamen in ipſo ſtatim introitu ſubſiſtere: ſed ad interiora ſemper & profundiora intelligentię properare: & cum ſtudio & ſumma diligentia inſiſtere: vt ad eorum intelligentiam q̃ per fidem tenemus quotidianis incrementis ꝓficere valeamus: & ſemp ꝓcedere. Quia intelligendo p̃ media nunq̃ ad perfectum intellectum poſſibilẽ eſt peruenire: quia non perficitur niſi in tertio genere cognitionis q̃ appellatur viſio: quia ſe veritas manifeſtat contentiua omnium veritatũ. Propter qđ cõtinuo ſubdit Richar. In horũ plena notitia & perfecta intelligentia vita obtinetur ęterna: citra quãtũcũq; ꝓficiat intelligentia in notitia credibilium: ſemper tamen eſt fidei permixta: quæ habet obſcura ænigmata: quouſq; euacuẽtur in viſione aperta. Immo etiã ipſa naturalis intelligẽtia circa ea q̃ naturaliter ſunt intelligibilia, obſcura eſt circa cognita ſua reſpectu claritatis cognitionis quã de ipſis eiſdẽ habebit in viſione aperta: vt quo ad hæc omnia etiam naturaliter cognita in vita iſta ſunt quædam credita in eo q̃ ꝓmittitur nobis eorum viſio aperta: vt ſic nunq̃ intellectus citra aptam viſionem fidem euacuet: ſed ſimul ſtant: & intellectus fidem certificat & clarificat. Nec etiam proprie pro tantillo quo clarificat euacuat: qa non eſt ꝓprie fides eoꝝ q̃ non intelligunt inquãtũ non intelligũtur: vt fidei obſcuritas intelligatur reſpectu claritatis intellectionis: ſed eorum q̃ non videntur inquantum nõ videtur: vt ei⁹ obſcuritas intelligatur reſpectu claritatis viſionis. Vnde quãtũcũq; credita clare intelligũtur citra viſionẽ, nihil melius eſt fidei q̃ prius in ſciente: ſed ſolũ certior eſt in fide: quã certitudinẽ meretur fides: dicente Auguſt. lxxxiii. q. q. lxviii. Non anteq̃ credant diuina datur noſſe cupientibus. Merces enim cognitionis meritis redditur: credendo autẽ meritum comparatur. Et iſta certitudo iam habita cũ fide eſt principiũ amplius merendi: q̃ ſine illa. Se habẽt aũt illa tria, credere, intelligere, & videre, quẽadmodum ſi de aliqua eclipſi iam inſtãte dicat aliquis non videnti illã: quia iam luna eclipſatur, ſi præſumat de veritate dicentis, ſtatim credit quod non videt præ oculis nec intelligit: quia per concurſus motuum cæleſtium non ſcit q̃ in tali inſtãti de neceſſitate debeat luna eclipſari. Ille vero qui hoc nouit iſto modo lunam intelligit iam eclipſari: ſciendo eclipſim aliquã eſſe in ſingulari vago: & ita in vniuerſali: non autem in ſingulari ſignato niſi oculis ſuis videat illam particularia eius comprehendẽdo: vt dictum eſt ſupra ſecũdum Auicen. Ille vero qui illam videt, certiſſimum intellectum habet de hac eclipſi vt particularis eſt ſignata: de qua aſtrologus non habet niſi fidem ſiue opinionem: q̃q̃ de ea in vniuerſali & ĩ particulari vago habeat demõſtrationem: ita q̃ ẽ certa demõſtratio de vniuerſali & particulari vago: & fides ſiue opinio de particulari ſignato

ſimul ſtant abſq; viſione corporali in particulari ſignato.Sed cū eſt talis viſio,de eodem euacuatur fides præcedēs ſiue opinio:nec ſimul eſſe poteſt:ita ꝙ quātūcūq; fortificet de modo,nunq; fides euacuaꝫ quouſq; aduenīat viſio.Et ſic per omnem eundem modū eſt in propoſito:fides enim noſtra de particularibus eſt vel quaſi particularibus indeterminatis nobis in vita iſta: vt ꝙ aliquis vnus homo eſt Chriſtus:aliqua vna fœmina eſt Maria mater eius:aliqua natura ſingularis eſt deitas: ſed nihil determinatum vel in re vel nobis fide percipimus : ſed hoc in viſione expectamus ; & de illo ſignato qđ tūc videbimus ꝓprie fides eſt,Qđ ga nunc fide nō cognouim⁹ niſi indeterminate, in hoc conſiſtit fidei ęnigma:q̄ euacuaꝫ ſi nobis hmōi particulare determineꝫ,dicente Augu.viii.de Trini. cap.v.Cauendū eſt ne credēs animus id qđ non videt,fingat ſibi aliqd qđ nō eſt:& ſperet:& diligat qđ falſum eſt.ꝙ ſi ſic:nō erit charitas de puro corde & conſcientia bona & fide non ficta.Neceſſe eſt aūt cū aliqua corpalia lecta vel audita q̄ non vidimus credim⁹: fingat ſibi aliqd animus in lineamēta formiſq; corporū qđ aut verum nō ſit:aut etiā ſi verū eſt,qđ rariſſime poteſt accidere. Nō hoc tamen vt fide teneamus quicq̄ prodeſt: ſed ad aliud aliqd vtile:qđ p hoc inſinuaꝫ.Nā ipſius facies dominicę carnis innumerabilū cogitationū diuerſitate variaꝫ & fingiꝫ.Quę tamē vna erat q̄cunq; erat.Neq; in fide nr̄a quā de dño Ieſu Chriſto habemus,illud ſalubre eſt qđ ſibi animus fingit lōge fortaſſe aliter q̄ res habet:ſed illud qđ ſecūdū ſpeciem de homine illo,ſ.cogitamus: & tñ firmiſſime credimus:quia ſecūdum ſpeciem generalemq; notitiam quæ certa nobis eſt,cogitam⁹. Quāobrem qm̄ trinitatis ęternitatem,ęqualitatem,& vnitatem quātū daꝫ intelligere cupimus,vigilandum nobis eſt ne ficta ſit fides noſtra,& ifra.Cū ergo dicimus & credimus eſſe trinitatē,nouimus qd ſit trinitas:quia nouimus qd ſit tria:ſed non hoc diligimus: ſed ꝙ trinitas deus. Sed deum nullū aliud vidimus aut nouimus:quia vnus eſt ſolus deus quē non vidimus & credēdo diligimus.Sed ex qua rerū notarū ſilitudine vel cōpatiōe credam⁹ ꝙ etiā nōdū notū diligim⁹ &c. qđ prolixe ꝓſeqr̄: & de
M hoc alibi ſufficiēter locuti ſumus.Quare igiꝫ fides prima & intellectus bene ſtant ſimul: & q̄cunq; naturaliter cognoſcimus congruunt & ſupernaturalibus & creditis,ſi eſſet qui ea applicare ſciret: vt oportet.Vera autem certiſſime cognita coniuncta aliis licet nō ita clare cognitis,de aliis vlteriorib⁹ minus clare cognitis ſecundum ſe clariorem facere poſſunt cognitionem : vt ſi maior nota ſit ſyllogiſmo demonſtratiuo & minor topico::certius ſciꝫ cōcluſio,q̄ ſi maior eſſet ſolūmodo cognita ſyllogiſmo topico:quia tūc poſſet negari maior: & per hoc ſimiliter concluſio: non autē q̄ſi maior nota eſt ſyllogiſmo demōſtratiuo. Ex eis ergo q̄ poſt fidem acceptam habenꝫ ex naturalibus cognita per acquiſitionem ſiue ante fidem ſiue poſt cum aliis quæ ſunt fidei accepta,aut eis ſuppoſitis,poſſunt certiori cognitione intelligi ea quæ ſunt poſteriora credibilia q̄ ſine illis ſint cognita ſola fide:& ſic ſemp ꝓcedendo & cognitione vera intellectiua ea q̄ ſunt fidei certius & certius intelligendo.Sed non omnium eſt ordine congruo applicationem talium mediorum facere , dicente Richar.i.de Trini.ca.iiii.Videtur omnino impoſſibile neceſſaria eſſe:& neceſſaria rōne carere.Sed eſt certius &c. vt habitum eſt iam.Sic ergo patet quō articuli fidei probari poſſunt veridica ratione generante verum intellectum & ſcientiam de ipſis:qđ appellam⁹ demōſtrationem,hoc tñ non niſi ſi
N de ſuppoſita. AD primū:ꝙ deū eſſe eſt fidei articulus:& poteſt probari etiam abſq; fide:Dicēdū ꝙ deum eſſe abſolute non eſt fidei articulus:nec eſt credibile fidei ſimpliciter:licet alicui ſit credibile:quia intellectus eius non excedit naturalem rationē:poteſt enim ad hoc eſſe ratio naturalis quā nouerunt ꝑfi abſq; fide:ſecundum ꝙ de probatione huius alibi determinauimus : ſed ſolū eſt fidei articulus cū determinatione,ſ.ꝙ eſt reparator humani generis & glorificator & hmōi: quæ natura
O li ratione niſi fide ſuppoſita probari non poſſunt. AD ſecundum ꝙ articuli fidei non innituntur niſi lumini ſupernaturali:& demonſtratio non innititur niſi lumini rationis naturalis : Dicendum ꝙ articuli fidei conſiderantur vno modo vt credibilia ſolum:& ſic non innituntur niſi lumini ſupernaturali, & quo ad hoc non poſſunt demonſtrari: quia illa eſt prę quia fidem faciens:vt non credita credantur aut intelligantur.Alio modo poſſunt conſiderari vt intelligibilia poſtq̄ ſunt credita.& ſic non tam innituntꝫ lumini ſupnaturali q̄ naturali,& ſic vt dictū eſt demōſtrari poſſunt.

Ad arg. pri.

Ad argu. in oppoſitum.

CIrca quartū arguiꝫ:ꝙ appetitus rationalis diſtinguaꝫ penes iraſcibilē & cōcupiſcibilē.Primo ſic,dicitur de ſpiritu & anima ꝙ aīa p concupiſcibilitatē appetit:p iraſcibilitatem contemnit:per rationalitatem inter vtrūq; diſcernit. & ſequitur Has potētias habet anteq̄ corpori miſcetur:naturales ſiquidē ſunt ei, ſed non ſeparaꝫ niſi ſecundū ꝙ eſt rōnalis.ergo &c.Scđo ſic,appetit⁹ rōnalis eſt circa bonū ſimplr: ſicut appetit⁹ ſēſibilis eſt circa bonū vt nūc.q̄ qdē appetit⁹ ſenſibilis diuidiꝫ i cōcupiſcibile ꝓpter bonū vt nūc:ſcđm ꝙ pōt habere rōnē delectabilis & arduī,ſicut aūt bonū

Queſt.xv. Argu. prīci. Primum. Secundum.

vt nũc poteſt diuidi in bonũ delectabile & arduum:ſic & bonũ ſimpliciter,quare ſi propter illud ap
In oppoſitũ. petitus ſenſibilis diuidit in concupiſcibilẽ & iraſcibilem:ſimiliter & appetitus rationalis. In cõtra-
Opinio. rium eſt phs:qui vult ꝙ ptinent ad rõnale per participationem:qđ non eſt niſi vis irrationalis. DI P
cunt aliq ꝙ appetitus rationalis qui dicit voluntas,ordinat ad cõmunem rationem boni:quia non
reſpicit in eſſe bonum aliquã differentiam tẽporis in qua ꝙſtimat eſſe bonũ:etſi alias non ꝙſtimaret
eẽ bonũ:quẽadmodũ hmõi differẽtiã tẽporis reſpicit in bono vt nunc appetit⁹ ſenſitiuus:ꝓpter qđ
dicitur eſſe boni vt nunc.Talis autẽ non diſtinguit per diuerſas potentias ſecundũ diſtinctionẽ ſpe
cierum & modorũ boni ſimpliciter:quẽadmodũ viſus quia eſt coloris ſimpliciter,non diuerſificat ꝑ
potentias diuerſas in ſentiẽdo albũ & nigrũ:quæ ſunt diuerſę ſpecies coloris.Et ideo ſecũdũ nullas
differentias circa bonum ſimpliciter diſtingui poteſt appetitus ratiõalis,quare cum neceſſario ſint
diuerſæ differentię boni circa quas ſunt iraſcibile & concupiſcibile,non poſſunt eſſe differentiæ ap
Cõtra opi. petitus rationalis. Sed videt mihi ꝙ ratio iſta potius cõcludit ꝙ nõ debẽt eſſe omnino aliquę aliæ Q
potentię animę circa bonũ:q̃ appetitus rationalis:ex quo eſt circa bonũ ſimpliciter: ita ꝙ nullo mo
do iraſcibile & concupiſcibile debeãt dici partes appetitus.Appetitus enim qui eſt boni ſimpliciter
etiã eſt boni vt nunc,aliter em̃ ex deliberatione non proſequeret ipſum.Et iterũ ſicut appetitus ra
tionalis eſt circa bonũ vniuerſale ſimpliciter:ita ꝙ circa omne bonũ qđ poteſt habere rationẽ boni
vniuerſalis intelligibilis:ſic appetitus ſenſibilis ſiue irrationalis eſt circa bonum particulare ſimpli-
citer:ita ꝙ circa oẽ bonũ qđ poteſt habere rõnẽ boni particularis ſenſibilis. ergo ſi id qđ eſt circa ra-
tionem aliquã ſimpliciter,non debet diuidi per partes:ſicut ergo non diuidit ꝑ partes in appetitu
intellectiuo circa bonum vniuerſale ſimpliciter : ſilr neq; in appetitu ſenſibili diuidetur circa bonũ
particulare ſimpliciter per partes:vt penes iraſcibile & concupiſcibile.Immo qua ratione debet ille
manere vnicus & indiuiſus,eadem & iſte.Propter illã ergo rationem non debet negari appetitus ra
tionalis diuidi in iraſcibilẽ & cõcupiſcibilẽ.Prẽterea cum appetitus ſenſibilis diuidit in cõcupiſcibi
lẽ & iraſcibilẽ:iſtud non eſt penes diuerſitatem boni ſenſibilis obiecti,non eſt em̃ aliud bonum obie-
ctum concupiſcibilis & iraſcibilis:ſed vnũ & idẽ penitus,differens ſolum penes diuerſas rationes &
conditiones obiecti,bonum em̃ qđ eſt obiectum concupiſcibilis vt placitũ & delectabile,id ipſum eſt
obiectum iraſcibilis vt arduum & appretiabile.Propter qđ ſicut concupiſcibilis in illud mouet vt
ipſum apprehendat:& in eo qeſcat:ſic iraſcibilis in idem mouet:vt ipſum defendendo cuſtodiat:ne
quies concupiſcibilis circa ipſum diſturbetur.Q̃uis ergo appetitus intellectiuus eo ꝙ eſt circa cõ
munem rationem boni:ſiue circa bonum vniuerſale ſimpliciter,non diſtinguat ꝑ diuerſas potẽ-
tias ſecũdum diſtinctionem ſpecierũ & modorũ boni ſimpliciter:quẽadmodũ viſus ꝙa eſt circa co
lorem ſimpliciter,nõ diſtinguit in diuerſas potẽtias ſcđm diuerſas ſpecies coloris:quia nec ſecundũ
hunc modũ diſtinguit appetitus ſenſibilis ſecũdum diuerſas potẽtias: ſcđm diuerſas ſpecies & mo
dos boni vt nunc,vt iam dictum eſt:bene tñ põt diſtingui appetitus intellectualis,circa cõmunem
rationem boni exiſtente vtroq; diſtinctorum,ꝑnes diuerſas rationes & conditiones boni eiuſdẽ om
nino.Quia cũ hoc ꝙ accipit ſemp ſub vna & eadẽ ratiõe cõis,vt cõmune eſt,põt habere rationes
diſtinctas penes placitum ſiue delectabile:& ꝑnes arduum & appretiabile: & hoc indifferenter cir
ca bonũ vniuerſale intelligibile:& circa bonum particulare ſenſibile.Propter qđ nõ minus ꝑnes hu
iuſmodi differẽtias circa bonũ vniuerſale intelligibile põt diuidi appetit⁹ intellectualis in concupi
ſcibilẽ & iraſcibilẽ, q̃ appetitus ſenſitiu⁹ circa bonum ſenſibile particulare:& hoc inquãtũ vterq; ap
petitus motiu⁹ eſt.Sed inquãtũ appetit⁹ ſenſitiu⁹ eſt paſſiuus:nõ ſic autẽ intellectiuus: multo plus
differunt inter ſe cõcupiſcibile & iraſcibile ſenſitiui: q̃ concupiſcibile & iraſcibile intellectiui: vt iã
declarabitur. VT aũt videamus an ſic diuidi debeat appetitus rationalis:videndum eſt rationem R
& modum diſtinguendi potentias animę.Eſt igitur ſciendum ſecundum iam dicta:ꝙ cũ potentiæ
diſtinguant̃ per obiecta,hoc non intelligit ſecundũ diuerſitatẽ in eſſentia obiectorũ:ſic em̃ nõ eſſet
intellect⁹ vna potẽtia reſpectu oĩm intelligibiliũ.Sed hoc ſolũ eſt gñale in virtutib⁹ paſſiuis:ꝙ ſecũ
dũ diuerſitatẽ obiectoꝝ a qb⁹ diuerſimode patiunt̃,& hoc ĩquãtũ diuerſimode ab eis patiũt̃,ſunt di
uerſę potẽtię:ita ꝙ quãtũcũq; ſũt diuerſa obiecta,dũ tñ vniformiter & eſſentialr eandẽ rõnẽ paſſio
nis inferunt,eis rñdet vna virtus paſſiua:vt vnus intellectus omni intelligibili:& vnus viſus omni
viſibili.Color aũt & ſonus quia diuerſimode ĩmutãt & inferũt ſenſui paſſiones, propter hoc opor-
tet eſſe diuerſos ſenſus reſpectu illoꝝ.Et ſecundum hoc phs in ſcđo de Anima ꝓbat numerum ſen
ſuum ſecundum numerũ ſenſibilium. Sed intellectus non numerat̃ per potẽtias aut vires ſecundũ
aliquã diuerſitatem intelligibilium,qm̃ idem eſt modus mouendi intellectum a quocunq; intelligi-
bili.Dico eſſentialiter quãtũ eſt ex parte intellectus:licet ſecundum aliquã diuerſitatem accidẽtalẽ

ex parte obiectorum:quemadmodum differunt intellectualis intelligentia & memoria. Memoria enim dicitur non tam ex conseruatione habituũ cognitiuorũ : q̃ ex ratione simplicis actus intelligendi: a quo formatur actus intelligendi declaratiu⁹ verbi mentalis vt alibi declarauimus. Et est eiusdem potẽtię omnino moueri ad actum intelligẽdi vtroq; modo:differens in nobis sola ratione sicut & sola ratione differt obiectum:& eiusdẽ virtutis penitus est habitus in se conseruare quibus faciliter educitur in actus:licet in sensu,alterius virtutis est species sensibiles conseruare vt memo rię sensibilis:& alterius eis moueri vt imaginatiuę:quoniã virtutes illę sunt organicę:& necessario alia dispositione organi virtus retinet species & immutatur ab ipsis.Propter qđ alia est vis memo-ratiua & imaginatiua:non sic memoria & intelligentia.quia & retentio & immutatio fiũt absq; or gano:& virtus separata nata est reflecti per suum actum & super se & super id qđ est in se: non sic virtus organica.Item in intelligentia etiam accidentaliter differunt scientificum & ratiocinatiuũ in hoc scilicet q; dicitur scientificum inquantum principium intelligentię mouet ex se absolute:ra tiocinatiuũ inquantum principiatum intelligentię mouet ex eo q; principium mouet prius.Et nõ
S differunt nisi sicut moueri absolute,& moueri vno motu sub cõparatione ad moueri alio motu. Siliter gñale est ĩ oĩb⁹ virtutibus actiuis q; sđm diuersitatẽ modorũ agendi circa obiecta di uersifi cãtur:ita q; quãtũcũq; sint obiecta diuersa:& idem est modus agendi circa ea: eadẽ est virtus siue potentia: secũdum q; propterea appetitus sensitiuus distinguitur ab ĭntellectiuo:nõ quia ille circa bonũ pticulare:iste vero circa bonũ vle:sed quia ad pticulare bonũ qđ est sensibile bonũ mouet appetitus sensibilis: inquantũ est sensibile bonũ, nõ ĩquãtũ est bonũ simpliciter.& hoc non nisi vt motus a tali bono. Ad vniuersale aũt bonũ mouetur appetitus rationalis inquantum est bonum simpliciter. & hoc absq; eo q; moueatur ab ipso . Vnde appetibile sensibile est mouens non motũ. Appetitus autem sensitiuus est mouens motum:vt dicitur tertio de anima.Appetitus vero ratio nalis est mouens non motum omnino. Propter qđ necessario sunt diuersę potentię appetitus sen sitiuus & rationalis. Vlterius sicut sunt diuersę potentię:quia secundũ diuersos modos generales: diuersimode mouentur circa sua obiecta.Nunc autẽ ita est q; potentia actiua & motiua suiipsius circa bonum primo & per se est motiua,& prima intẽtione sui ipsius in bonũ & commodum vt in eo delectetur.Et quia contrariorum eadem est potentia:secũdario & secũda intentione est motiua suiipsius ĩ malũ & incõmodũ ne ab eo contristetur.Sed quia nihil natum est prosequi conueniẽs propter delectationẽ: & fugere disconueniẽs propter contristationem:qđ non habet aliquid qđ na tum est ipsum custodire vt pacifice in bono habito delectetur defendendo ipsum contra nitentia auferre delectabile, & inferre tristabile, aut volẽtia in delectatione circa bonũ ipsum disturbare:& similiter qđ natum est ipsum in expectando fouere & amouere impedientia ne bonum non habi tum circa qđ delectandum est cõsequatur,quemadmodũ natura in aliquibus non posuit membra quibus in suo conuenienti habent delectari & disconuenientia fugere:sed etiam membra sicut ar ma quibus impedientibus in bono delectari habẽt rebellare.Primũ fit in vi appetitiua per vim cõ cupiscibilem:secũdum per vim irascibilem. Quare cum tã ĩ appetitu rationali q̃ sensitiuo necesse est ponere vim aliquã delectantẽ in bono & conuenienti:& mouentẽ se in illud & fugiẽtem cõtra rium:sine hoc enim nullus est appetitus: & hęc est vis concupiscibilis: necessariũ est ergo vtrobiq; virtutem cõcupiscibilẽ ponere: aut ille qui positus est esse appetitus non est omnino appetitus: ita q; impossibile sit ponere virtutem aliquã appetitiuam boni: quãtũcũq; in cõmuni siue quãtũcũq; in particulari:dum tamen sit appetitiua boni qđ est aliud a se propter se & suũ commodum: quin
T fit desideratiua & concupiscitiua illius. Propter qđ cum omne aliud a deo appetens appetitu co gnitiuo,vt etiam angelus appetitu suo intellectuali,appetat bonũ aliud a se: idcirco in omnib⁹ aliis a deo,etiam in angelis:necesse est ponere vim concupiscibilem: aut non esset in eis voluntas omni no.In solo autem deo est voluntas simpliciter in volendo seipsum:& nihil aliud nisi volẽdo se: sicut & nihil aliud a se scit nisi in sciendo se.Nullo autem modo vis concupiscibilis:quia nihil aliud a se concupiscit:neq; agit per concupiscentiam aliquid extra se,dicente Auicẽna,viii.Metaph.Volũtas eius est quę est expers imperfectionis & immunis a desiderio. & infra. Volitũ primi non est sđm volitum nostrum:ita vt in eo qđ est ex eo sit ei intentio.Si autem in omni appetitu necesse est pone re vim cõcupiscibilẽ:ergo secũdum iam dicta & vim irascibilẽ defensiuam eius.Quę in hoc ex pte obiecti differunt : q; concupiscibilis dicitur esse circa bonũ vt est delectabile:quia semper appetit ĩ ipso bono delectari.Irascibilis vero dicitur esse circa bonũ arduũ:quia appetit in ipso superare oĩa contraria.Est enim irascibilis vindex concupiscibilis.Vnde sđm Auicẽ.in fine.viii.Metaph.Perfe ctio & finis irę vindicta est, vt sđm hoc concupiscibilis sit ĩña principalis potẽtia: & irascibilis sit

T

quędam vis in ipſa & ex ipſa orta.quia eñ concupiſcibilis amore appetit inhęrere dclectabili qđ po teſt amittere:ideo neceſſario ei eſt timor amittendi vel conturbationis circa ipm annexus.Secūdū eñ Auguſtinū,lxxxiii,q.q,xxxiii, prorſus nullo modo metuit quiſqs nihil aliud amat: propter qđ neceſſario ſibi habet vim coniūctā cuius eſt timorē repellere:quaſi famulantē ſibi in hoc. Vnde ſi cut in parte ſenſitiua paſſiones iraſcibilis oriūtur a paſſionibus concupiſcibilis & terminantur in eis:iraſcūtur enim aīalia cū diſturbātur a delectatione in concupiſcibili:& ceſſat eorum ira cū qui eſcūt in ea:propter qđ dicit phs in libro de aīalibus: q̄ ꝓpter tria in qbus ſolent delectari pugnāt aīalia.ſ.propter eſcam,ꝓpter coitum,& ꝓpter nidū:Sic & oēs actiones iraſcibilis oriūtur ex actio nibus concupiſcibilis:& in ipſas terminātur tam ex pte intellectiuę q̄ ex parte ſenſitiuę.Et ſic ſicut in ſenſitiua neceſſe eſt ponere appetitū aliū q̄ intellectiuū: & ītellectiuū aliū q̄ ſenſitiuū:ita q̄ in ho mine oporteat ponere vtrūq; appetitū:& hoc quia diuerſimode mouet appetitus intellectiuus ad vniuerſale bonū:& ſenſitiuus ad bonū particulare: in eo.ſ.q̄ appetitus ſenſitiuus non mouet niſi motus a ſenſato:qđ non ſolū ingerit organo ſentiendi paſſionē corporalem ſenſibilē vt ſentiatur: ſed etiā organo appetendi vt appetatur:vel ꝓſequutiue vel fuga,& hoc diuerſimode & in diuerſis organis ſcđm motuū diuerſitatē.Appetitus vero intellectiuus qa non eſt organicus mouet ſe nō prius motus ab alio:vt habitum eſt ſupra.Et hoc quia ad bonū vniuerſale ſcđm q̄ bonū mouetur qđ eſt ſeparatū: & ipſe ſimiliter eſt ſeparatus:non virtus organica: et ideo ꝑfectū liberū arbitriū habens.Q̄d aūt mouet motum:de neceſſitate mouet poſtq̄ fuerit motū. Ex quo patet qualiter ma gis differūt concupiſcibile & iraſcibile in ſenſitiuo q̄ ī intellectiuo,hoc enim cōtigit:quia ſenſitiua virtus mouet mota,Ita q̄ licet quantū eſt ex modo agendi & mouēdi non plus differūt cōcupiſci bile & iraſcibile in ſenſitiuo q̄ in intellectiuo:quia tamen ſunt organicę: & diuerſimode patiuntur & mouētur ab obiecto prius q̄ moueant: ex hoc ſpecialem differentiam habent in ſenſitiuo quam non habent in intellectiuo:vt in ſenſitiuo ꝓprie dicantur potentię ratione diuerſorum: in intelle ctiuo vero concupiſcibilis eſt potentia principalis : iraſcibilis autem vt dictum eſt quædam vis eius: Ita q̄ volūtas non eſt tertia potentia ab iſtis duabus ſed continens in ſe iſtas & contenta in eis. ſicut nec tertia potētia appetitiua eſt cōmunis in ſenſitiuo cōcupiſcibili & iraſcibili:quę etiam reſpectu ſuoꝝ actuū ſe habēt ſicut potentia principalis & vis in ipa, q̄liter etiā ꝓpter eandē rationē vt dictū eſt qua neceſſe eſt ponere cōcupiſcibile & iraſcibile in appetitu ſenſitiuo & in intellectiuo nō obſtante q̄ reſpicit bonū cōmune:ſic bonū ſub cōmuni ratione boni.Non minus eñ ipa appeti tiua vis conturbari aut impediri poteſt circa ſuū bonū,q̄ ſenſitiua circa ſuū. Vnde ſicut appetitus ſenſibilis vere dicitur iraſcibilis in appetēdo impugnare malū ex impetu paſſionis: ſic appetitus in tellectiuus vere dicitur iraſcibilis in appetēdo impugnare malū ex iudicio rationis:vel ex determi natione liberę electionis.Et ſicut ſimiliter appetitus ſenſibilis ꝓprie dicitur concupiſcibilis in cōcu piſcēdo delectari in bono ex impetu paſſionis: ſic appetitus intellectiuus ꝓprie dicit cōcupiſcibilis in appetēdo adhęrere bono ex iudicio rationis,vel ex determinatione liberę electionis.vt in intelle ctiuo cōcupiſcibili ponamus charitatē & amorē:ī iraſcibili ſpem.Et p hoc volūtas cōcupiſcit talia bona:ad q̄ nō poſſit moueri p appetitū ſenſitiuū:nec cōſeq ipm:vt ſapiētiā, virtutes,& cęta hmōi Et ſimiliter iraſcit cōtra talia mala,cōtra q̄ nō poſſet ſufficiēter moueri p iraſcibilē ſenſitiuā vt cō tra vitia:ita etiā q̄ etſi odiū vitioꝝ ptineret ad cōcupiſcibilē rōnalē: propter tñ corū impugnatio nem neceſſaria eſt ei vis iraſcibilis exequēs impugnationis actū. Q2 aūt iſti duo appetitus ſunt ī in tellectiua pte,etiā experiētia docet.Nā ſępe cōcupiſcibili & volūtate rōnali volente quieſcere ī dele ctatione contēplationis circa bona gratię et glorię: inſurgit per odiū ad impugnādū actionē alio rū vitioſam:et diſturbat quietē cōcupiſcibilis cōtra eius inclinationē,qđ nō poſſet eſſe ſi ad vnam ſimplicē rationē mouēdi aut appetēdi ptinerēt.Vnde et ſicut in ſenſitiua,ſic et in intellectiua con cupiſcētia intēſa mitigat iraſcibilē,& a ſuo ꝓpoſito reuocat ſępius: et ecōuerſo:licet ī appetitu fre quēter concordet:quia iraſcibilis nō eſt vt dictū eſt niſi ꝓpugnatrix & defenſatrix cōcupiſcibilis. Q2 aūt differūt vt ſunt in intellectiua pte & ſenſitiua,ex hoc patet: quia ſcđm q̄ dicit phus in.iii. de aīa:multotiēs intellectus no iubet timere:ita q̄ nec iraſcibilis & itelligibilis mouet: ſed paſſione quadā timoris cor mouet: & ſenſitiua iraſcibilis nitit ſe ad fugā mouere.Et ecōtra ꝑcipiente intel lectu & ducēte fugere aliqd,aut ꝓſequi,nō mouet: ſed ſcđm cōcupiſcentiā ſenſitiuā agit:vt patet in corinente:quia nō eſt ſciētię agere ſcđm ſciētiā:ſcd appetitus intellectiui. Vnde neq̄ appetit9 ſen ſitiuus dñs eſt hmōi motus niſi velit cōſentire appetitus ītellectualis. Poteſt tñ cōtraire & tenere appetitū ſenſitiuū.Abſtinētes eñ & cōcupiſcētes concupiſcētia ſenſitiua nō opant ea quorū habēt appetitū: ſed p appetitū intellectualē ſequūtur intellectum. Intellectus eñ nō mouet ſine appetitu

V

X

Volũtas em̃ appetitus est. Et accidit contrarietas in istis appetitibus propter aliã rationẽ boni appetibilis mouentis: quia vt dicit ibidẽ, Intellectus ꝓpter futurũ retrahere iubet. Concupiscẽtia aũt ꝓpter ipm̃ iam. ꝓpter qđ vincit aliquãdo deliberationẽ. Intellectualis tñ appetitus superior ẽ & principalior: & semp vincit appetitũ inferiorẽ cũ vult. AD primũ dicẽdũ cõcedẽdo ꝙ nõ solũ in intellectiua ꝑte sunt concupiscibile & irascibile ga naturaliter sunt in substãtia animę rationalis: & hoc naturaliter anteq̃ corpori miscetur: Sic em̃ insunt ei & vires sensitiuę: vt habet in eodem libro: sed quia aliter insunt sensitiuę & manẽt in ea sepata: aliter intellectiuę. quia illę ī anima sepata manẽt solũ sicut in radice: sed intellectiuę manẽt etiã in suo effectu: qđ intellexit illa auctoritas. Secundũ simpliciter concedẽdũ est. AD tertiũ in oppositũ de phio: ꝙ irascibile & cõcupiscibile ꝑtinẽt ad rationale ꝑ participationẽ: põt dici scđm ꝙ alibi declarauimus: ꝙ etiã appetitus intellectualis scđm ipm̃ dicit rationale ꝑ ticipationem. Vel potest dici ꝙ aliã sentẽtiã de libertate arbitrii in volũtate debẽt tenere catholici: q̃ tenuit phius. Ipse enim posuit ꝙ volũtas nõ esset liberi arbitrii nisi ante rationis determinationẽ & iudiciũ siue sentẽtiam aut dictamen. & hoc respectu intellectus seu rõnis quia. ſ. potest intellectũ mouere ad discernẽdũ qđ agẽdũ & qđ nõ agendũ. Et ideo ipa potest discernere & nõ discernere: quare etiã volũtas agere q̃ nõ agit: & non agere q̃ agit. Sed post iudiciũ rationis posuit volũtatẽ de necessitate seq̃ iudiciũ rõnis: nõ coactiõis: sed imutabilitatis cuiusdã q̃si põdus quoddã: quẽadmodũ etiã & appetit⁹ sensitiu⁹ necessario seq̃t motũ a sensato. Et ideo dixit ī. iii. de aĩa. Cũ scđm rationẽ mouetur, & scđm volũtatẽ mouet. Appetitus aũt sensibilis mouet ꝑter rationẽ. Q̃m aũt appetitus sunt cõtrarii adinuicẽ: sensibilis. ſ. & intellectualis: hoc accidit cũ ratio & cõcupiscẽtię sensitiuę cõtrarię sunt: quasi appetitus volũtatis nullo mõ possit esse cõtrarius rõni. Vnde subdit. Vtrũ em̃ agat hoc aut hoc iã ratiõis opus est: & necesse est vno. ſ. intellectu mẽsurari quid potius. ſ. agendũ est. Maius em̃ & melius siue potius agẽdũ scđm iudiciũ rationis sequit volũtas. Propter qđ nullã differentiã in motus executione ad ꝓsequendũ vel fugiendũ ꝑ concupiscibilẽ, vel ad impugnandũ aut defendẽdũ ꝑ irascibilẽ potest phs ponere ex ꝑte volũtatis, quoniã harum viriũ differẽtia solũmodo cõsistit in opis diuersa & diuersimode executione. Nos aũt qui ponimus ꝙ volũtas manet libera etiã post ītellectus vel rationis determinationẽ, ad opus. ſ. exequẽdũ vel nõ exequẽdũ, & ad assequẽdũ diuersimode ī fugiẽdo, & ꝓsequẽdo vel defendẽdo, vel ipugnãdo: bene possum⁹ distiguere appetitũ ītellectualẽ ī cõcupiscibile ītellectuale, & irascibile ītellectuale: & debem⁹ scđm dictã determiationẽ. Et ꝙ sic debeat distingui manifestat opatio diuersa. Quia cũ volũtas libere & libertate eadẽ vtrũꝙ opus exequit & refrenat: appetitus aũt sensitiu⁹ necessario: nõ tñ eadẽ necessitate exequit opus suũ concupiscibilis & irascibilis: qa alia & alia necessitate quãtũ est ex se irascibilis & concupiscibilis necessitant: eo ꝙ alia & alia passio in alio & alio organo. Ex passione em̃ quę ira est, mouetur irascibilis. Est em̃ scđm Damasc. ira feruor sanguinis circa cor ex vaporatione fellis ꝓpter sensum discõueniẽtis. Ex passione vero delectationis mouet cõcupiscibilis. Est em̃ delectatio tempamentũ sanguinis circa cor ex vaporatione splenis ꝓpter sensum conueniẽtis. In splene em̃ est sanguis dulcissimus: quia fel dependẽs abeo & connexus ei suggit ex eo omnẽ amaritudinẽ. Vnde quia aliud & aliud est principiũ motus in appetitu sensibili irascibili & concupiscibili: idem aũt in appetitu rationalis irascibilis & concupiscibilis: in hoc magis differũt irascibilis & concupiscibilis scđm ꝙ sunt ptes appetitus sensibilis: q̃ scđm ꝙ sunt ptes rationalis appetitus. Propter qđ scđm cõmunẽ vsum etiã sanctoꝝ magis distinguũtur irascibilis & cõcupiscibilis vt sunt ptes sensitiuę partis: q̃ vt sunt ptes rationalis.

Y Ad primũ prin.

Z Ad arg. in oppo.

SEquũtur quęsita de humana natura ex parte coniũcti ex corpore & anima. Vbi quęrebantur quędam generaliter ptinẽtia ad omnes homines: & quędã alia specialiter ptinẽtia ad prelatos. Et circa primũ horum Primo quęrebãtur quędã pertinẽtia ad statũ gratię: deinde alia ptinẽtia ad statũ culpę. CIRca primũ q̃rebatur vnum ptinens principaliter ad meritũ glorię, & alia tria ptinẽtia ad diminutionẽ pœnę debitę. Quorũ primũ est: vtrũ religiosus ꝓponẽs facere maius bonũ deberet illud dimittere faciendo min⁹ bonũ ꝓpter ꝓceptũ sui superioris. Scđm erat: qđ magis est ꝑficuũ: aut ꝑsequi negotiũ crucis scđm consiliũ ecclesię, aut ingredi & stare ꝑficiẽdo in religione. Tertiũ erat de ope volũtarie assumpto: vtrũ opa facta ī charitate minore, tãtũ diminuũt de pœna debita peccatis quãtũ eadẽ vel æqualia facta in charitate maiore. Quartũ erat de ope satisfactorio pœnitẽtialiter iniũcto: vtrũ pœna satisfactoria iniũcta a sacerdote discreto, vel a iure taxata sufficit ꝓ tota pœna peccatis debita in purgatorio de quibus confessus est: & ꝓ quibus iniuncta est.

Quęst. xvi. Quęst. xvii. Quęst. xviii. Quęst. xix.

CIRCA primũ arguitur: ꝙ religiosus debeat facere magis bonũ cõtra ꝓceptũ superioris, quia Arg. prin.

Bernardus dicit de præcepto & dispñ. Qđ pro charitate institutum est: cõtra charitatem militare non debet, pro charitate instituta est obedientia. Charitas autem dictat maius bonum preferendum esse minori, ergo obedientia non debet esse cõtra hoc qđ magis bonum. Esset autem contra, si debitum esset illud dimittere propter minus preceptum a superiore, ergo &c. Item nihil minus obligat iuramentum q̃ votum: sed non est licitum iuramentum de dimittendo magis bonum propter minus: quare nec votum aut obedientia. CONtra, non minus obligat votum q̃ matrimoniũ cõsummatũ, sed propter matrimoniũ cõsummatũ oportet mulierẽ maius bonũ dimittere propter minus de precepto viri, ergo &c. DIcendum est ꝙ præceptum superioris si certum esset ꝙ esset contra deum: omnino contemnendum esset. Licet enim quis voueat aut iuret generaliter obedire de omnibus: non tamen intelligitur nisi de licitis iustis & honestis, vt. xi. q. iii. Non semper, vbi dicitur, Nõ semper malum est non obedire precepto. Cum enim iubet quę deo contraria sunt, non est ei obediendum. Sed in dubio an sit contra deum precepto prælati standum est. Qđ et si sit contra deum: propter bonũ obedietię nõ peccat subditus: vbi tamen peccat prelatus. xxiii. q. i. Quid culpatur, in fine. Multo ergo magis si bonũ sit qđ precipit oportet obedire: & propriũ propositum de agendo magis bonũ dimittere: & supponere ꝙ causa rationabilis sit quare sic præcipit, & sic propter bonum obedientię recompensatur ei in minore bono qđ amittit in maiore. Propter qđ dicit Augustinus. Melior est vna obedientia q̃ omnes virtutes, hoc est quęcunq; opera virtutum facta contra obedientiã: quę ex hoc vitia fiunt etsi alias de genere virtutum essent. Et sicut est de vno, sic est de omni eo ad quod homo per votum obligatus est: ꝙ ei non debet preponi aliud volũtariũ: etiã licet in se magis bonum videatur. Vt siquis vouit aliquid se facturum qđ bonum est & licitum & expediens: postmodum tamen licet bona conscietia rationabiliter deliberata dicat ei ꝙ melius esset aliquid aliud facere, & illud qđ vouit omittere: melius tamen est & fructuosius votum explere: quia sine periculo peccati mortalis non posset illud omittere. Et ideo hoc omittendo quodcunq; aliud ad frugem vitę æternę nihil posset ei valere. AD primum in oppositum dicendum: ꝙ facere minus bonum ex præcepto nunq̃ militat contra charitatem subdito, etsi forte prælato. Licet enim charitas dictet ꝙ absolute maius bonum præferendum est minori ab illo in cuius potestate est vtrunq;: tamen etiã dictat ꝙ subditus propter obedientiã minus bonum præceptum a superiori debet præferre maiori bono a se ꝓposito. AD secundũ dicendum ꝙ bene verum est ꝙ non esset licitum votum sicut nec iuramentum de dimittendo maius bonum propter minus, est tamen licitum immo necessarium ꝓpter iuramentũ vel votũ factũ superiori ad p̃ceptũ eius dimittere maius bonũ ꝓpter minus. Debet em̃ p̃sumere ꝙ ei melius est qđ p̃cipit p̃latus: licet non videatur sibi: & ideo qđ p̃cipitur facere tã q̃ magis bonum.

Secundum.

In oppositũ.

Responsio.

A

Ad prin. arg.

B

Ad secũdũ.

Quęst. xvii. Responsio.

C

CIrca Secundum nihil arguebatur: sed proponebatur sine argumentis. Et est dicendum ꝙ vita religionis eo ꝙ contemplatiua est, per se ordinatur ad augmentum glorię, & hoc non nisi ex merito proprię deuotionis et charitate in bonis operibus quę exercẽtur in religione. Negotium aũt crucis tanq̃ pœnale actiuũ per se ordinatur ad pœnę debitę diminutionem, aut remissionem, & hoc non tã ex deuotione proprię charitatis in hmõi negotium exequendo: q̃ ex deuotione & merito Christi in sua passione: inquantum opus siue negotium istud indulgentiale est. Vnde quia tenet ecclesia ꝙ summus pontifex habet potestatem pro tali negotio iam assumpto cum proposito exequendi ipsum secũdum consilium ecclesiæ indulgere totam pœnam debitam oĩbus peccatis quotcunq; & qualiacũq; commisit: dum tamen vere pœnitens fuerit & confessus: de quo nullus potest habere securitatem quãtũcũq; ad plurimos annos laborauerit in religione: idcirco absolute & simpliciter tenendum ꝙ prosequi negotium crucis secũdum cõsiliũ ecclesię multo magis est proficuũ ad remissionem pœnę obtinendam & securitatem habendam de statim euolando: q̃ vita cuiuscunq; religionis, licet illa magis possit esse proficua ad augmentum gloriæ.

Quęst. xviii. Arg. prin.

CIrca tertium arguitur: ꝙ opera æqualia facta in charitate maiore & minore nõ æqualiter diminuũt de pœna taxata: q̃ sufficit ꝑ tota pœna peccatis debita in purgatorio: de quibus cõfessus est, & pro quibus iniũgitur. Quia substãtia charitatis ex qua fit opus, per se respicit premiũ gloriæ. Pœna vero quę consistit in opere, ꝑ se respicit diminutionẽ pœnę debitę. Q̃uis ergo sit maior charitas: vt ex ipa plus mereatur de gloria in æquali opere: q̃ ex charitate minore: non tamẽ

ꝓpositũ.

plus diminuitur de pœna. CONtra, diminutio pœnę non est nisi ex ratione merendi: quare cũ

ratio merendi non consistit nisi in charitate: et ideo maior charitas magis meretur: plus ergo de
D pœna minuitur pro æquali opere ex maiore charitate facto q̃ ex minore. Dicẽdũ ad hoc: q̃ opus Responsio.
ad hoc q̃ sit meritorium glorię aut etiã satisfactoriũ pœnę, oportet q̃ deo gratum sit & acceptũ. Acceptum autem vel gratum deo esse non potest nisi factum sit in virtute illius qui factus est reconciliatio pro peccatis nostris: Christi, s. Ipe enim est principale agens in merendo toti generi humano peccatorum & pœnæ pro peccatis abolitionem & gloriæ collationem: quæ sunt finis omnis actionis Christi & passionis in homine quã gessit. Agens autem organicum quilibet homo purus est inquantum est membrũ illius. Et agens secundariũ quale est omne agens organicũ siue instrumental, nõ attingit finem agẽtis principalis, nisi agat in virtute illius: quẽadmodũ calor non generat nisi in virtute agentis impressa calori a generante. In virtute ergo Christi omne opus nostrũ debet esse factum si sit meritorium glorię aut satisfactorium pœnę. In virtute autem agentis principalis non potest agere agens secundariũ organicum nisi sit ei coniũctum, & virtutis ac influẽtię eius susceptiuũ, quemadmodum membrũ separatum a capite & corpore virtutem capitis & corporis suscipere nõ potest: et ideo nec in virtute eius agere potest. Organũ quale est quilibet nostrũ Christo capiti non coniũgitur nisi sit membrum in corpore suo mystico q̃d est ecclesia: glutino spiritus sancti quę charitas est, ei coniunctum. Eph. iiii. Qui est caput Christus: ex quo totum corpus cõpactum & connexum per omnẽ iũcturam submínistrationis secũdum operationem in mẽsurã vniuscuiusq; membri augmẽtũ corporis facit in ędificationẽ sui in charitate. Glos. Qui est caput nobis, puidẽs & regere potẽs: per quem totum corpus, i. ecclesię compactũ est per fidem, connexum vinculis charitatis: q̃ faciũt mẽbra iuicẽ submínistrare secũdũ opationem non solum in voluntate
E in mensuram vniuscuiusq; membri, i. scd̃m q̃ vnũquodq; membrũ potest operare p̃ gratiam sibi datam, & ipe facit augmentũ corporis ædificando illos qui nõ sunt, & hoc totũ facit in charitate. Ex hoc ergo solo opus nostrum est meritorium q̃ Christo sumus coniũcti in corpore, & ecclesiæ p̃ fidem & charitatem: p̃ quę in virtute eius meremur: & in ipo augmentum spirituale accipimus. Propter q̃d cum homo amissa charitate desinit esse membrum ecclesię: grata non possunt esse deo opa eius: nec alicui meritoria neq; glorię neq; díminutionis pœnę prius debitæ: ita q̃ substantia opis quãtũcũq; sit de genere virtutis siue pœnale, siue nõ pœnale, nec meritoriũ nec satisfactoriũ est nisi ex virtute & radice charitatis: ita q̃ deus nõ acceptat opus aut meritum aut satisfactionẽ nisi ꝓpter dispositionẽ opantis. Vñ dictũ est Geñ. iiii. q̃ dominus respexit ad Abel & munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit. Vbi ex ordine verborum conicimus q̃ non tam aspexit, vel non aspexit ad opera, q̃ aspexit vel non aspexit ad personas: non econuerso. Propter q̃d super illud primę Corin. xiii. Si charitatem non habuero níhil mihi prodest. Glos. Opera bona non ex quantitate sui: sed ex charitate plus vel minus prosunt. Sed intelligendum q̃ opus ex virtute charitatis duplex habet esse, vnum interius q̃d consistit in feruore & deuotione operantis, aliud exterius q̃d cõsistit in substãtia actus. Et sic se habẽt inter se: q̃ sicut opus simpliciter non placet nisi ex virtute charitatis: quia ex radice charitatis procedit: sic nec placet opus exterius plus vel minus nisi secundum feruorem maiorem vel minorem operis interioris: ita q̃ non mensuratur meritum operis exterioris tam ex substantia charitatis secũdum se, q̃ ex feruore & deuotione quã elí
F cit in opere interiori. ET sciẽdũ q̃ opus exterius quadruplex est: liberale, pœnitentiale, indulgẽtiale, & suffragale. Liberale: q̃d quis agit ex propria voluntate. Pœnitentiale: q̃d iniũctum est a sacerdote. Indulgẽtiale: q̃d suadetur a prælato. Suffragale: q̃d vnus facit pro alio. Comparando igitur opus exterius secundum istos quatuor modos ad opus interius: sciendum q̃ ex opere interiore procedit opus exterius idem in specie & æquale omnino ex maiore & minore charitate in diuersis dupliciter. Vno modo opere interiore existente æquali in diuersis vel inæquali: quia ex parte habitus charitatis in se non oportet distinguere: quia non est meritum ex ipa nisi secũdum q̃ se extendit in opus saltem interius: quia si est, operatur aut deficit: nequaq̃ vero proficit. Si vero opus interius sit in diuersis æquale: tunc opus exterius factũ est in singulis aut liberale: aut pœnitentiale: aut indulgentiale: aut suffragale: aut est in vno liberale, in alio vero vel aliis aut pœnitẽtiale, aut indulgẽtiale, aut suffragale: aut est in vno pœnitẽtiale: in alio vero aut aliis indulgẽtiale:
G aut est tertio mõ in vno pœnitẽtiale aut indulgẽtiale: in alio vero vel aliis suffragale. Si primo mõ q̃, s. opus ĩteri⁹ sit q̃le in diuersis: sed exteri⁹ in singulis est liberale: aut pœnitẽtiale, aut ídulgẽtiale: sic dico q̃ idẽ op⁹ exteri⁹ & q̃le factũ ex habitu maioris charitatis & minoris æqualiter meret & glorię augmẽtum & pœnę diminutionẽ in diuersis. Si vero opus exterius in singulis sit suffragale vt cum diuersi capellani dicunt missas suas p̃ viuis siue p̃ defunctis: quia hmõi opa pfunt & sunt

meritoria tã facientibus ea q̃ illis p̃ quibus ea faciũt: tunc distinguendũ ex pte facientiũ opus: & ex parte eorũ p̃ quibus faciũt: quia cõparari possunt inter se ipsi facientes, aut ipsi p̃ q̃bus faciunt, aut facientes illis p̃ quibus faciũt. Si primo modo & secũdo, sic æqualiter merentur inter se illi qui faciunt ex æquali opere interiori: et similiter illi inter se qui opere interiore æqualiter meruerunt dũ viuerent vt eis valerẽt si p̃ eis p̃ alios fierent: vel iam viuẽtes æqualiter mererent. Si tertio modo: sic semp plus merentur facientes: q̃d certũ est quantũ ad augmẽtũ glorię ipsius facientis. Quantũ aũt ad diminutionẽ pœnę plures credũt q̃ plus merẽtur illi p̃ q̃b⁹ principaliter facit. Etenim si quis aliquid de suo p̃ alio faciat: nõ ex hoc diminuit meritũ ppriũ: & semp maioris meriti est bonũ facere per se dũ possibile est fieri: q̃ p̃ aliũ scdm p̃dictum modũ: licet quãdoq̃ amissum in vno opere nõ facto, possit recompẽsari in alio. Si vero secundo modo principali opus exterius sit in vno liberale: in alio vero vel in aliis sit pœnitẽtiale aut indulgẽtiale: sic semp indulgẽtiale & pœnitẽtiale plus merentur ꝓpter sacramẽti virtutẽ in pœnitẽtiali: & clauiũ efficaciã in indulgẽtiali. Si vero in vno sit liberale, in alio vero vel in aliis suffragale: sic est triplex cõpatio, vt iã distinctũ est ī mẽbro p̃cedẽte. Et si primo illorũ triũ modorũ cõparẽt. s. iter se faciẽtes: vel scdo mõ cõparẽt. s. iter se illi p̃ q̃b⁹ fiũt: sic illi iter se eq̃liter merent: & sil'r isti inter se. Si tertio mõ cõparẽtur faciẽtes illi q̃ faciũt, & illi p̃ q̃ bus inter se: semp plus merẽtur faciẽtes scdm determinatũ modũ. Si vero modo tertio principali opus in vno sit pœnitentiale: in alio vero indulgẽtiale: tunc de hoc iudicandũ est scdm quantitatẽ indulgentię. Posset em̃ esse tanta q̃ plus mereretur q̃ opus pœnitẽtiale: & posset esse tanta q̃ æqualiter: posset forte etiã esse tam modica q̃ minus. Si vero in vno fuerit suffragale: in altero vero pœnitẽtiale sit vel indulgentiale: sic semp plus meretur pœnitentiale vel indulgẽtiale: sicut & semper plus meretur liberale, vt dictum est. Si vero opus interius sit inæquale: sic distinguendũ vt supra H
q̃n opus interius positũ est æq̃le: q̃a prio mõ ī opere exteriori liberali pœnitẽtiali & indulgẽtiali & suffragali semp plus meretur operans interius intensius. Si vero secũdo modo principali opus exterius fuerit in vno liberale, in alio pœnitentiale aut indulgẽtiale: si pœnitentiale & indulgentiale fiant ex maiori intẽsione interius, semp plus merentur. Si vero ecõuerso liberale fiat ex opere interiore multo intẽsiore, bene potest plus mereri. Si modice intẽsiore, potest æqualiter aut etiã min⁹ mereri. Si vero opus fuerit in vno liberale in alio suffragale: sic triplex faciẽda est cõpatio vt prius & in prima & secũda cõparatione semp plus meretur qui ex feruentiore actu interiori. In tertia vero cõparatione si suffragale sit ex multo feruentiore actu in illis p̃ quibus faciũt, sic isti plus merẽtur: si in modico: sic æqualiter, alias semp plus merentur agentes. Si vero tertio modo principali opus in vno sit pœnitentiale: in alio vero indulgentiale: & pœnitentiale fit ex maiore feruore interius: distinguendũ est de ope indulgentiali vt prius. Alias indulgẽtiale si fiat ex maiore feruore, plus meretur. Si vero in vno fuerit suffragale: in alio vero pœnitentiale vel indulgentiale: tũc pœnitẽtiale vel indulgẽtiale ex maiore feruore semp plus meretur. Suffragale vero posset esse ex tãto maiore feruore q̃ plus mereret q̃ pœnitẽtiale: & tã modico maiore q̃ ꝙquaretur: & sil'iter q̃ indulgentiale: nisi valde abũdãtes essent ĩdulgẽtię. Et nota q̃ q̃uis opus indulgẽtiale vel liberale posset esse suffragale: hic tñ sumitur ipm̃ pprie inquãtũ cũ nullo eorũ coincidit. Nota iterũ: q̃ idẽ est iudiciũ de suffragali respectu illius p̃ quo fit, & de quocũq̃ illorũ quatuor modorũ opis respectu illius cui cõplacẽt. Cõplacẽdo em̃ opus alterius facit homo suũ. Grego, ī reg. epl'a. xxii. Est mihi ho ex dei munere in magna cõsolatione quia opus factũ q̃d in me non habeo diligo in te: cũq̃ de tuis actibus magna exultatione gaudeo, ea q̃ p̃ laborẽ tua sunt: per charitatem mea fiũt. Et post. cxv. Nostra sunt q̃ etsi imitari nõ possumus amamus in aliis: & amantiũ fiũt q̃cũq̃ amantur in nobis Hinc ergo pensent mũdani, charitas quantę virtutis est: quę alieni laboris opera nostra sine labore facit. Vnde etiã in generali omniũ bona aliorũ diligẽtes p̃cipes eorũ simus. Psal'. dicente. Particeps ego sum oĩ. ti. te. &c. Vnde etiam defunctis existẽtibus ī purgatorio prosunt opa non solũ q̃ p̃ eis fiunt: sed etiã quę generaliter p̃ defunctis. Sed hoc nõ nisi p̃ quãto meruerũt dũ viuerẽt: vt eis prodessent si p̃ eis fierẽt. dicẽte Augustin. de cura p̃ mortuis agẽda. Vt hoc q̃d impẽdit ꝓdesse possit post corpus, ī ea vita acq̃situm est quã gessit in corpore. Q̃d ergo arguitur primo: q̃ substãtia opis respicit p̃ se diminutionẽ pœnę: & quãtitas charitatis augmẽtũ glorię: Dicẽdũ q̃ non est verũ ꝓpter se: sed solũ ꝓpter radicẽ charitatis: nõ scdm substãtiã: sed scdm q̃ se extẽdit ī op⁹ iteri⁹ laboriosum. Vñ op⁹ bonũ qa de genere bonorũ etiã qa pœnitẽtialiter est ĩiũctũ factũ extra charitatẽ nullius est meriti ꝓpt̃ solã substãtiã opis. Opus ẽt exteri⁹ factũ ex hñte charitatẽ: a charitate aũt nõ elicitũ nec actu nec hĩtu, siq̃d tale ꝓcederet exteri⁹, quãtũcũq̃ eẽt de gñe opis boni nullo mõ eẽt meritoriũ. Vñ tantus posset esse feruor pœnę interioris, q̃ habens charitatẽ minorem cũ minore opa-

re exterius totam pœnam debitam peccato diminueret: cum tamen alius habens maiorem charita
tem cum maiore opere exteriore & minore feruore in opere interiore: nõ tãtũ de pœna sibi debita
K minueret quãtũ ille ope suo exteriore minore. Nõ ergo aliter se habet substãtia opis exterioris ad
meritũ glorię, & ad diminutionẽ culpę quãtũ est ex se, nec siliter substãtia charitatis: licet substan
tię charitatis scdm se deberẽt pmiũ maiori maius & minori minus. Vñ ex pte opis interioris totũ
iudicandũ est principaliter: licet vt dictum est opus exterius aliquid apponat. In quo est duo consi
derare: ipsum. s. feruorẽ deuotionis, acerbitatẽ pœnę, & intẽtionẽ operantis. Et est feruor deuotio-
nis per se ad glorię augmẽtũ. Acerbitas pœnę p se ad pœnę debitę diminutionẽ. & hoc in magna p
te scdm intentionẽ operantis: quę ambo dirigit in finẽ. Si enim principaliter aut plus dirigit ad pœ-
ne diminutionẽ q̃ ad meriti glorię augmentũ: plus valent & opus interius & exterius ad diminu-
tionẽ pœnę q̃ ad augmentũ glorię: vel ecõuerso, si ecõuerso: & si æqualiter, æqualiter. Et scdm hoc
etiã idẽ opus factũ a diuersis siue in æq̃li charitate: siue inæquali: potest indifferẽter vni eor̃ eẽ ma
L gis diminutoriũ pœnę, q̃ augmẽtatiuũ glorię, & alteri ecõuerso. PER idẽ patet ad scdm: dicẽdo Ad arg. in
q̃ ratio merendi nõ cõsistit in substãtia charitatis nisi put se extẽdit in opus interius: vt dictũ est. oppo.

CIrca quartũ arguitur: q̃ pœna iniũcta a sacerdote discreto, vel a iure, sufficit p Quęst. xix.
tota pœna purgatorii: quia dicitur de pœni. dist. vi. Quicũq; pegerit post recõ Arg. prin.
ciliationẽ quãdocũq; defunctus fuerit ad deũ vadit: ad requiem vadit: a regno
dei nõ priuabitur: a populo diaboli separabitur. Vnde sup illud. Ad requiẽ va
dit, dicit glossa. Recta via: ita q̃ nec purgatoriũ sentiat pro illis peccatis de q̃b9
pœnituit. CONtra, maiori libidini maior debetur pœna: sed taxatio pœnę a In oppositũ,
iure ęqualis est in ęqualibus factis exterioribus: & similiter sacerdotis discreti: quia quantitatẽ libi
dinis pensare non possunt. ergo pœna iuris etsi vni sufficiat & pro ipo satisfaciat: nõ oportet tñ q̃
M pro altero. Quæstio ista quęrit de efficacia operis pœnalis pœnitẽtialiter iniũcti: quę innititur vir Resol. q.
tuti clauiũ: vtrũ tanta sit q̃ iuncturũ virtute clauiũ sufficit pro tota pœna debita. Vnde quia q̃-
rit de virtute clauiũ: sciẽdum est q̃ in ecclesia est clauis sciẽtię: de qua nihil ad prẽsens: et clauis po
tentię: in qua distinguitur triplex potentia. s. ordinis & iurisdictionis & mixta. Ea autẽ quę fiunt
potentia ordinis, ab omnibus æqualiter fiunt qui ordinẽ æqualiter habent. Vnde omnes sacerdotes
æqualiter consecrant: omnes episcopi æqualiter ordinẽ conferũt. Talia sunt ordinis pure & nõ iu
risdictionis. propter qđ vis ordinis in talibus suspendi nõ potest quin agant qđ ordinũ est: quãtũ-
cũq; excõmunicati fuerint vel interdicti. Ea vero quęmerę iurisdictionis sunt, non ab oĩbus æqua
liter fiunt: quia in aliquibus suspendi potest ne taliũ aliqd ab eis fieri possit: vt excõmunicare infe
riorẽ: indulgẽtias dare: & hmõi. Nec oẽs ex ordine & statu in ecclesia æq̃lẽ iurisdictionẽ in talib9 ha
bent. Aliqui tamẽ volũt dicere q̃ omnes sacerdotes æqualem potestatem habent in istis: licet execu
tio in sacerdotibus inferioribus restricta est. & hoc in ordines celebrãdo, & in oibus quę etiã ad epi
scopalis ordinis potestatẽ & iurisdictionẽ pr̃inẽt: qa vt dicit Hieronymus: Qui nũc sacerdos olim
eps. Sed hoc nõ tenẽt: quia sempordo epor̃ q̃ tenẽt locũ apostolor̃, fuit supra ordinẽ sacerdotũ q̃
tenent locũ discipulorum. vt dicit Glos. Matth. x. Et qđ dicit Hieronymus. Qui nũc sacerdos olim
eps. hoc dicit, quia olim singulis ciuitatibus singuli epi: et quandoq; plures vni ciuitati pfuerunt
N epi: vbi modo pfunt simplices sacerdores. De epis tenẽt multi q̃ oẽs æqualem habent potestatem
ita q̃ libet habet totã clauiũ potestatẽ: sicut habuit qlibet apl̃us: non maiorẽ vnus q̃ alter: licet in
hoc Petrus habuit aliquã progatiuã quã mõ habẽt sui successores: et hoc tũ ppter beati Petri me
ritũ: tũ ppter iussionẽ dñi: tertio ppter cõciliorũ auctoritatẽ. dist. xvii. cap. Cõcilia. Eius sedi primi
apl̃i Petri meritũ: deinde sequuta iussione dñi: deinde cõciliorũ venerandorũ auctoritas: singularẽ
in ecclesiis tradidit potestatẽ. Quarto ppter apl̃orũ volũtatẽ. dist. xxi. In nouo testamẽto p Christũ
dominũ a Petro cœpit sacerdotalis ordo: quia ipsi primo pontificatus in ecclesia datus est, dicente
domino. Tu es Petrus &c. Hic ligandi & soluẽdi potestatem primus a domino accepit: cæteri vero
apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt: ipsumq; principem eorum
esse voluerunt. Ipsis quoq; discedentibus in loco eorum surrexerũt episcopi &c. Vbi sup illud Pari
consortio, dicit Glos. Quantũ ad ordinẽ. Petrus tñ fuit maior aliis in administratione. & dist. xxi.
cap. Sacrosancta. Inter beatissimos apostolos fuit quędã discretio, licet eẽ oẽs apostoli essent: Petro
tamen a dño concessum est: qđ & ipsi idẽ inter se ad ipm voluerũt: vt reliquis omnibus pesset Apo
stolis, & principium teneret apostolatus: & eandẽ formã suis successoribus, & reliqui apostoli epis
tenẽdam tradiderunt. Et sic in administratione & regimine successor Petri pfertur: vt in eis quæ
iurisdictionis sunt, aliorum potestatẽ scdm q̃ videbitur ei expediẽs modo restringere modo rela-

xare poſſit. Vnde vt dicitur in fine p̄dicti cap. ſicut cardine oſtium regitur: ſic huius ſanctę apoſto
licę ſedis auctoritate omnes eccleſiæ domino diſponēte regūtur. Sed quicquid eſt de aliis, vniuer-
ſalis indulgētiarum diſpenſatio de theſauro eccleſiæ ex merito Chriſti eidē reſeruata eſt. & hoc po
tius quia non vſi ſunt ea cæteri epi: q̄ quia ſummus pontifex executionē eis ſubtraxerit vt dicunt
aliqui. Quas quidē indulgētias diſpenſare debet pēſata vrgēte neceſſitate, & cōmuni vtilitate. Si
tamē aliter faciat, periculo ſuo caueat. POteſtas vero mixta eſt in pœnę æternę in temporalē mu O
tatione: & illius p parte relaxatione: & vniuerſaliter quęcūq; habēt fieri circa ſacramētum pœnitē
tiæ: quia depēdet ab ordine: eo q̄ ibi nihil fieri pōt niſi ab ordinatis: et ſimiliter a iuriſdictiōe: quia
ſi ordinato ſubtrahatur iuriſdictio in exequēdo ea quę pertinent ad ſacramētum pœnitētię, nihil
poteſt agere. Ita q̄ circa ea quę ptinēt ad executionē ſacramēti pœnitētię: diſpoſitio ptinet ad diſ-
poſitionē ſummi pontificis: in quo in aliquo habet maiorē poteſtatē cęteris: licet in aliquo non niſi
æqualem. In cōmittēdo em̄ poteſtatē vel ſubtrahēdo eam aliis, plenā habet poteſtatē ſolus ſup oēs
quā nullus alius habet. In adminiſtrando vero nō habet maiorē poteſtatē aliis: quia in adminiſtrā
do non agunt ſacramēta niſi ſacramētaliter ſc̄dm virtutē a deo eis conceſſam: non aūt ſc̄dm ſta-
tum aut diſpoſitionē adminiſtrantis ſacramentū: Ita q̄ nō plus valet ſacramētū baptiſmi admini
ſtratum a ſummo pontifice: q̄ adminiſtratū a minimo ſacerdote. Propter qđ contrariū ſentientes
reph̄dit Paulus illos qui dixerūt. i. Corin. i. Ego ſum Pauli: ego ſum Apollo. Diuiſus eſt Chriſtus.
ſup quo dicit Gloſ. Alius alio doctior eſt: alius alio melius operatur in eodē: nec ſunt oēs æquali
ſapiētia p̄diti. Alius vero alio magis minusve baptizatus eē: ſiue ab inferiore ſiue a maiore bapti-
zāte, dici non poteſt. & infra dicit quędā gloſſa. Cū tātū valet baptiſmus per hominē cōrēptibilem
quātū per Apoſtolū datus: ita nec illius ſed Chriſti eſſe cognoſcitur. & ſic in omni alio ſacramēto
Ita q̄ cum in ſacramento pœnitentię duo eſt conſiderare quę reſpiciunt pœnā debitam peccatis. ſ. P
ſacramētalem abſolutionē quę peccata abluit: & pœnam æternā peccatis debitā mutat in tēporalē
& aliquid etiam de illa pœna temporali relaxat: & ſacramētalem ſatiſfactionis iniunctionē: quantū
eſt ex parte abſolutionis in eis quę ambo & maior & minor poſſunt abſoluere: nō plus remittit de
pœna debita maior q̄ minor. Inquantū vero ad ſc̄dm ſciendū: q̄ illa ſatiſfactio aut iniūgitur ſacra
mentaliter ſolum: aut ſimul & ſacramētaliter & indulgentialiter ab eo qui poteſt cōferre indulgen
tias. Si ſacramētaliter ſolū: ſic ſi opere expleatur, dupliciter relaxat: partim qa ſacramētaliter iniū
cta: partim qa pœnalis eſt & facta in gratia. Et vtroq; modo nō relaxat niſi ſc̄dm determinatā quā
titatē, & non plus in vno q̄ in altero, aliis eiſdē ſe habētibus in vtroq; nec plus quando eſt iniuncta
a maiore: q̄ quādo a minore: nec plus quando a iure, q̄ quādo ab homine. Si vero iniūgatur ſacra-
mentaliter & indulgētialiter ſimul: ſic differētia poteſt eſſe ſola ex ea ratione qua opus relaxat in-
dulgētialiter: non aūt ex ea ratione qua relaxat ſacramētaliter: ita q̄ cum opus magis pœnale iniū
ctum ſit vni ſacramētaliter tm̄, & aliud minus pœnale iniūctū ſit alii ſacramētaliter & indulgētia-
liter ſimul ab illo qui poteſt p illud indulgētiā conferre: bene poteſt minus pœnale plus de pœna
relaxare q̄ magis pœnale: & tanto plus quāto indulgētia maior cōfertur: ita q̄ ſi poſſit & velit mi
niſter p tale opus totā pœnam debitam relaxare: vere totaliter tali opere cōpleto totum relaxatū
eſt. Vnde ſi intētio papę ſit, & hoc poſſit facere, q̄ qcūq; facit pœnitentias taxatas a canone p certis
generibus peccatorū: aut taxatas a diſcreto ſacerdote, ſit liber ab omni pœna peccatis illis debita: ve
re liber eſt. Sed nō ex hoc q̄ opus hmōi ſacramentale eſt: ſed ſolū ex hoc q̄ eſt indulgētiale. Vnde
cōtingit verū eſſe qđ aliqui canoniſtę dicūt: q̄ pœnę a iure taxatę: vel a ſacerdote diſcreto iniūctę
Ad arg. pri. peractę ſatiſfaciunt pro tota pœna, qđ nō eſt verū niſi ſc̄dm iam dictā diſtinctionē. AD primū Q
argumētū: q̄ qui peregerit pœnitētiā nec purgatoriū ſentiet pro illis peccatis: Dicēdū q̄ verū eſt ſi
indulgentialiter pro omni pœna debita ab eo qui poteſt fuerit iniunctū. Sinautē: ſed ſacramentali
ter ſolum: diſtinguendū, aut em̄ ſufficiēter eſt iniūcta vt p conditione fori eccleſię militāris in vi-
ta iſta, reſpōdeat pœnę debitę p foro eccleſię militantis in purgatorio: aut non. Si ſic: omnino libe-
rat. Si nō: aut dolor & contritio & pœnę deuotionis interioris cum pœna exteriori ſufficiūt ſc̄dm
iam dictū modū: aut non. ſi ſic: omnino liberat. ſi non: nequaq̄: ſed ſolū p tanto: & oportet reſiduū
ſoluere in purgatorio. De neceſſitate enim oportet totam pœnā perſoluere hic aut in futuro p ſe
vel p alium. Vnde p illis qui per opus indulgētiale ſoluūt, Chriſtus potius p ipſis ſoluit: ex cuius
merito habentur indulgentię: q̄ ille qui facit opus indulgentiale. Vnde dictum illius decreti non
intelligitur niſi de illo qui ſufficiēter hic egerit & perfecte pœnitētiā: qđ raro de aliquo inuenitur.
Vñ Auguſtinus in ſecūdo de pœnitētia (vnde decretū illud acceptū eſt) dicit ſic. Baptizatus de
ſertor & violator tanti ſacramēti, ſi agat pœnitētiā ex toto corde: vbi deus videt: q̄ vidit in corde

Dauid quando increpatus a ꝓpheta exclamauit, dices peccaui. Mox exaudiuit dominus: & abſtulit peccatum. Sunt tres ſyllabæ peccaui: ſed in tribus ſyllabis cordis ſacrificium in cælum aſcendit. Igitur, vt ſequitur continuo, qui egerit veraciter pœnitentiam: & ſolutus a ligamento & a corpore corruptibili ſeparatus, & bene poſt pœnitentiã vixerit ſicut ante viuere debuit poſt recõciliationem &c. Ecce plane loquitur de illo qui perfectam pœnitentiam egerit dolore & contritione interiori, propter qd̃ non valet decretum ad propoſitum. AD ſecundum: ꝙ maior pœna debetur maiori libidini, verum eſt vel interior, vel exterior, vel ꝑ ſe, vel per aliũ exhibita, ſecundũ dictum modum, alias vero non. Ad arg. I op.

SEquuntur quæſita de humana natura ex parte coniuncti ex corpore & anima quoad pertinentia ad ſtatum culpæ. Duo pertinentia ad ſtatum culpæ p̃teritæ alia vero plurima pertinentia ad ſtatum culpæ inſtantis. Primum, vtrum mulier quæ genuit prolem in fornicatione, poſtq̃ factum adultum videat cum bene conuerſari, poſſit ſimul velle habere illum filium: & deteſtari actum fornicarium quo eum genuit. Quæſt. xx.

Secundum vero erat, vtrum accipiens tonſuram clericalem ab alieno epiſcopo in excommunicatione, debeat poſt abſolutionẽ iterum tonſurari. Quæſt. xxi.

RIca primum iſtorum arguitur ꝙ ſic, quia voluntas libera potens eſt ad diuerſa & contraria. Cõtra ſequitur: habet hũc filium: ergo fornicata eſt: & nemo poteſt velle antecedens niſi velit conſequẽs Arg. princ.

SDicendum ꝙ in propoſito aliud eſt iudicium de poſſe velle, & de debere velle. De poſſe velle ſciendum: ꝙ circa progenitum in fornicatione eſt duo conſiderare circa actum generandi. ſ. ſubſtantiã actus: & circunſtantiam, quia ex fornicatione: & ſimiliter duo circa genitum. ſ. naturam, & bonam conuerſationem. Et tria iſtorum poteſt velle, ſimul deteſtando circunſtantiam fornicationis circa actum: quia velle & deteſtari non ſunt circa idem, ſed illam circunſtantiam nullo modo debet velle: nec actum cum illa circunſtantia adiuncta, immo potius deberet velle talem prolem, etſi eſſet ſanctior Ioanne baptiſta, non habuiſſe, quia pro nullo bono creaturæ debet aliquis conſentire in offenſam dei, ſiue de præterito, ſiue de p̃ſenti, ſiue de futuro. Similiter licet ſine peccato põt velle mulier aliqua prolem bonam ſe habere ex matrimonio, tamen plus deberet velle eã non genuiſſe quantumcunq; bonam, & in virginitate permanſiſſe, quia modicum de augmẽto in propria gloria plus debet appretiari q̃ gloria alterius ſumma cum detrimento gloriæ propriæ. Hinc Amb. libro. iii. de ſancta viduitate commendans Iulianam viduam tres habentem filias, dicit ſic. Honoremus hanc viduam, quia ſcriptum eſt: viduas honora quæ vere viduæ ſunt, licet verborum noſtrorum honorem non ambiat: quæ mandatum apoſtoli adæquauit habens in bonis operibus teſtimonium ꝙ bene filias educauerit, melius inſtituerit. Deſcribens autem quomodo filias ſuas inſtituerit, ſubdit dicens. Videte filiæ longęuam matrem: plenam & adhuc immaturam virtutũ ſtipendiis. Videtis amiſſum omne præſidium & ornamentum: non auxilium viri habeo: nec virginitatis gratiam, & de me leuis cura. Vos mœreo: vos conſidero: remanſerunt mihi onera coniugii hæredũ adiumẽta. Quanto mallem in hos nũq̃ veniſſemus. Poteſtis tñ excuſare patrem, alleuiare matrem, ſi qd̃ in nobis amiſſum eſt in vobis recompenſetur. Hoc ſolo nos coniugii non pœnitebit ſi vobis labor noſter profecerit. Proximum putabo matrem eſſe virginum, acſi virginitatem tenerem. Ecce quia dicit mallem in hæredes nunq̃ veniſſe q̃s bonos. Et cum conſequẽter profiterẽt ipſa viduitatem, & illę virginitatem, ſubdit dicens. At vtinã non licuiſſet & mihi dicere quę Chriſto profitemur: & tamen profiteamur ego viduitatem, vos virginitatẽ. Ecce quia voluit virgo ꝙ manſiſſe, vt nec profiteretur viduitatem, nec filias haberet profitentes virginitatẽ. Aliis ergo eiſdem retentis, nec propter bonum prolis matrimonium virginitati præferendum eſt, ſed ecõuerſo magis. Bonum enim prolis non tam prodeſt matri quantumcunq; bona ſit ꝙ eam genuit carne q̃ ꝙ eam genuit fide, dicente Auguſt. de virgine Maria in lib. de ſancta virginitate. Scriptum eſt in euangelio, quicunq; fecerit voluntatem patris mei ipſe mihi frater & mater & ſoror eſt. quid aliud nos docens niſi carnali cognationi genus noſtrum ſpirituale præponere, nec inde beatos nos eſſe ſi iuſtis & ſanctis carnis propinquitate iungimur: ſed ſi eorum doctrinis & moribus obediendo atq; imitando cohæreſcunt! Beatior ergo Maria percipiendo fidem Chriſti, q̃ concipiendo carnem Chriſti. & infra. Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet niſi felicius Chriſtũ fide q̃ carne geſtaſſet. Vnde ſi alia virgo felici⁹ Chriſtũ geſtaſſet q̃ Maria, magis illi q̃ Marię profuiſſet. Cũ ergo Helizabet ꝑ corruptionem Ioannem baptiſtam genuit: malle tamẽ debuit ꝙ ipſa virgo permaſiſſet, aliis eiſdem retentis, videlicet ꝙ alia eum in corruptione genuiſſet carne, & ipſa tantum quãtum illa genuiſſet fide: & cæteris huiuſmodi. AD primum obiectũ, ꝙ ſimul poteſt vnum velle & Ad arg. prĩ.

alterum deteſtari,quia voluntas eſt libera: Dicendum ꝙ hęc nõ eſt ratio,ſed ꝗa obiecta nõ ſunt cõ
Ad arg.ī op. traria,vt dictum eſt. AD ſecundum:ꝙ habere hunc filium eſt antecedens ad fornicatam fuiſſe:di V
cendum ꝙverum eſt:ſed per accidens.Potuiſſet enim eum habuiſſe eundem ſine fornicatione.Et cũ
dicitur ꝙ non poteſt velle aliquis antecedens ſine conſequente:dicendũ ꝙ verum eſt qñ eſt per ſe
conſequens:non autem qñ eſt ſolum per accidens.

Quæſt.xxi. Reſponſio. Circa ſecundũ nullum ꝓponebatur argumentum.Ad qđ dicendũ:ꝙ ſecundum iã ſupradicta ea quæ ſunt ordinis pure, executionem effectus ſui ſemp habent. Vn X
de epiſcopus hæreticꝰ,ſchiſmaticus,vel excommunicatus quos ordinat ordina-
ti ſunt:ſicut qđ conſecrat conſecratum eſt.Et ideo cõſimiliter quẽ tonſurat quã
tumcunꝙ in excommunicatione tonſuratur,clericus eſt & tonſuratus, nec abſo
lutus debet iterum tonſurari.Si vero hoc ſit pure iuriſdictionis,ꝗa ſup hoc nul-
la facta eſt prohibitio ꝙ tonſuratus in excõmunicatione nihil recipit:ideo adhuc
quod factum eſt circa ipſum ratum eſt.

E sunt alias in quæstione de statu perfectionis a nobis obscure tractata. Reuertentes igitur ad propo situm, ex pręmissis respõdemus quæstioni distinguendo: ꝙ ministros eccleſiæ contingere retinere superflua vsui ꝑsentis temporis intelligo dupliciter: quia duplici intentione. Vno modo propter vsum priuatum, suiipsius & suorũ solũmodo. Alio modo ꝓpter vsum publicum, s. pauperum & sui ipsius inquãtũ est aut debet esse vnus ex pauperibus. Primo modo dico ꝙ non licet: quia facerent se vsufructuarios bonorũ eccleſiæ quærendo quæ sua sunt, defraudando pauperes, quorũ debent esse illa. Sed hoc possunt facere duplici de causa. Vna, s. ex nimio timore: quia timent ꝙ sibi aliquid pro futuro deficiat. Alia ex cupiditate. Sc̃do aũt modo licet: quia hæc est cautela: vt qđ non est ꝑ ꝑsenti tempore omnino necessariũ reseruetur ad vsum pauperum magis opportunũ, aut ad vsum etiã proprium, prouidendo ꝑ futuro pro minori, q̃ de bonis pauperũ oporteret eos refundere in futu ro si non esset eis prius prouisum, secundum ꝙ has tres causas reseruandi in posterum bona eccle siæ tangit Hieronymus, xii. q. ii. Gloria episcopi est pauperum operibus prouidere, Ignominia sacer dotis est propriis studere diuitiis, & infra. Accipere pauperibus erogãdum: & esurientibus plurib⁹ reseruare: vel cautũ vel timidum est: aut qđ apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere: om nium ꝑdonũ crudelitatem superat: vel cautũ. Ecce casus in quo licet reseruare. vnde glos. ibidẽ. Cũ ideo fit quia expectatur maior necessitas, hinc est ꝙ scđm ꝙ dicit Aug. xii. q. i. habebat dominus lo culos: a fidelib⁹ oblata cõseruãs: & suoꝝ necessitatibus & aliorũ indigẽtiis tribuebat. Tũc primũ ec cleſiastic̃ę pecuniæ forma instituta est: vt intelligeremus qđ ꝑcepit, non esse cogitandum de crastino

non ad hoc fuiſſe ꝓceptū vt nil pecuniæ ſeruet a ſanctis: ſed ne deo ꝓpter iſta ſeruiat:& propter in
opię timorem iuſtitia deſeraſ.Et iſte eſt caſus primus propter quē nō debent miniſtri eccleſię ſerua- F
re ſuperflua.Vnde ſuper illud,Vel timendū.gloſ.Ideo facit:qa timet ne ſibi deficiat.Talis reuera ꝓ-
pter timorem inopię deſerit iuſtitiam:qua pro tempore inſtanti quę ſeruat deberet pauperibus ero
gare,dicente Ambro,de officiis.Aurū habet eccleſia non vt ſeruet:ſed vt eroget & ſubueniat neceſ
ſitatibus. & infra.Cur paſſus es inopes fame mori,& certe habebas aurum vnde miniſtrares alimo
niam!gloſ.i.miniſtrare debuiſſes.Propter talem ergo timorem non licet miniſtris eccleſię qui ꝓfecti
eſſe debēt,publica bona eccleſiæ reſeruare in neceſſitate:licet ex cautela futurorum hoc licet: & hoc
abſq; perfectionis eorum diminutione:quia in huius indicium ex vna cauſa Chriſtus loculos habu
it:q̄uis propter talem timorem licet imperfectis aut minus perfectis bona priuata perſonæ vel cōi-
tati alicui reſeruare pro futuro,quorum infirmitati concedens Chriſtus ex alia cauſa loculos ha-
buit:vt alibi dicit Aug. PER hęc patēt obiecta.Bernar.n.loquitur in caſu quando ſeruātur ſuper
flua,& ex cupiditate.Ioſeph aūt bona quæ ſeruauit pro cautela futurorum ſeruabat:qđ licitum eſt
ſecundum iam dictum modum:licet primum ſit illicitum.

Quę.xxviii. Quęſt.xxix. Quæſt.xxx. Quæ.xxxi. Argu.prici. In oppoſitū Reſponſio. Ad arg.prī.

SEquuntur quæſita circa prelatos eccleſiaſticos quo ad diſpenſationem ſpiritualiū
Vbi quærebatur vnum pertinēs ad abſolutionis pœnitētialis ratihabitionem.Se
cūdum vero ad curæ ſpiritualis ſubtractionē.Tertiū vero ad curę ſpiritualis cō
miſſionē.Quartū aūt ad cōfeſſorum reuelationem.Primū erat.Si habens poteſta
tem abſoluendi limitatam: abſoluat de aliis,& poſtmodum a ſuperiori qui ſuper
illis habet abſoluendi poteſtatem, petat ratihabitionem : vtrum ratihabitio ob-
tenta ſufficiat.Secundum erat.vtrum abbas ſciens monachum ſuum per confeſ
ſionem eius conſtitutum in cura parochiali eſſe corruptorē parochianarum ſuarum,teneatur eum
reuocare ad abbatiam ſuam,& a cura amouere. Tertium.quis duorum fratrū vterinorum quo-
rum vnus genitus eſt ex matrimonio prēcedēte, tamē clandeſtino: alter vero genitus eſt ex matri-
monio ſequente præſumpto, ſolenniter tamē facto in facie eccleſiæ:legitimus eſt ad curā animarū
ſuſcipiendam:ſi ambo ſint ſacerdotes. Quartum.ſi aliquis in confeſſione dixerit ſe alterum quem
nominauit occiſurum:& ꝙ vellet non habere voluntatē occidendi : ſacerdos cui confitetur poterit
dicere illi cui cōminatus eſt,caueatis vobis:aliquis inſidiatur vobis ad occidēdum vos. CIRca pri
mū arguitur ꝙ ratihabitio ſufficit ad hoc ꝙ abſolutio prefecta valeat:& confitens ſit vere abſolu-
tus.quia extra de his quę fiunt a prælato ſine conſenſu capituli.Cū vos.dicit ꝙ per ratihabitionem
capituli valet factum prælati,ſuper quo per ſe poteſtatem non habuit.ergo a conſimili in propoſito
per ratihabitionem valet abſolutio quæ ſine ea non valeret. CONtra. ſi conſecret qui non habet
poteſtatem conſecrandi:& nihil valet qđ fecit:quia idem fecit:non poteſt valere & efficax eſſe p ali
cuius poteſtatem habentis ratihabitionem.ergo &c. DIcendū ad hoc:ꝙ ea quæ ſacramētaliter fi- G
unt per eccleſiam, in factis cōſiſtunt per verba circa ſenſibile elementū:& hoc quātū eſt ex parte ſa-
cramenti,& in potētia quātū eſt ex parte adminiſtrantis ſacramētū: ita ꝙ etſi Chriſtꝰ effectū ſacra
mentorū efficere potuit in illis quibꝰ adhiberet ſine ſacramētis:& etiā licet hmōi poteſtatē hoibus
puris & miniſtris eccleſię potuiſſet tribuiſſe:vt.ſ.ſola inuocatione & interceſſione abſq; ſacramētis
effectum ſacramētoꝝ egiſſet:nulli tñ homini in eccl'ia neq; eccl'ię hmōi poteſtatem tribuit:vt dicit
Aug.exponēs illud Ioan.i.Vidi ſpiritū deſcēdētē quaſi colūbā &c.& ſequit.Et ego neſciebā.Propter
qđ dico:cū in abſolutiōe pœnitētiali regrit poteſtas ordinis & eiꝰ executio ex pte miniſtri,& verba
abſolutoria applicata ad ipſum confeſſum vt ad ꝓpriā materiam:& cum alterum deficit vel vtrūq;
non habeſ ſacramētalis abſolutio:In propoſito aūt ex parte ſacerdotis abſoluentis deficit poteſtas ſe
cundum poſitionē:ex parte aūt ſuperioris etſi ſit ſola ratihabitio, deficit tñ verbū cū applicatione
ad elemētū:Idcirco non ſufficit ratihabitio ad abſolutionē cōfeſſi:immo vel debet accedere ad ſu-
periorē & ab ipō abſoluī:aut debet ſupior poteſtatē alicui cōmittere per quē abſoluaſ.Et ſecūdū hęc
concedendum eſt ſecūdū argumentum. AD primū in oppoſitum ꝙ in alienatione ſufficit ratiha- H
bitio ſuperueniens:ergo & in propoſito : Dicendū ꝙ non eſt ſimile:quia alienatio dependet ex ſola
voluntate habentis poteſtatem alienandi.Propter qđ cū alienatio dependet a voluntate plurium,ſi
voluntas vniꝰ ꝑcedat,ſufficit ratihabitio qua habetur voluntas alterius ſubſequens,continuata ta
men voluntate prioris cum voluntate poſterioris:& non prius reuocata:quia tunc non eſt ſola ra-
tihabitio:ſed gemina cōcurrens voluntas. Vnde etſi abſolutio in propoſito dependeret a ſola volū
tate ſuperioris,ſimiliter valeret per ſolam eius ratihabitionem:nunc aūt non eſt ita vt dictum eſt:
ideo non ſufficit ſola ratihabitio.

Quęſt. xxix. Arg. princi.



Irca ſecundum arguitur q̄ abbas ille non debet monachū ſuum a cura reuocare quia extra de pœ. in ca. Ois vtriuſq; ſexus, dicitur de confeſſoribus. Caueant omi no ne verbo vel ſigno, aut alio quouis modo aliquaten⁹ peccatorē p̄dant. per talē aūt amotionem peccatum illius proderet; ergo &c. In contrarium eſt q̄ tunc ab bas viam aperiret malitiis: & quodāmō facto nefario cōſenſum adhiberet qđ poſ

In oppoſitū.

I ſet impedire. Dicēdū ad hoc: q̄ ſigillū cōfeſſionis debet eſſe tātū, q̄ etſi confeſſor

Reſponſio.

ſuper aliquo facto a ſuo ſuperiore aſtrictus eſſet ad dicendū veritatē: non tamē de beret circa illud reuelare in dicto ſuo aliquid qđ ſciuit ex ſola confeſſione, p̄ qđ quocūq; modo pec catum confitentis poſſet reuelari: licet etiam illud dictū & ſcitū in confeſſione non eſſet per ſe per tinēs ad confeſſionem. Quia qđ in confeſſione ſcit, non ſcit niſi in perſona dei: & iuramentum non obligat ipſum ad dicēdū aliqd niſi qđ nouit inquātū hō. Propter qđ illud qđ nouit abbas in confeſ ſione, non debet mouere ipſum in agendis negotiis inquātū eſt hō: ſed ſolūmodo quę agit inquātū eſt ſecretarius dei. Ea aūt quę agit vt abbas in publico, agit inquātū homo: licet in hoc ſit miniſter dei publicus: ea aūt quæ agere habet circa ſubditum ſuū ne habeat occaſionem corrumpendi paro chianos, debet agere inquātū eſt ſecretarius dei. Et ideo in ſecreto poteſt habere intentionem illum amouendi propter ſalutem eius & illorum: ſed in publico debet habere rationem & occaſionem amouēdi ipſum abſq; ſcādalo & ſuſpitiōe: quā ſi habere poterit ipſum debet deponere vt ſecretari⁹ dei: & pōt vt publicus miniſter: nec dat ſcandalo occaſionē aut ſuſpitionē: etſi forte aliis conſci⁹ fa cti aliquantulum poſſet ſumere ſcandali aut ſuſpitionis occaſionem: propter quā bonum iſtud nō debet omitti: ſi alio modo ęque competenti abſq; omni ſuſpitione accepta non poſſit fieri. Si vero il lam habere non poterit: ſed propter carētiam rationis, aut occaſionis amouendi ipſum poſſet oriri ſcandalum aut ſuſpitio q̄ propter crimē aliquod ipſum amouiſſet, nullo modo debet ipſum depo nere: quia nullo modo ſunt facienda mala a nobis vt eueniāt bona. Immo in hoc caſu deo negotiū totum cōmittendum eſſet, firmitet tenendo q̄ non p̄mitteret hmōi mala fieri niſi iuſtum eſſet ea fieri: & niſi ita potēs eſſet q̄ ſciret ea in bonū ordinare: vt quo ad hoc voluntatē noſtram diuinę vo luntati concordemus: in volēdo ſaltem ex cauſa in generali qđ ipſe velit ex cauſa in particulari: ab ſolute tñ volendo deū velle hoc non permittere fieri: in hoc concordando voluntatem noſtram vo lūtati diuinę, in volendo, ſ. qđ ipſe vult nos velle. In primo membro prædictę diſtinctionis procedit ſecundū argumētū, tunc em̄ ſolum aperiret viam malitiis & illi malo conſentiret, ſi bonam haberet rationem, ſiue occaſionem deponendi illum & non deponeret: alias aūt nequaq̄, immo aperiret viā

Ad arg. pri.

K damnationi ſuæ: et in peccatum proprium conſentiret. In ſecundo vero membro procedit pri mū argumētū. Tunc enim ſolum proderet confitentē actiue ſi ſine occaſione & cauſa deponeret il lum: alias nequaq̄ vt dictum eſt.

Quæſt. xxx.



Irca tertiū nullum proponebatur argumētū. Ad qđ dicēdū: q̄ edicta eccleſię pœ nalia maxime ſuſpēſionis ſūt cōtra illos q̄ faciūt cōtra alia edicta eccleſię vt for tius obſeruēt: & maxime etiam ad illa cuſtodienda q̄ nouit eccl'ia: & de quibus ha bet iudicare. Vñ cū eccl'ia ponit edictū pœnale q̄ nullus illegitimus ad curam animarū accedat: hoc eſt in odium copulę extra matrimoniū ab eccleſia appro batū. Propter qđ illi qui nō ſunt progeniti ex mr̄imonio nō approbato p̄ eccleſia am, quātūcunq; ſit ratū corā deo, cōtra illos eſt edictū p̄cedēs & nō cōtra illos q̄ ſunt ex matrimo

Reſponſio.

L nio approbato p̄ eccl'iam quātūcūq; nō ſit ratū corā deo. Quare ſimpliciter dicēdū eſt: q̄ ſi ille pri mus ex legitimo matrimonio corā deo nō tñ approbato per eccl'iam ſuſcipiat curā animarū, contra interdictum eccleſię ſuſcipit & eſt irregularis: alter vero nequaq̄.

Quæ. xxxi. Argu. prici. In oppoſitū



Irca quartū arguit q̄ dictus cōfeſſor debet munire illū cui cōfeſſus inſidiat: ga debet p̄curare bonū p̄ximi, & impedire malū eiuſdē. hoc facit ex p̄te vtriuſq; illū muniēdo vt patet, ergo &c. Cōtra tūc ſcandalizaret cōfitēs: ga vix contingeret qn̄ ex geſtu alterius p̄ciperet q̄ eēt munit⁹: & hoc nō niſi ab ipō cōfeſſore. ſed ne

Reſponſio.

M ſcādalū fiat: bonū eſt omittēdū, ergo &c. Dicēdū ad hoc ſcdm diſtinctionē iā p̄ poſitā in diſſolutiōe ſecūdę q̄ſtionis p̄xio p̄cedentis: q̄ ſi confeſſor poſſet habere alias bonā rōnē & occaſionē muniēdi illū p̄ter hoc qđ dictū eſt ei in confeſſione, deberet munire illū maxie alio ſciēte huiuſmodi rōnē ſiue occaſionē: nō obſtante q̄ ille ex hoc ſcādalizaret: ga tunc p̄ma de eēt ac ſi alias & alio mō illā cōminationē illi factā ſciuiſſet. & eſt reſpectu illi⁹ ſcādalū acceptū nō datū, qđ p̄pter veritatē vitę p̄clitātē debet p̄mitti fieri. Si vero alias nullā rōnē aut occaſionē munēdi illum poterit habere: vt ex munitiōe p̄ſumat firmiter alium poſſe ſcādalizari, & reputare cōfeſſio

rem confessionis reuelatorem & confessi proditorẽ: in hoc casu ad scandalũ actiuum euitãdum debet illũ non munire sed deo cõmittere:quia non potest plus facere.PER hęc patent obiecta.

Quæ.xxxii. Quæ.xxxiii. Arg. princi. Primum.

SEquũtur q̃sita specialiter circa creaturas inanimatas.Vbi q̃rebaẽ vnũ ptinẽs ad creaturę situm,s.de loco inferni.Scdm ad creaturę numerũ,s.de numeratione luminũ in medio.Tertio q̃rebanẽ q̃dã alia pertinentia ad creaturę virtutem.Primũ illorũ erat.Vtrum locus inferni sit centrũ terræ. Secũdum erat:vtrum species in medio accipit numerum a subiecto an ab obiecto. CIRca primum arguitur ꝙ sic:quia locus glorię & pœnę debent se habere ex opposito sicut se habet gloria & pœna.sed gloria est in loco supremo:vt in cælo empyreo, ergo pœna est in lo

Secundum.

co infimo:vt in centro terræ.Locus autem pœnę ęternæ non est nisi infernus, ergo &c. Itẽ in psal. dicitur de damnatis.Descẽdent in inferiora terræ.sed inferiora terræ non sunt nisi in centro:& illi

In oppositũ.

non descendunt nisi in infernũ.ergo &c.CONtra.intentio naturæ frustraretẽ in hoc,s.ꝙ grauia nõ

Resolutio.q.

possent ferri in centrum. IN ista quęstione ductus naturalis rationis modicum nos iuuat : dicente Greg,xxix.Moral.ca.ix.Occulta inferni nullo nobis naturali sensu penetrãt. Vnũ aũt de occultis eius est locus siue situs vbi sit.Vnde in hoc dictis sanctorũ ex scripturis sanctis adhęrẽdũ est. Dicit autem Grego.xii.Moral.cap.iii.Esse alia inferiora inferni loca:esse & alia superiora credẽda sunt.Et hoc ideo quia dicit in psal.lxxxv.Eruisti animã meã ex inferno inferiori.qđ exponẽs Aug.dicit.Hoc si non vobis tanq̃ certus exposuero,ne succenseatis,homo sum enim:& quantũ conceditur de scripturis sanctis tantũ audeo dicere,nihil ex me.Intelligimus nanq; duo inferna esse:superius & inferius.Videtur ergo fratres habitatio eẽ quædam cælestis angelorũ in vita ineffabilium gaudiorum.Illa pars rerũ superna est:hęc inferna in qua sumus in carne & ista mortalitate. Sed rursus ab hoc inferno,i,ab hac parte in terra,est aliud inferius quo eunt mortui.Propter ista duo inferna missus est filius dei vndiq; liberans:ad hoc infernũ missus est nascendo: ad illud moriẽdo.Ecce ꝙ pręter istũ infernũ mysticũ huius superficiei terrę in quo viuimus,de quo nihil ad pręsens,dicit infernũ verũ eẽ in terra inferius:de quo intendimus:& istum cõtinuo distinguit in partem superiorem in qua erãt patres:& inferiorẽ in qua erant damnati:dicẽs.Fortassis apud inferos ipsos est aliqua pars inferior: quo traduntur impii qui plurimũ peccauerũt.Et quidem diues cum torqueretẽ apud inferos, cum videret Abraham leuauit oculos,non enim posset leuatis oculis videre:nisi iste esset superius ille inferius.Sed tamẽ nec hoc asserit,vnde subdit. Siue istud siue illud sit:hic me scrutatorẽ verbi dei nõ temerarium affirmatorem teneatis.Greg.aũt.xiii.lib.Moral.cap.xix. tres modos inferni distinguit dicẽs.Quãtũ ad sublimitatẽ cæli,huius aeris caliginosi spatium infernus dici potest: quantum vero ad eiusdem aeris altitudinem,terra quæ inferius iacet infernus profundus intelligi potest: quantũ vero ad eiusdẽ terrę altitudinẽ:etiam illa loca iferiora.Inferni profundissimi appellatione insinuat sub terra sinum inferni superiorem & inferiorem.Sed vtrũ in centro terræ siue in latere adhuc dubium est.Q; autem sit in latere,videtur insinuare per hoc qđ dicit,iiii.dial.cap.xxvii.recitãdo visionem cuiusdam Eremitę in Sicilia de Theodorico rege: sic inquiens,Theodoricus hesterna die hora nona inter Ioannem papam & Symmachum patricium discinctus atq; discalceatus vinctis manibus deduct9 in hac vicina Vulcani insula iactatus est.Sed illud fuit forte visio imaginaria.Vnde & inter Ioannem & Symmachũ deductũ vidit:quos tamen habebat Romę in carcere:vt dicit Grego.Vnde ex hoc certa fides haberi non potest:maxime quia etsi in antro Vulcani esset introit9,non tamen sequitur quin posset descendere vsq; ad centrum terræ:& magnum spatium circa centrum occupare.Quid tenendum sit hic,nescio:nisi ꝙ verius credo ꝙ sit infernus sub terra:& quanto remotius fieri potest a loco superiori:& hoc ꝙ non sit nisi in centro & circa centrum terræ.Vbi distinguunt aliqui quatuor intercluſuras & vnam sub alia : vt fundus inferior & sentina sit infernus damnatorum: superius autem ex aliquo latere sit purgatorium animarum iustorum : & adhuc superius ex eodem latere vel aliquo alio limbus paruulorum in originali discedentium : & adhuc superius siue ex eodem latere siue ex alio limbus patrum.Verũtamen de hoc Augustꝰ,omnem assecurationẽ ex ratione naturalis ingenii remouet.de ciui.dei,libro,xx,xvi,ca,dicens sic,Iudicatis iis q non sunt scripti in libro vitæ:& in ęternum ignem missis:qui ignis,cuiusmodi, & in qua mũdi vel terum parte futurus sit,hominem scire arbitror neminem:nisi forte cui spiritus diuinus ostendit. Vbi expresse nõ solum dubitat siue non exprimit vbi modo sit:sed etiam dubitat an ibi futurus sit vbi modo est. Ad argumentum in oppositum:ꝙ si infernus esset in centro frustrarentur grauia a suo loco: Dicẽdum ꝙ hoc non est inconueniens virtute diuina:quẽadmodum & sub terris sunt multę cauernę tectę grauedine terræ,quæ nunq; ad concaua earum descendit.

Ad argu. in oppositum.

Quæ.xxxiii. Arg. princi. In oppoſitū. Reſponſio.

Q Arca ſecūdū arguitur q̄ ſpecies in medio non accipit numerū ab obiecto: quia nō eſt in ipſo. Q̄ etiā nō a ſubiecto: quia duę ſpecies lucis ſunt in eodē: vt in perſpectiua p̄batur per diuerſas vmbras. ALIqui adhęrentes experientię tactę in ſecūdo argumēto dicūt q̄ ſpecies in medio non numerat̄ a ſubiecto: ſed ab obiecto: & hoc quia debile eſſe habet nō fixum & ſtans in ſubiecto: ſed tranſiens quātū eſt ex natura ſubiecti: ita q̄ non conſeruat̄ in eſſe niſi ad præſentiā ipſius obiecti. ab illo aūt res numerat̄ a quo habet eſſe & cōſeruari. Q̄d oīno ſtare nō p̄ōt: quia quātū cūq; debile eſſe habet: tm̄ non eſt nihil: ſed aliq̄d in natura & eſſentia. Q̄d cū ad p̄ſentiā obiecti ab ipſo tang̃ ab agente habet fieri & eſſe de nouo in medio: hoc non p̄ōt intelligi niſi vno ex tribus modis. Aut p migrationē: vt videlicet ſpecies illa primo fuerit in obiecto: & ab obiecto migret in mediū: q̄d eſt impoſſibile: qa accidēs eſt. & accidētia ſecundū Boetium perimi poſſunt: alterari (ſ. p migrationē) nō poſſunt. Aut per productionem de nihilo, q̄d eſt ſil̄r impoſſibile: quia hoc eſſet creare q̄d eſt ſupra poteſtatem creaturæ. Q̄ aūt illud eſſet creare, patet per Cōmen. q ſuper. xii. Meta. dicit contra datores formarū. Si forma fieret a generāte in materia nō ex materia, generatio eſſet creatio. Aut per veram generationē: & hoc non niſi de potētia materiæ & medii ex ſe diſpoſiti, ſicut materia quæ eſt neceſſitas. Q̄ ſi ſic: cū ea quę ſunt eiuſdē naturę ſpecificę de eadē potentia materię generantur in diuerſis tēporibus intercedēte corruptione: vt de potētia eiuſdē ſubiecti numero diuerſę albedines: ſicut ea q̄ ſunt diuerſarū ſpecierū de diuerſis potētiis eiuſdē ſubiecti: vt de alia potētia
R materiæ albū: & de alia nigrū: ſi tm̄ uigrū ſit color poſitiu⁹. Quęcūq; aūt de eadē potētia materię generant diuerſa: qa ſecūdū eūdē modū & rōnē habent eē in ſubiecto: ſimul eidē ineē nō poſſunt: ſed quęcunq; ſeſe compatiunt in eodē ſubiecto debent produci de diuerſis potētiis materiæ: & per hoc alio & alio modo habere eſſe in ſubiecto: quia cū diuerſę ſpecies lucis non differūt plus q̄ numero: ſicut nec diuerſę luces: ſil̄r nec diuerſę ſpecies albedinū: ſicut nec diuerſę albedines. q. n. dicuntur diuerſę ſpecies, idē eſt ac ſi dicerent diuerſę rei intētiones: non quia differentia ſpecifica differunt: ſed quia nō ſunt verę res: ſed tm̄ idolū rei & quo ad hoc ſpecies. Diuerſę igit̄ ſpecies lucis aut albedinis ſiue cuiuſcūq; ſenſibilis vnius ſcd̄m ſpeciē nullo mō poſſunt eſſe ſimul in eadē parte medii: immo quotquot ponant̄ vel appareant eſſe ſimul in eadem parte medii, ſunt vna ſcd̄m numerum: licet a diuerſis obiectis ſcd̄m numerū. quēadmodū in eodē non eſt niſi vna lux ſcd̄m numerū: ſed cū ſint diuerſa lumina obiecta medio: in quo lumē generatur: oīa illa in generatione illius cōcurrunt quaſi eſſent vnum numero: ita q̄ q̄dlibet illorū ſecundū modū & proportionē intenſionis ſuę & virtutis agat in illius luminis intēſione: ſed diuerſimode ſi ſimul apponant̄: & ęque primo agunt in mediū: etſi ſucceſſiue vnum poſt alterum, qm̄ ſi ſimul: tunc in illo p̄ūcto medii vniunt̄ virtutes omnium: & fiunt vna virtus q̄ generat ſpeciē q̄ lumē eſt in puncto illo ſub intenſione proportionali illius virtutis, ſub qua generaſſet ipſum vnicum agēs luminoſum ęqualis virtutis & intenſionis illis plurib⁹. Si vero ſucceſſiue vnum luminoſum aduenīat poſt alterū: tūc pri⁹ aduenīēs generat ibi lumen intenſum ſecūdū proportionē virtutis ſuę: & ſcd̄m nihil facit niſi augmētare intēſionem luminis iā generati: & hoc ſcd̄m proportionē virtutis ſuę: & ſic de cæteris quotquot ſucceſſiue apponunt̄. Et ſi plura apponāt̄ ſimul poſt primā illius generationē in virtute vna augmentāt ſcd̄m p portionē virtutis vtriuſq;: ſicut dictū eſt de ei⁹ gn̄atione a pluribus ſimul. Et ſicut hoc cōtingit in vno p̄ūcto medii: etiā ſic contingit in quolibet puncto ei⁹, & in toto medio ſe habente ad diuerſas lu
S ces, ſiue corpa diuerſa lucida ad rectā oppoſitionē. Sed dices: ergo eadē rōne in viſu a medio fit vnius ſpeciei luminis gn̄atio in oculo a diuerſis corporibus luminoſis: quare cū ſcd̄m ſpeciē acceptam de re iudicat viſus: plura ergo luminoſa viſa nō iudicaret niſi vnū: ſicut eſt ſpecies vnica q̄ iudicat Sed nō eſt ita: nec hoc ſeq̄t ex poſito: qm̄ bñ verū eſt q̄ nō eſt a diuerſis corporib⁹ luminoſis. niſi vnica ſpecies luminis gn̄ata in oculo: ſcd̄m tm̄ q̄ habet in ſua ſubſtātia intēſionē p̄portionalē ſingulis luminoſis vt dictū eſt: ſcd̄m hoc nullū corporū luminoſor̄ ſe habentiū ſcd̄m rectā oppoſitionē ad oculū mouet ip̄m generādo, vel itēdēdo ſpeciē luminis ī ipo ſcd̄m maiorē luminis intēſionē: quātū ab ipſo ſi eſſet p. ſe ſolū natū eēt gn̄are in oculo. & p̄pterea illa ſpecies nō imutat oculū ad videndū aliq̄d luminoſum niſi ſcd̄m illā p̄portionē q̄ ab ipſo eſt gn̄atū aut intenſum, ſiue ſit ęqualis, ſiue inęqualis p̄portioni ſcd̄m quā eſt gn̄atū ab altero luminoſo. Propter q̄d licet illud lumē ſit vnū ī ſubſtātia: per ip̄m tm̄ vidēt diuerſa corpora luminoſa, & vt diuerſa & diſtincta. Cui⁹ declaratio eſt: qa vt p̄bat̄ ī p̄ſpectiua, oē q̄d videt̄ ſub angulo pyramidis videt̄: cui⁹ baſis eſt in extremitatib⁹ rei viſę: & con⁹ in p̄ūcto interiori nerui obtici: in quo cōcurrūt nerui duor̄ oculorū: & in quo viget virt⁹ ſenſitiua viſiua de viſis iudicatiua, de viſibili iudicās ſecūdū q̄ tota ſuperficies eius contenta inter baſes pyramidis offertur virtuti viſiuę in angulo coni ſub illo puncto & in illo. Aliter enim res viſa duo

bus oculis,non vna ſed duæ ſemper iudicaretur: vt ſimiliter probatur ibidem. Nunc aũt ita eſt ꝙ quęcunq; diuerſa corpora luminoſa directe obiecta viſui in illo puncto vigente habent baſes diuerſas inter ſe diſtinctas & diſtantes abinuicem:quarum vna eſt ſemper extra aliam:ſicut & vnum eorum extra aliud & diſtans ab ipſo. Ita ꝙ licet ſingulæ pyramides concurrunt in prædictum eundẽ punctum:tamen ſemper ex alio & alio reſpectu,& ſecundum diuerſos conos inter diuerſas pyramides & diſtantes,intra quorum lineas ſuperficies obiectorum,& lumina ad ipſis diffuſa in diſtinctis conis diſtincte præſentantur:ita ꝙ intra lineas eiuſdem pyramidis in vno cono impoſſibile eſt repſentari ſpecies aut lumina diuerſa diuerſorum viſibilium.Propter qđ quodlibet illorũ ſub ſuo cono diſtinctum & diuerſum videtur ab alio:& ſolũmodo ſecundum modum claritatis & luminis ꝑ prii qđ immutat per ſe viſum ſub illo cono,non cõmixtũ cum lumine alterius:licet in eodem puncto medii ſint cõmixta vt medium eſt:& vt punctus eſt ſimpliciter.Vnde ſi in illo puncto eſſet vis viſiua:q̃q̃ in illo eſſent ſimul quaſi cõmixtum in vnum lumen a diuerſis corporibus luminoſis:qa tamen vt videns non iudicaret:niſi vt ſub diuerſis conis inter lineas pyramidales præſentaret: nõ iudicaret niſi diſtincte,& ſecundum proportionẽ qua a ſingulis procederet. Et iuxta hunc modum contingit:ꝙ licet a diuerſis ſit ſecundũ prędictũ modum vnum lumen in toto medio:ſi tñ inter aliquod luminoſorum corporum & medium illuminatum interponatur corpus opacũ: proiiciet vmbram in medio illuminato ab aliis ſecundum proportionem:qua corpus luminoſum patiens obſtaculum natum eſt augmentare lumen generatum in medio:& ſic de ſingulis,ita ꝙ cuilibet propria vmbra reſpondebit. Licet enim nõ ſit niſi vnum lumen ſecundum numerũ in re:eſt tamẽ plura lumina in virtute & intentione.Propter qđ per vmbras non poteſt probari ꝙ in medio ſunt diuerſa lumina numero ſecundum rem:ſed ꝙ virtute ſolum,vtrolibet enim modorum ſingulis corporibus luminoſis per ſingula obſtacula ſingulas vmbras neceſſe eſt rñdere. PER hæc patẽt obiecta.

Quę.xxxiiii. Quæ. xxxv. Quæ.xxxvi. Quę.xxxvii. Argu. prici.

SEquuntur quæſita pertinentia ad creaturę inanimatę virtutem.Vbi quęrebant duo pertinentia ad virtutem actiuam corporalis in ſpirituale:& duo alia pertinentia ad virtutem paſſiuam corporalis a corporali.Primum iſtorum erat:vtrũ ignis corporalis veram paſſionem poſſit agere in ſpiritum. Secũdum,vtrum aliquis lapis poſſit ſua virtute fugare dęmones.Tertium,vtrum ex ſpeciebus ſacramenti poſſit generari vermis.Quartũ,vtrũ ignis poſſit frigefieri. CIRca primũ arguitur ꝙ non:qa non propria virtute:vt agens principale,quia oĩno eſt inferioris naturæ:& minus in actu q̃ ſpũs.Agẽs aũt ſecundũ plim ſemp debet eſſe ꝑfectius patiente:nec in virtute ſuperioris agẽtis vt inſtrumẽtum:qa omnino attingere ad ſpm̃ non põt:ſicut debet inſtrumẽtũ ad paſſum. Quæſtio iſta ſupponit ignẽ quo patient ſpũs fore materialẽ,qđ tñ Aug. in dubio dimittit,xx.de ciui.dei:vt in ꝓdicta auctoritate ſupra:& ibidẽ ca.xxii. vbi dicit ſic. In pœnis aũt malorũ & inextinguibilis ignis & viuaciſſimus vermis ab aliis atq; aliis aliter atq; aliter eſt expoſitus.Alii quippe vtrũq; ad corpus:alii vtrũq; ad animã retulerũt:alii proprie ad corpus ignem tropice ad aĩam vermẽ:qđ eſſe credibilius videt.Sed ſi tropice ad aĩam vermis:quõ nõ tropice: ſed proprie ad aĩam ignis?Sed Greg.de hoc amplius aſſecurat nos:cũ dicit in.iiii.dial.ca.xxvi.Credi neceſſe eſt ꝙ a die exitus ſui reprobos exurat ignis.Ex qua ratiõe credẽdũ eſt:quia rem incorporeã tenere ignis corporeus põt:vt in tormẽto ſit viuẽdo & ſentiendo ignẽ,nãq; eo patiẽ quo viuit: & qa cremari ſe aſpicit cremaẽ.ſicq; fit vt res corporeas incorporea exurat dũ ex igne viſibili ardor inuiſibilis trahit:vt per ignẽ corporeũ mẽs incorporea etiã corporea flãma crucieẽ. Ecce plane quia ille ignis corporeus eſt & erit,qđ firmiter credẽdũ eſt:quia hoc Chriſtus dicit in euãgelio. Ibũt in ignẽ ęternũ &c.& ignẽ vrẽtẽ non ſolemus appellare niſi corporeũ.Sed qs ſit modus quo agere poſſit in ſpm̃,de hoc eſt difficultas.Et erat vna opinio ꝙ aĩa ſeparata etſi nõ ſit corpus gerit tñ ſiłitudinem in ſe corporis in quo vere poſſit patí:dicẽte Aug.ii.de ĩmortalitate aĩę.Neq; hoc differere me æſtimes(.ſ.ꝙ aĩa nõ ſit corpus)tãq̃ negẽ fieri poſſe:vt aĩa mortui ſicut dormitãtis in ſiłitudinẽ corpis ſui ſentiat ſiue bona ſiue mala.& infra.Q2 ſi tale aliqd apđ inferos gerit: & in eis ſe nõ corporibus: ſed corporũ ſiłitudinib9 ſe cognoſcũt.Cũ eñ triſtia patimur q̃is in ſõnis etſi mẽbrorũ corporeorꝫ ſit illa ſiłitudo nõ mẽbra corporea: nõ eſt tñ pœnę ſiłitudo:ſed pœna.Sed hoc nõ poteſt ſtare:qa ſi ſimilitudines corporũ nõ ſunt niſi in parte ſenſitiua imaginatiua:ſcẽdm quas aĩa patit decepta in ſomno:ęſtimãdo ſiłitudines corporũ cẽ corpora:vt ſiłitudinẽ ignis cẽ ignẽ. Nũc autem aĩa nõ habet vim imaginatiuam:niſi in organo corporali:& ita vt eſt coniuncta:non vt eſt ſpiritus & ſeparata. Prętera talis paſſio non procedit niſi ex deceptiõe ęſtimando ſe corpoream & pati ab igne æſtimato.Nunc autem in propoſito quærimus veram paſſionem realem.Ideo alii dicunt ꝙ in anima eſt

Reſolutio.q. T

vis qua pati poteſt ab igne corporali:& hoc naturaliter vt eſt exiſtẽs in corpore & mediãte corpore in quo ipſa p ſe dolorẽ verũ ab igne patiẽt:nõ autẽ corpus niſi pro eo q̃ eſt animatũ,dicẽte Aug.xxi. de ciui.dei.c.iiii.Dolor corporis magis ad animã ptinet:aĩç em̃ ẽ dolere:nõ corporis.Sed etiã ei quã do cauſa dolẽdi exiſtit in corpore:cũ in eo loco lędítur vbi lędit corpus &c.Quare cũ virtute diui na qđ poteſt agere in eam mediate,poteſt & imediate:qa in omni actione poteſt cauſas medias ab= ſoluere:eadẽ ergo vi qua patit pure naturaliter ĩ corpore ab igne:poteſt pati ab eodẽ extra corpus
V quodãmodo ſupnaturaliter.Qđ nõ poteſt ſtare:qm̃ in corpore pati nõ poteſt niſi ſcđm vim ſenſiti uam actu extẽſam per organum corporeũ:quã ſeparata oĩno habere nõ poteſt.Ideo alii addũt & di cunt tertio modo: q̃ licet in aĩa ſeparata nõ ſit vis ſenſitiua ſcđm actũ:quia nõ habet organũ cor= poreũ in quo extendaſ:eſt tamẽ in ipſa virtute:& q̃ſi in radice & potẽtia.Nunc autẽ nõ eſt mirũ ſi diuina virtute operante poteſt pati per illam potentiam:vt eſt in radice & virtute in anima ſepara= ta vt eſt ſeparata:per quã patit pure naturaliter:vt eſt per organũ extẽſa.Sed etſi ſic poſſet dici ex parte animę:hoc nõ valet ex parte angeli: in quo nec in virtute & vt in radice eſt aliqua vis ſenſiti ua.Ideo q̃rto modo dicũt alíq alii iuxta prędicta in auctoritate Grego.q̃ ſpiritus ſeparatus ab igne corporeo ſic q̃ſi includit & ei alligatur q̃ nullo modo ab eo poteſt ſeparari:per qđ impędit ab agen= do quę agere cupit:& in hoc ſumme affligitur.vt hoc intellígat Grego.per hoc qđ dicit:dũ ex igne viſibili ardor inuiſibilis trahit.Sed hoc modo non pateretur ab igne inferente paſſionẽ niſi occaſio naliter:ſed ipſe in ſe hmõi dolorẽ excitaret: ſicut homo in ſe excitat paſſionẽ iracũdię ad præſentiã contrarii repugnãtis.Ideo dicitur quinto modo q̃ patitur ab igne:nõ vt eſt natura naturaliter af= flictiua:ſed vt eſt inſtrumẽtũ diuinę iuſtitię,infligẽdo modũ alicuius paſſionis ad quã ſpirit9 eſt in potẽtia:vt eſt diuinę iuſtitię inſtrumẽtũ:quã ex natura propria ei nullo modo infligeret.Sed ſic nõ potius pateretur ab igne inquãtum calidus,q̃ ab aere:immo poſſet aer eſſe inſtrumẽtũ diuinę iuſti tię in affligẽdo ſpiritũ ſicut & ignis,nec ignis vllo modo diceretur affligere in eo q̃ eſt calidus . cui videtur diſcordare dicta ſanctorũ.Ideo oportet dicere ſexto modo q̃ ignis affligit ſpiritũ inquãtum calidus:& eodẽ genere afflictiõis quo affligeret ſenſum corporis.Sed cum nõ eſt actiuũ ſine paſſiuo ſibi correſpõdente:nõ poteſt ignis agere ſua naturali actione in ſpiritum ipm̃ affligendo,niſi ſpiri= tus poſſit pati ab ipſo paſſionem veram qualem ſenſus reciperet ab igne : potentia autem propria in recipiendo hmõi paſſionẽ nõ eſt niſi ſenſus:& actus actiuorũ nõ ſunt niſi in patiente & diſpoſito diabolus autẽ vim ſenſitiuã non habet:reſtat ergo difficultas ex parte ſpiritus quomodo paſſionẽ ab igne corporali ĩ ſe poſſit recipere.Nec poteſt dici q̃ eſt ĩ eo naturaliter:qa tũc idifferẽter pateret exiſtẽs ĩ igne ĩfernali ſpũs peccator & nõ peccator & magis peccator & min9 peccator:cũ peccatũ nõ ſit diſpoſitio ad pœnã niſi meritorie,Illud autẽ falſum eſt dicẽte Grego.iiii.Dial'.c.xliii.Vnus gehẽ nę ignis nõ eodem modo cruciat peccatores.Vnuſquiſq̃ em̃ quãtum exigit culpa tantũ illic ſentit de pœna.Nec poteſt dici q̃ deus in hoc naturã ſpiritus mutet:quia tunc non ſuſtineret pœnã qui cõmiſit culpã.Reſtat igit vt videt q̃ deus nature ſpiritus angelici & humani cõmunẽ vim qua pa= ti poſſit ab igne corporali,imprimit ſupnaturaliter.Vel ſic vtriq̃ naturaliter ineſt:licet nobis latet. & ſic illam tẽperat vt peccatis pœnã correſpõdentẽ per illam ſuſtineat: vt ſcđm q̃ dicit Grego,ix. Moral.q̃is angelorũ atq̃ hominum ſit natura diſſimilis: vna tamen pœna implicat quos vnus in crimine reatus ligat.

X  Qu.xxxv. Reſponſio.

Y Irca ſecũdũ nullũ ꝓponebat argumẽtũ. AD qđ dicẽdũ q̃ vis diaboli naturali= ter omnẽ corpoream creaturã excedit: nec eſt aliqua vis in lapidib9 aut herbis quæ ipſum cogere poteſt vel fugare vllo modo: licet fingere poſſit ſe cogi per herbas aut lapides aut carmina.Hoc ex ſe nullum horũ facere poſſet niſi de9 ſu pernaturaliter eis virtutẽ hmõi indidiſſet:quẽadmodum indidit eã ſacramẽtis & verbis ſacramẽtalibus. Vnde nec ex verbis euangelicis niſi meritorie fugari poſſet:quia nec ſunt ad hoc ordinata:ſicut nec ad ſanãdos languores corporales ad quos Sortiarię mulieres frequenter eis vtuntur.qđ non licet.

 Qu.xxxvi. Argu.prin. Primũ. Secũdum.

Irca tertiũ arguit q̃ ex ſolis ſpeciebus ſacramẽti nõ poſſit generari vermis:quia ex nõ ſubſtãtia ſcđm philoſophũ nõ fit ſubſtãtia,ſpecies illę ſunt nõ ſubſtãtia:& vermis eſt ſubſtãtia,ergo &c. Pręterea nihil per generationẽ naturalẽ fit in actu niſi de potẽtia materię producatur:aliter em̃ eſſet formarũ latitãtia aut datio & ita non generatio,ſed in illis ſpeciebus nõ eſt materia ſubiecta:quia ſunt ſine ma= teria ſcđm fidem,ergo &c. CONtra,nõ eſt generatio vnius ſine corruptione al= terius:cum ergo videmus ſpecies illas vetuſtate naturaliter corrũpi:ergo oportet In oppoſitũ.

ſimul aliquid naturaliter generari:& qua ratione aliquid aliud,eadē ratione & vermis:quia æqua-
Reſponſio. lis difficultas eſt vtrobiq;. Dicēdum ſecūdum q; alias diximus:q; ſpecies illę in omnib⁹ eandē vim Z
habēt in agendo & patiendo abſq; forma ſubſtātiali & materia quæ præceſſit ſub eis,quā habuit ip
ſum cōpoſitum ex eis.Propter qđ per agēs naturale appropinquās poteſt generari ex illis ſpecibus
& produci quicqd generari poſſet ex illo cōpoſito:& ꝓduci ex materia ita q; q̄cūq; forma a naturali
agente poſſet produci ex materia quæ pręceſſit & ex illis ſpeciebus,nō refert in aliquo:niſi q; forma
producta de materia cū ipſa materia cōſtitueret vnum ſubſtātiale & ſecundum ſubſtātiam:forma
autem educta de potentia ſpecierū quæ fuerunt ſacramentū,non conſtituit cū ipſis ſpeciebus iā fa
ctis per tranſmutationē ſpeciebus vermis ex ſpeciebus ſacramēti,niſi vnum accidētale ſiue vnū per
accidēs:& eſſet in illo vno per accidēs forma ſubſtātialis ſine materia ſicut & ipſę ſpecies:& eſſet ver
mis in forma ſubſtātiali ſine materia.Et licet ſpecies illę poſtq̄ factę ſunt vermis & cōfiguratæ ei nō
ſunt de cętero ſpecies ſacramēti:virtutē tamen adhuc habēt materię quæ fuit:ita q; illud cōpoſitū
ſine materia eandē vim habet in agēdo & patiēdo quā haberet cū materia quæ præceſſit: vt videli
cet nutrimētum verum attrahat poſtq̄ generatū eſt:& prępараret ipm alterando vi nutritiua:vt pro
pria forma corrupta ſubſternatur formę illi ſubſtātiali:& ipſa informetur:quēadmodum informata
fuiſſet ſi pręceſſiſſet materia cui vnita fuiſſet:& cōſimili modo dimēſionibus inuentis ſubſternetur
vt informent iā cōpoſitum ex materia & forma ſicut fecerunt prius illud compoſitum quod tran-
ſubſtātiatum eſt:& ſua virtute dimēſiones inuentas augmentet:quēadmodum augmētaſſet ſi ali-
cui materiæ præcedēti in cōpoſito ſubſtātiali vnita fuiſſet,& per hoc vermis qui prius erat vnum
cōpoſitum per accidēs & nō ſubſtātialiter niſi forma abſq; materia:habēs tamē ab illis accidētibus
omnē vim & diſpoſitionē quā haberet ex materia,ꝑ nutritionē fit vnum cōpoſitum ſubſtātiale ex
materia & forma:vt ſic abſq; nouo miraculo ſupueniente ſuppoſita vi derelicta in ſpecieb⁹ex primo
miraculo opere naturæ ponamus oīa hęc fieri. Sēper em̄ qđ poteſt poni abſq; miraculo in talibus A
meli⁹ eſt aſcribere naturę oīno q̄ miraculo oīno:aut partim naturę partim miraculo.Deus em̄ ſm
Aug.ſic res adminiſtrat vt eas ꝓprios mot⁹ agere ſinat:nec vnq̄ facit nouū miraculū:niſi finis ali⁹
ſpecialis ſit q̄ naturę adiutoriū in ſua opatiōe.vt nō ſit hic neceſſe ponere q; in corruptiōe naturali
ſpecierū materia trāſubſtātiata eadē numero per creationē aut reuerſionē qualēcūq; ſub ſpecibus
illis habeatur:aut q; aliqua alia de nouo ſub ipſis crectur:aut ab extra addatur:in cuius potētiam
cedunt accidētia cum corrūpūtur:& forma alia cum ſuis propriis accidētibus generetur:vt in eo-
dem inſtanti fiāt hęc tria,ſ.accidētium poſt pręcedētem alterationē corruptio:& materię adiunctio
& formę de ipſa ꝓductio.Quæcūq; autē harū opinionū teneat nō reprobo:nec ꝓdictā opinionē oī-
no aſſero.Eſt autē alius modus ponēdi magis cōgruus,ſ.q; ſpecies illę nō ſolū ſunt ī potētia ad for
mā:ſed ꝑ ſe ad cōpoſitū ex materia & forma:& ī potētia ad ſubſtātiā materię ꝓducēdā ī eſſe: ſicut
& ad ſubſtātiā formę:& ſic naturaliter abſq; oī miraculo & noua creatiōe vermis iſte generat. Nec
eſt hic difficultas ī aliquo niſi quo ad hoc:q; ſubſtātia materię eſſe reciperet nouū ī cōpoſito: ſicut
Ad primū & ſubſtātia formę.qđ nō cōtingit ī aliis generatiōib⁹ naturalib⁹. AD primū in oppoſitū:q; ex nō B
principale. ſubſtantia nō fit ſubſtātia:dicēdum q; verū eſt nullo prēſuppoſito miraculo. Prēſuppoſito tamē q;
per miraculū non ſubſtātia vt ſola accidētia habeant omnē vim & efficaciam ſubſtātię,bene poſſi-
bile eſt ex nō ſubſtātia generari ſubſtātiam. Aliter em̄ nec ipſę ſpecies alterari poſſent nec oīno cor-
rumpi niſi deſitione in non eſſe : cum in eo q; ſunt quātitas ſeparata non habeāt oīno cōtrarium.
Ad ſecūdū. AD ſecundum q; nihil generatur niſi de potētia materię:reſpondēdum eſt eodem modo,nullo.ſ. C
prēſuppoſito miraculo quo nō materia habet omnē vim materię:quo prēſuppoſito ex non potētia
materię,ſed ex eo qđ habet omnē vim potentię materię,vt in propoſito,bene poteſt fieri pure natu
ralis gnātio. Dico quātū ad productionē formę in eſſe actu de nō eſſe actu ſed in potētia tm̄ abſq;
omni creatione:& etiam quātum ad conſtitutionem vnius per accidens:licet non quātum ad con-
ſtitutionem vnius compoſiti ſecūdum ſubſtātiam qđ eſt per ſe generatum in naturalibus:aut ſecū
dum aliam poſitionem quātum ad generationem compoſiti ex materia & forma.

Qu.xxxvii. Argu.prin.  Circa quartū arguitur q; ignis poſſit infrigidari:& hoc ab agēte naturali:vt quā
do ex igne generatur aqua per actionē naturalē aquę in ignē quā neceſſario prę
cedit alteratio qua aqua ignē alterat infrigidādo & humectādo.& ſi agēs natu-
rale hoc poteſt facere aliqualiter:vt.ſ.remittatur in calore & aliqualiter fiat fri-
gidus.ergo agens ſupernaturale hoc poteſt ſimpliciter:& facere vt ignis ſimpli
In oppoſitū. citer ſit frigidus. CONtra,ignis quia eſt primū calidum formaliter:oportet q;
caliditas eius ſit in ſummo:quare nec poteſt remitti igne manēte:& ſic nec infrigidari quoquo mo

D ãc. Dicendũ est ad hoc: ꝙ generatio naturalis si proprie accipitur, inquãtum cõsistit in formę sub stantialis vnius productione ad compositum constituendũ: & alterius corruptione ad alterũ cõpositum destruendũ: non est nisi in termino alterationis: q̃ necessario præcedit generationẽ per alterationem omniũ accidentiũ congruentiũ formę corrũpendę: vt incõgruentia fiant ei, & congruentia formę generandę: ita ꝙ in instanti in quo oĩno facta sunt incõgruentia vni formę & cõgruentia alteri: forma pręcedens corrumpitur: & forma succedens generatur: ita ꝙ per totũ tempus alterationis materia est actu sub forma corrũpenda: quæ in dicto instãti vltimo corrũpitur: & simul alia generatur: qđ est medium instans inter esse materię sub forma priori & posteriori, Ita ꝙ in esse prioris formę non sit dare vltimũ instans sed posterioris tm̃, secundum determinationẽ philosophi in. viii. Physi. Huiusmodi alterationẽ in dimẽsionib⁹ bene exponit Auer. cũ dicit ĩ prĩo ca. de substãtia orbis, Forma caliditatis aeris qñ agit ĩ aquã: incipit aqua augeri & crescere in dimẽsionib⁹ & vicinari dimẽsionibus aeris, Cum ergo peruenerit ad magnã quantitatem aquę: tunc subiectũ denudatur a forma aquę, & a qualitate & quãtitate dimẽsionum aquę: & propriã formã recipit aeris, & quantitatem etiam dimensionũ propriarũ formę aeris, Et similiter facit forma frigiditatis in aere, s. ꝙ omnes dimẽsiones aeris nõ cessant diminui donec expellatur materia a sua forma & recipiat formã aquę. Et sicut est de alteratione secundũ dimensiones quãtitatis: sic est & de alteratione secundũ dispositiones qualitatis: ꝙ, s. forma caliditatis aeris quando agit in aquã incipit aqua calefieri & exinde augeri & crescere in caliditate, & vicinari caliditati aeris. Cum ergo peruenerit caliditas ad magnã quãtitatẽ intẽsionis in aqua: tunc subiectũ denudatur a forma aquę, & a caliditate & intẽsione caliditatis aquę: & propriã formã recipit aeris: & intẽsionem etiã caliditatis propriã formę aeris, Et similiter facit ecõtra frigiditas aquę in aere, s. ꝙ intensio caliditatis aeris nõ cessat remitti donec expellatur a materia forma aeris: & recipiat formã aquę, Et ſcđm Auer. ibidem, materia nunq̃ denudatur a dimẽsionibus non terminatis: nec dimẽsiones simplices denudantur a prima materia: sicut nec alia accidẽtia cõmunia corporibus cõtrariis, Propter qđ dicit philosophus in secũdo de generatiõe, ꝙ accidẽtia symbola quę erãt in corrupto manẽt in generato, Sed singula accidẽtia vt sunt determinata cuiꝙ formę cum ipsa corrupta corrũpuntur: & cum ipsa generata generãtur: ita ꝙ omnia accidentia formę generandę citra talem intensionẽ qua propria sunt formę generandę, non contrariantur: nec penitus repugnãt formæ corrũpendæ: immo simul sunt cũ ipla in materia: & in cõposito ex materia & forma sunt accidentia & in ipso exĩstentia, Et sicut hęc cõtingunt in generatione aeris ex aqua & ecõuerso: sic & vniuersaliter in omni naturali generatiõe & corruptione vt ibidem determinat: licet de aqua & aere solũmodo exemplificat. Quẽadmodũ ergo prędictũ est in generatione aeris ex aqua: & ecõuerso: sic oportet cõtingere in generatione ignis ex aqua & ecõuerso: ꝙ forma caliditatis ignis quãdo agit in aquã, incipit aqua calefieri & exinde augeri & crescere in caliditate pertranseunte per cãliditatẽ q̃si propriã aeris & congruentẽ eidem: & vicinari caliditati ignis, Cum ergo peruenerit caliditas exĩstens in aqua ad magnã quãtitatem intẽsionis: tunc primo subiectũ denudatur a forma aquę & a caliditate & intẽsione caliditatis aquę: & propriã formã recipit ignis: & intẽsionẽ etiã caliditatis ꝑpriã formę ignis, Et similiter facit ecõuerlo frigiditas aquę ĩ igne, ſ. ꝙ intẽsio caliditatis ignis nõ cessat remitti donec expellat a materia forma ignis & recipiat formã aquę. Et ſcđm hęc dicẽdũ est ad q̃stionẽ: ꝙ ignis manẽs in forma ignis ĩfrigidari põt naturaliter: citra tamẽ intẽsionem frigiditatis propriã formę aquę aut terrę naturali: aut etiam formę aeris accidentali, Cum em̃ de igne fit aqua: & hoc per alterationẽ præcedentẽ, agente frigido aquę in calidum ignis naturaliter, & assimilante sibi passum: quia passum licet in principio sit contrariũ in fine est simile: vt dicitur ſcđo de anima: & omne agens physicum in agẽdo patitur: necessariũ est ꝙ quãtũcũq; ignis sit actiuus per calorẽ, ꝙ patiatur a frigido aquę intantũ ꝙ quo ad aliquid intẽsio caloris in igne remittatur, aliter em̃ in nullo pateretur a frigido aquę: neq; frigidum aquę ĩ aliquo sibi assimilaret materiã sub forma ignis exĩstentem, Et pro quãto remittitur caliditas ignis: pro tanto mouet motu infrigidationis et infrigidatur et tendit ad mediũ: vt attingat extremũ. Nõ est em̃ motus ab vno extremo in mediũ nisi per cõmixtionẽ alicuius qđ est alterius extremi. Est em̃ mediũ ſcđm philosophũ. v. Physi. vtrũq; extremorum respectu vtriusq; : ita ꝙ motus ab extremo in mediũ et econuerso reducatur ad motum ab extremo in extremũ. Propter tamen violentam reactionem calidi ignis in quodcũq; frigidum corruptiuũ eius, et determinationem formę substãtialis ignis ad intensionem caloris: minimã latitudinem in remissione caloris secum compatitur: aliquã tamẽ. Cũ tamen alia elementa minus sunt actiua, latitudinem magnã compatiuntur in remissione qualitatis sibi proprię, Ita etiam ꝙ vltra medium in quo consistunt, extrema per ęqualitatem cõpatiuntur

Resolutio. q.

E Responsio.

ſecum qualitatem ſui contrarii. Propter qđ etſi alia elemẽta poſſint eſſe actu ſub diſpoſitiõe qualitatis ſibi contrarię: vt aer frigidus & aqua calida: ignis tamen nequaq̃ frigidus actu eſſe poteſt: ſed nec tepidus ab agente naturali, immo citra teporẽ in aliquo gradu calidi ignis exiſtens non patitur forma eius ipſum magis infrigidari: ſed fit materia improportionalis formę ignis ſi amplius infrigidetur: & proportionalis formę aquę: vt ſimul perfecta frigiditas cum forma aquę introducatur. dicente Augu. iii. ſup Geñ. in principio. Cum poſſint feruere cętera elemẽta: ignis frigeſcere nõ poteſt. Intelligo intãtum vt frigidus fiat ſecũdum actum procedente infrigidatione vltra tepidũ medium inter calidum & frigidũ. Vnde continue exponendo ſe ſecũdum hoc ſubdit. Facilius quippe extinguitur vt ignis non ſit q̃ frigidus maneat: aut ſit alicuius frigidi contactu tepidior. Etſi em̃ neceſſario aliquãtulũ remittit in calore contactu frigidi: & hoc neceſſitate naturalis actionis qua vt dictum eſt neceſſario omne agens naturale quantũcunq; excellens in agendo patitur: non tamẽ vſq; ad gradũ illum in quo poſſit dici tepidus: vt licet poſſit per actionem frigidi corrumpentis dici factus aliquãtulum minus calidus, ex hoc non dicitur factus tepidior: quia nec nunc nec prius omnino tepidus fuit. Prius enim q̃ ſic remittatur in calore vt non mereatur dici calidus ſed tepidus corrumpitur. iuxta qđ dicit verſus finem ſecũdi Soliloq. Ignis ſi calore careat, nec ignis quidem erit. Et philoſoph⁹ dicit in prædicamẽ. q; cõtraria nata ſunt fieri circa idem: niſi alterũ naturaliter inſit vt igni calidum. Et cum quatuor ſunt qualitates elementorũ: calidum, frigidum, humidũ, ſiccum: ita q; quodlibet elementoꝝ habet vnam ſibi propriam & aliam cõmunem cum alio elemẽto: Eſt em̃ ignis calidus per ſe & principaliter: ſiccum autem habet commune cum terra: Terra autem ſicca per ſe: ſed frigidum habet commune cum aqua: quæ principaliter frigida eſt: & habet humidum commune cum aere, qui principaliter humidus eſt: & calidum habet commune cum igne: Dicunt aliqui q; quodlibet elementum ſecundum ſuam propriam qualitatem nõ poteſt alterari vt ſit ſub contraria diſpoſitione. Et ſecundum hoc dicit Auicen. q; aqua pura non calefit: ſed partes terræ cum ipſa admixtæ. Alii etiam dicunt q; aqua non calefit: ſed ignis generatus eſt cum ea ex materia pro quanto habet de calore. Sed hoc vltimũ apertum eſt impoſſibile: quia aqua non tantum eſt extinctiua ignis ratiõe frigiditatis: ſed humiditatis. Propter qđ impoſſibile eſt in eodem eſſe calidũ ignis cum humido & frigido naturali aquę. Secũdũ qualitatẽ aũt cõmunem poteſt alterari vt fiat ſub contraria diſpoſitione: quẽadmodum ponit terram poſſe calefieri: & aerem frigefieri. Et ſecũdũ hoc licet ignis non poſſet infrigidari: poſſet tamen humectari. & verum eſt q; potius pateretur humectationem q̃ infrigidationem. Quia tamẽ calidum naturaliter ſibi aſſociat ſiccum: & ſiccum ſecũdum philoſophũ eſt lima caloris: idcirco licet quantum eſt ex parte formæ ſubſtantialis: ignis ſecundum ſe poſſet potius humectari q̃ frigidari: propter tamen aſſociationem caloris ſumme intẽſi humectari nõ poteſt vltra cõgruum gradum caloris cum quo ſaluatur forma ignis: & vlterius nequaq̃. PER dicta patet quomodo bene ꝓcedit primũ argumentũ oſtendendo q; infrigidari poſſit ignis quo ad hoc q; aliquãtulum in ſuo calore remittatur: non tamen quo ad hoc vt aliquãtulum frigidus fiat excedendo medium qđ eſt in tepore: & hoc per agens naturale: nec etiam per agens ſupernaturale: ſi tamẽ forma ignis ſubſtãtialis ſic tenet ligatam potẽtiam ad frigiditatẽ q; impoſſibile eſt eam ire in actum ſub forma ignis. tunc enim poſito q; ignis eſſet frigidus ſecũdum actũ: contradictoria cõcurrerẽt in eodem. ſ. q; frigidus eſſet: & q; impoſſibile eſſet ipſum eſſe frigidum. Alias autem ab agente ſupernaturali ſine omni incõueniente poſſet poni eſſe frigidus. Qđ mihi videtur verius. poteſt enim agens ſupernaturale tenere formã ſubſtantialem in materia: & dare diſpoſitionẽ aliquã ſupernaturalẽ vt teneat in ea ſub illa improportionalitate qua neceſſe eſſet eam corrũpi aut ſeparari ab agente naturali ſi nõ eſſet in illa diſpoſitione: quẽadmodum corpora damnatorum tanto calore calefient quãtum non poſſet ſuſtinere anima manens in corpore. AD ſecũdum in cõtrarium: q; ignis eſt calidus in ſummo: verum eſt: ſed illud ſummũ non eſt ita proprium ei quin forma ignis compatitur ſecum eius remiſſionem aliquã: vt patet ex iam dictis. & hoc aliquo in ipſo naturaliter agente ad corruptionem ignis & contrarii generationem: ita etiam q; omnino infrigidari poſſet per agens ſupernaturale.

F

G

Ad arg. pri.

H

Ad argu. in oppoſitum.

Finis Diſputationis de Quolibet Octauo Magiſtri Henrici a Gandauo.

Hic incipit Nonum Quodlibet Magistri Henrici a Gandauo.



Ona disputatio nostra de quo

libet continet quęstiones, xxxii. Quarũ quędã sunt de deo: sed in cõparatione ad creaturas. Quædam vero sunt de ipsis creaturis. Circa primũ erant duo de relatione dei ad creaturas. Vnum in generali de relatione simpliciter inter deum & creaturas. Vtrum, ſ. omnis relatio inter deum & creaturam sit quia ipsa creatura refertur ad deum: & nõ ecõuerso. Alterum in speciali de relatione dei ad creaturas per rationes ideales. Vtrum, ſ. deus potuisset plures creaturas secũdum ſpecies produxisse: si nõ esset in ipso pluralitas idearũ. CIRca primũ arguebat: ꝙ omnis relatio inter deum & creaturã est quia creatura refertur ad ipm: & nõ econuerso. Primo sic: relatio alicui⁹ ad aliud ga illud aliud refert ad ipsum, est in illo alio secũdũ rẽ & non secũdum rationem tm̃: vt patet de relatione inter deum & creaturam secũdum dominiũ & seruitutem: qua deus vt domin⁹ refertur ad creaturã vt ad seruam: & est in creatura secũdũ rem & i deo secũdũ rationẽ tm̃. Sed i deo ad creaturã nulla est relatio secũdũ rẽ: sed secũdũ rationẽ tm̃: quia aliter esset mutabilis aut mutat⁹ cũ de nõ dño factus est dñs: aut ecõuerso si cessante oi creatura ab esse de dño fact⁹ esset nõ dñs, ergo &c. SEcũdo sic, relatio inter deũ & creaturã est relatio cõmẽsuratiõis, ſcdm plium, x. Metaphy. in qua ſcdm cũdẽ, v. Metaphy. mẽsura refert ad mẽsuratũ quia mensuratũ refertur ad ipsam, ergo &c. TERtio sic, deus essentia sua inquantũ cõtinet perfectiones creaturarũ in essendo, nõ refertur ad ipas nisi ga illę referunt ad ipsum. Aliter cm̃ deus realiter referret ad creaturas: nõ ga creaturę referrent ad ipm. Deus autẽ in cognoscẽdo & volẽdo nõ refertur ad creaturas nisi essentia sua inquãtum cõtinet in se pfectiones creaturarũ i essendo, ergo &c. CONtra, Ideę sunt æternę rationes in mẽte diuina ſcdm Augusſt, lxxxiii. q. q. xlvi. quibus refertur ad creaturas nõ quia ipsę referũtur ad illũ, quia nullius æterni in deo pôt esse ratio aligd q̃d est
I in creatura, ergo &c. DIcendũ ad hoc: ꝙ cũ ſcdm Aug. vii. de trini. ca. i. oĩs essentia quę relatiue dicitur, etiã aligd est excepto relatiuo: sicut homo dñs: si em̃ nõ esset homo, i. aliqua substãtia, nõ esset qui relatiue dñs diceret: quapropt vt dicit, qđ nõ est aligd ad seipm, nõ est oĩno quo relatiue dicatur ad aliud: creatura ergo nullã habet relationẽ ad deũ nisi sit aligd ad se vel p se. Ad se autẽ non est aligd neq; secũdũ essentiã neq; ſcdm existẽtiã a seipsa: sed ab altero tm̃, a q̃ est id qđ est, vt possit quoquo mõ dici ad eã illđ apl̃i, i. ad Corit. iiii. Quid habes qđ nõ accepisti? Ad nihil ergo neq; etiã ad deũ dicit relatiue: nisi ab alio sit aligd ad se: & hoc nõ nisi a deo. Ipsa autẽ a deo nõ est aligd nisi ordine naturę quodã existẽtę inter illũ a quo est, & illud qđ est, vt ille primũ & istud sit ſcdm. Qm̃ etiã i diuinis vbi est simplicitas ęternitatis: ga filius nihil habet nisi qđ accipit a patre p generationẽ, ideo ordo quidã naturę est inter patrẽ & filiũ: & inter generare quo pater dat, & generari quo filius accipit. qđ exposuim⁹ in quęstionib⁹ nostris ordinarie disputatis. Quare cũ relatio quę est inter primũ & secũdũ: qua se habẽt sicut a quo est aligd & qđ est aligd: nõ est nisi ga primũ quoquo mõ, ſ. ſcdm rationẽ saltẽ, refert ad ſcdm & nõ ecõuerso: relatio ergo oĩs inter deũ & creaturã, quę cõsistit iter deũ & creaturã ga creatura est a deo id qđ est, siue ſcdm essentiã, siue ſcdm existẽtiã, necessario est inter ipsos potius quia de⁹ refert & ordinẽ habet ex ratiõe sui intellect⁹ & volũtatis ad creaturã vt a quo est id qđ est: q̃ ecõuerso quia ipa creatura refert ad deũ, licet aliqua alia sit inter ipos quia creatura refert ad ipm & nõ econuerso: vt iã patebit in soluẽdo argumẽta. Vnde cõcedendũ est argumentũ ad istã partẽ, procedit em̃ de relatione iter deũ & creaturã in essendo ab ipso id qđ est per essentiã: sicut iam patebit in parte: & pfectius in dissolutiõe quęstionis sequẽtis. Ad primũ ergo in oppositũ: ꝙ si inter deũ & creaturã est relatio quia deus refert ad creaturã, illa est in deo ſcdm rem:
K Dicendũ ꝙ nõ oportet i duplici modo relatiõis dei ad creaturas. AD cui⁹ intellectũ oportet scire quę est relatio ſcdm rẽ: & quę ſcdm rationẽ: et vnde & quot modis habeat esse: & prio de relatiõib⁹ ſcdm rationẽ: de qb⁹ nũc pricipaliter est sermo: deide de relatiõib⁹ ſcdm rẽ: vt p hoc tã de istis q̃ de illis sciam⁹ q̃ habẽt cẽ i deo & q̃t & quõ respectu creaturę: & q̃ nõ. Est aũt relatio ſcdm rationẽ tm̃ q̃ nõ fundat i re absq; cõsideratiõe & opatiõe itellect⁹ circa illã, & hoc dupl̃r. Vno mõ ex cõsideratiõe sola & opatiõe itellect⁹ circa rẽ, causando relationẽ i vtroq; extremoꝝ. Alio mõ ex cõsideratiõe intellect⁹ & operatiõe ei⁹ circa rẽ, causando respectũ circa vnũ extremoꝝ i ordine ad alterũ in q̃ est relatio ſcdm rem, & vtroq; modo dupliciter. Secundũ primũ em̃ modũ vno modo intellect⁹ operat

Quęst. i.

Quęst. ii. Argu. prin. Primũ.

Secundum.

Tertium.

In oppositũ.

Responsio.

relatiões diuerſas habẽtes diuerſitatẽ ex natura rei aliquo modo diuerſa. Alio modo circa extrema habẽtia diuerſitatẽ ex ſola cõſideratione intellect⁹ abſq; oĩ diuerſitate rei. Primo modo relationes rationis ſunt genus & ſpecies circa hominẽ & aĩal. Secũdo modo relatio rationis eſt idẽtitas circa idẽ re bis acceptũ ſecundũ rationẽ. Scđm modũ vero ſecundũ operať intellect⁹ rationẽ circa vnũ extremũ in ordine ad alterum: & ad relationem quæ eſt in altero. Vno modo vt circa illud qđ ex ſe non prætendit aliquã habilitatẽ vt intellectus circa illud operet relationẽ: quẽadmodum operať dextrũ aut ſiniſtrũ circa colũnam in ordine ad dextrũ & ſiniſtrum: qđ ſcđm rem eſt in aĩali. Alio modo vt circa illud qđ ex ſe habet aliquã habilitatẽ vt intellectus circa illud operet relationem. Sed hoc dupliciter. Vno modo q̃ relatio illa quę eſt ſcđm rem, prꝫexiſtat in altero extremo: & ſcđm eius correſpondentiã formeť in alio: vt p̃ hoc relatio illa ſcđm rem quodãmodo eſt ratio cauſandi illã quę eſt ſecũdum rationẽ: vt cõtingit vniuerſaliter in relatiõe quę eſt mẽſurę ad menſuratũ: & quę ſunt dei ad creaturas ex tẽpore. Alio vero modo q̃ relatio illa quę eſt ſcđm rationẽ natura ſit prior in illo in quo eſt: & ſcđm eius correſpondentiã habeat eſſe id qđ eſt alterum extremũ: & relatio realis in illo vt p̃ hoc relatio illa ſcđm rationẽ quoquo modo eſt ratio cauſandi illã quę eſt ſcđm rẽ: vt cõtingit vniuerſaliter in relationib⁹ quę ab æterno ſunt in deo ad creaturas: & ex parte diuini intellect⁹: & diuinę volũtatis. Ex cõſideratione eñ diuini intellectus circa diuinã eſſentiã vt eſt intellecta ab ipſo: L
ſunt in ipſo rationes ideales ſcđm modũ exponendũ in ſequente quęſtione: q̃ ſunt relationes ex hoc in deo ſcđm rationẽ ad ipſas eſſentias creaturarũ: quę ex hoc ſunt aliqd ſcđm eſſentiã q̃ reſpõdent rationibus idealibus in deo exiſtẽtibus: & ratione ipſius eſſentię earũ habent relationẽ realẽ ad deũ. Ex cõplacentia autẽ diuinę volũtatis in diuinã eſſentiã cognitã a ſuo intellectu: vt in ſe habet rationes ideales, et per hoc in eſſentias creaturarũ: vt per ſuas ideas cognitę ſunt ab intellectu diuino: eſt in deo relatio ſcđm rationẽ ex parte voluntatis qua dicit creatiuus: & ipſa eſſentia creaturæ dicit creabilis. Vnde nõ ens qđ non eſt aliqd per eſſentiã: nec habet rationẽ idealẽ in deo: nullo modo eſt qđ creabile. Vlterius autẽ ex determinatiõe diuinę volũtatis qua ab ęterno electione liberi arbitrii determinauit has eſſentias ſe eſſe creaturũ ex tẽpore in eſſe exiſtẽtię: & forte alias nõ: habet ex parte voluntatis relationem ad illa quę eſt creaturus, qua dicitur creaturus: & ipſa eſſentia creaturę dicitur creãda. Et differt hæc ab illa ſcđm rationẽ ĩ hoc: q̃ reſpectu creabiliũ nõ creandorũ dicit ordinẽ habitualẽ ad mutationẽ qua creatura nata eſt creari, reſpectu creandorũ aũt dicit ordinẽ actualem
ad mutationẽ qua creatura aliquãdo actualiter creabit. Vlteri⁹ autẽ ex hoc q̃ deus volũtate ſua M
eſſentias creat ſcđm actũ in eſſe exiſtẽtię, habet relationẽ ad illa creata qua dicit creator a ſuo actu creandi: & illa dicũtur creata a ſua creatione paſſiua. Sed ſolũmodo ſcđm rationẽ differũt illa tria in deo: & ſũt iidẽ reſpect⁹ ſcđm rationẽ, differẽtes ſolo noĩe q̃ dicit creatiu⁹ creaturus & creãs, licet eñ nominatio illa qua dicit creans ſiue creator, cõuenit ei ex tẽpore quo creatura eſt creata: & ita quia creatura refertur ad ipm: ipſe tamẽ reſpectus ęternus eſt: & eſt ipſius ad creaturã: non ga creatura ad ipm: ſed potius ecõuerſo. quẽadmodũ creare actiue potius eſt ratio eius qđ eſt creari paſſiue q̃ econuerſo. Paſſio eñ vt dicit in. vi. principiis, eſt effectus illatio q̃ actionis. Et eſt ille actus quo deus creat æternus: ga ſuũ velle eſt æternũ: licet paſſio qua creatura creatur noua ſit: & ex tẽpore quo creatura p̃ſilit de nouo in eſſe ex æterno velle, & æterna atq; antiqua determinatione volũtatis. Vnde q̃ illa creatio dicitur actio noua, noua nominatio eſt actionis antiquę ab ipſa noua paſſione. Vlterius autẽ ex hoc q̃ creatura habet vlteriorẽ relationẽ realem ad deum qua dicitur ſerua ex tẽpore circa deũ, correſpõdet ei relatio ſcđm rationẽ qua dicit dñs: q̃ dicit relatio in deo ex tẽpore ga creatura referť ad ipm vt ſerua, ipſa vero dicit ſerua nõ quia ipe refertur ad illam vt dñs. Et non eſt proprie noua relatio: ſed noua nominatio antiquę relationis, eadẽ eñ relatio qua ab æterno dictus eſt dominatiuus & dñaturus creaturæ: dicitur dñs ſiue dominãs ex tẽpore: ſecũdum q̃ iam dictum eſt de creatiuis creaturis & creare. Et differt relatio quę denominať a dñio, ab illa quę denominatur a creatiõe: quẽadmodum differũt actus creandi & actus cõſeruandi creatum. Vnde relationes quas cõſuetũ eſt dicere eſſe in deo ex tẽpore ga creatura eſt ad ipm, nõ ſunt ꝓprie relationes ſed nouę nominationes æternarũ relationũ: quibus ab ęterno ſcđm iam expoſitum modũ deus ſecũdum rationẽ habet referri ad creaturã: nõ quia creatura referť ad ipm ſed potius ecõuerſo. Hinc eſt q̃ Aug. huiuſmodi relatiões ex tẽpore potius vocat nouas noĩationes ſiue appellationes q̃ nouas relationes, dicit eñ Augu. v. de trini. c. vlt. Nõ moueat q̃ ſpũs ſctũs cũ ſit coęternus patri & filio, dicit tamẽ aliqd ex tẽpore: veluti hoc ipm qđ donatum eſt. nam ſempiterne ſpũs donum: temporaliter autem donatum. nam etſi dominus non dicitur niſi cum habere incipit ſeruũ: etiam iſta appellatio relatiua ex tẽpore eſt deo. Non eñ ſempiterna creatura eſt cuius ille eſt dñs. Sequit. Ille ſempiterne

Non dominaret nisi & iste sempiterne famularetur. Et distat multū ista relatio noua ex tēpore, qua deus vt dñs refertur ad creaturā quia creatura refertur ad ipsum vt serua: & illa qua columna vt dextra refertur ad animal quia aīal refertur ad ipsam vt sinistrū. In columna enim nulla omino præfuit ex se relatio ad animal: qua per hoc q̄ aīal sibi factum est sinistrum, noua appellatione dicatur dextra: nec similiter aliqd super qđ ex natura rei relatio qua appellatur dextra fundetur: ppter qđ cum noua appellatione sibi aduenit noua relatio: sed secundū rationē & intellectus operationē: & ideo præter colūnę omnimodā mutationē. In deo autem præfuit relatio ad creaturam secūdum iam dictum modum: quę per hoc q̄ creatura de nouo facta est sibi serua, noua appellatione dicitur dñium, quę prius dicta est in deo dominatiuū & dominaturū: sicut & in essentia creaturę erat relatio qua ab æterno dici potuit seruitiua siue seruilis aut seruitura. & hoc quēadmodum iustus: qui cum in æterna dei prędestinatione potuit dici amicabilis siue amicaturus deo: & ex tēpore de nouo dicitur amicus dei quando de nouo incipit amare deum: & sic per suam mutationē. Deus autē ab æterno potuit dici amicatiu⁹ siue amicabilis, aut amicaturus creaturę, propter æternū amorē quē habuit ad ipsam: & ex tēpore de nouo dicitur amicus non propter aliquē nouum amorē ad ipsam in deo: sed propter nouū amorem in creatura. Et ideo est in deo illa noua denominatio absq; sui mutatione: quia nulla aduenīente noua relatione, sicut aduenit colūnę: licet secūdum rationē: vt dictū est. Propter qđ multo minus sine sua mutatione recipit appellationem nouam secundū relationem q̄ colūna. Et licet relatio qua colūna dicit dextra possit aliquo modo dici accidere & mutabiliter cōuenire colūnę secūdum rationem: quia tēporaliter ei aduenit: nullo tamen modo relatio hmōi dei ad creaturā potuit dici accidere deo, aut mutabiliter cōuenire eidem secūdum rationem: quia ęternaliter ei conuenit. Per qđ soluit August. quęstionē quomodo deus ex tēpore de nouo potest dici amicus & dñs: cū tamen hęc nō accidant ei sicut accidunt creaturę: dicēs in. v. de trini. c. vlt. Quo modo obtinebimus nō secūdum accidēs dici dominū: nisi quia ipsius naturæ nihil accidit quo mutetur? Vt ea sint accidētia relatiua quę cum aliqua mutatiōe rerum de quibus dicūtur, accidunt: sicut amicus relatiue dicit, supple homo: & hoc accidentaliter, vnde sequit continuo. Neq; eī esse incipit (scilicet amicus) nisi cū amare cœperit. Fit ergo aliqua mutatio volūtatis vt amicus dicat. Et infra Q2 ergo tēporaliter dici incipit deus: qđ ante non dicebat: manifestū est relatiue dici: non tñ secundum accidens dei qđ ei accidit: sed plane secūdū accidens eius ad qđ dici aliquid deus incipit relatiue. Et q̄ amicus dei iustus esse incipit, ipse mutatur: Deus autē absit vt aliquē tēporaliter diligat quasi noua dilectione quę in ipso deo non erat: apud quē nec præterita trāseunt: & futura iam facta sunt. Ita q̄ omnes sanctos suos ante mundi constitutionē dilexit: sicut prędestinauit: sed cum cōuertūtur & inueniunt illum: tunc incipere ab eo diligi dicūtur: vt eo modo dicatur quo potest ab humano affectu capi qđ dicitur. Quia igit actus amādi absolut⁹ idem est & immutabilis quo deus amat se & creaturas & anteq̄ erant & cū sunt, tam cū ipsum non amāt q̄ cū ipsum amāt seu amare incipiunt: actus autem quo dicta est creatura amatura deum anteq̄ esset, & deum amare cū est in eius amore existens, licet sit idem: tamen mutatur creatura secūdum eum cū incipit amare deū: ideo relatio quæ est dei ad creaturas secundum rationem voluntatis suæ qua dicit amicatiuus, aut amicaturus, aut amicus, fundata in actu amationis eius quo amat creaturas, omnino est eadem immutabiliter ei cōueniens. Relatio vero quæ est creaturę ad deū secundū rem qua dicitur amicatiua aut amicatura (vt sic liceat fingere nomina) aut amica, fundata ī actu amatiōis ei⁹ quo amat deū: licet omino sit eadem re: differens sola ratione: tamen mutabiliter cōuenit ei secūdū omnes rationes. eadem enim mutatione qua nunc creatur, prius erat creanda: & postmodum est creata. Et simile est de amare: amaturum esse: & amauisse ex parte creaturę: & similiter de amarī amandam esse & amatā: quātum est ex parte sua, quia cum ex tempore incipit amare, sicut cōmutabiliter incipit amare cum prius non amauit: sic mutabiliter incipit esse amica cum prius non fuit: & mutabiliter desinit dici amatiua aut amatura cum prius talis dicebatur. Et sicut est de ista relatione qua dicitur creatura amicabilis & amica: sic est de illis quibus dicitur creabilis creanda & creata: & vniuersaliter de omnibus quibus realiter refertur ad deum. & simile est de omnibus quibus secūdum rationem volūtatis suæ deus refertur ad creaturas. Et est vna relatio secūdum rem quæ est ex parte creaturæ, diuersa secūdum rationem respectu dei qualitercūq̄ diuersimode nominetur: & similr ex parte dei respectu creaturæ est vna secūdum rationē quātum est ex parte dei. Vnde & quia de⁹ vnica actione rem creat dando ei esse: & in esse dato cōseruat: vna est relatio qua respectu creaturæ dicit creator & cōseruator: et sicut vnicū eē est qđ habet mutabiliter p creationē & in quo cōseruat eadem relatione secundū rē, differente solūmodo scđm rationem, refertur ad deum vt creata in esse

& vt cõſeruata in eſſe. Sicut enim ex parte dei eadẽ actio eſt creare & cõſeruare: ſic ex parte creaturæ eadem paſſio eſt creari & conſeruari. Sed paſſio iſta dicit creari pro inſtanti mutationis quo creatura nunc primo ꝓſilit in eſſe: & ſimiliter dicit actio dei creare. Dicitur autẽ conſeruari paſſio: & cõſeruare actio, pro toto tẽpore reſiduo. Diximus tamẽ in primo noſtro Quolibet aliam actionẽ qua O deus res creat in eſſe, & qua creaturas conſeruat: cõnumerando in creatione paſſiua mutationẽ ſine qua res per actũ creationis non ꝓſilit in eſſe: quę nõ manet in cõſeruatione rei in eſſe. Et ratione mutatiõis illius annexę actui creatiõis & ipi cõnumeratę, nõ annexę actui cõſeruatiõis nec ei cõnumeratæ: reuera ali⁹ eſt act⁹ creatiõis & cõſeruatiõis. Pręter dictos autẽ modos relationũ ſcdm rõnẽ quib⁹ deus refert ad creaturas modo intellect⁹ & volũtatis, eſt adhuc tertius quo refertur ad ipſas modo menſurę: de quo inferius erit ſermo iam. Relatio vero ſecũdum rem ſiue realis eſt ſecũdum P ꝙ alibi expoſuimus quæ in re fundata eſt: & hoc pręciſe ex neceſſitate naturæ ipſius ſuper quã fundatur, abſq; omni conſideratione aut opere intellectus vel volũtate circa ipſam vt iam pręexiſtentẽ Ex neceſſitate aũt naturæ rei abſq; cõſideratione intellectus poteſt relatio fundari dupliciter. Vno modo ex præciſa natura ipſius rei abſolute: ſup quã habet fundari abſq; omni ordine ſuo ad rẽ aliã abſolutã. Alio modo non abſq; tali ordine. Primo modo ſunt relationes reales in deo ad intra fundatę in ipſa diuina eſſentia, ſiue natura. Propter qđ diuinæ relationes nõ referunt naturã: ſed cum natura cõſtituunt ſuppoſita quæ ipſis relationibus inter ſe referunt: ſecũdum modũ in aliis quęſtionibus alias a nobis expoſitũ. Et hoc modo impoſſibile eſt ꝙ in alia natura vel eſſentia fundetur aliqua relatio realis. Hoc enim prouenit ex infinitate & illimitatione ipſius diuinæ eſſentiæ ſecũdum ꝙ hoc declarauimus diſputando de emanationibus diuinarum perſonarũ. Vnde in creaturis relationes reales habẽt eſſe tantũ ſecũdo modo: vt ꝓpterea habitudo relationis neceſſario in creaturis ſit fundata in pluribus: ita ꝙ non fundatur in vno abſoluto abſq; alio abſoluto ſibi correſpondẽte: in quo ſimiliter fundat, ſecũdum ꝙ in tertia quęſtione ſequẽte amplius declarabit. Et ideo relatio realis in creaturis requirit mutuũ ordinem inter ſe illorum ſuper quæ fundatur. Propter quod etiã pręſupponit ſuppoſita q̃ ſubſiſtũt: in qbus ſunt naturę ſup quas relatiões fundãtur: & nõ cõſtituũt ea: ſed referunt: nõ autẽ ipſas naturas ſuper quas fundãtur. Et eſt ipſa relatio ordo quidam inter relata: & inter illa in quibus fundatur: cũ in diuinis relationibus nõ ſit ordo niſi inter ſuppoſita quę referũtur & quæ conſtituũtur per ipſas relationes. Ordo autẽ iſte quia naturalis eſt & a natura rei Q & non relationis ab opere intellectus aut voluntatis: aliter enim talis relatio rationis eſſet: vt patet ex iam dictis: ideo neceſſario procedit ex naturali dependẽtia vnius naturæ ad alterã: qua ſeſe mutuo expectãt vt in ipſis fundetur relatio. Non enim fundatur ſimilitudo in vno albo niſi coexiſtat aliud album. Et ex hoc ipſa relatio talis non ſolum eſt habitudo quędã & ordo: ſed cũ hoc eſt quędam dependẽtia: cum tamẽ relatio in diuinis cõſiſtat in ordine quorũdam relatorũ: ſed abſq; omni dependentia: quia natura ſup quã fundatur: vt in ipſa fundetur non expectat quicq̃ extra ſe. Vnde & quia in diuinis nihil exiſtit qđ expectat aliqd extra vt fundet: aut exiſtat in eo aliquid qđ naturaliter habet exiſtere aut fundari in eo: ideo talẽ ordinẽ, ſ. naturalem, nullo modo poteſt habere de⁹, vel aliquid qđ eſt in eo ad id qđ eſt extra ſe: etiã ſi per impoſſibile: immo per incõpoſſibile ponatur eſſe ſine omni dependentia. Et quia ſine iſto ordine vt dictũ eſt non eſt relatio ad extra realis: idcir co impoſſibile eſt oĩno ꝙ deus realem relationẽ habeat ad creaturas quę ſunt extra eum. Sed ſi aliquem ordinẽ habeat ad illas: ille erit rationis tantũ: quia per intellectũ & volũtatem vt dictũ eſt iã: aut modo menſurę vt iam dicetur. Et ſic ordo naturalis qui debet eſſe inter relata adinuicem quæ ſunt extra ſeſe, impedit ꝙ dei ad creaturas nulla eſt relatio realis in deo: etſi pręcludantur alia quæ in creaturis ſunt rationes creatiuę ordinis. Ipſe enim non poteſt eſſe extremũ alicuius ordinis naturalis & realis inter ipſum & creaturas: ſed eſt extra omnẽ ordinem reſpectu creaturę. Creaturæ enim ex hoc dicũtur eſſe eiuſdem ordinis: ꝙ. ſ. ſunt extrema ordinis eiuſdem naturalis: et ſimiliter ꝙ habent ordinem naturalẽ ad deum: vt ad primũ efficiẽs formale aut finale vt iam dicetur. Ideo enim ad ipm neceſſario habẽt relationẽ realem. Ante iſtam autẽ radicem præcedũt alię, ſ. dependẽtia, mutabilitas, & imperfectio: propter quas etiam dicuntur eſſe reales relationes creaturarũ inter ſe tanq̃ conditiones naturæ creatæ: quibus naturaliter & ex ſe abſq; intellectu & volũtate operante habet in ipſa fundari relatio: quæ realis dicitur ex hoc. Propter quas adhuc amplius repugnat deo habere relationem realem ad creaturas: quia mox deo repugnat ꝙ ſit dependens ad aliud aut ex ſe imperfectum: aut ꝙ aliquid per aliud ei acquiratur: & per hoc ſit tranſmutabile. Vnde quia philoſophi in deo relationes reales ad intra non poſuerunt propter eius ſimplicitatem: ſed omnino eſſe in ipſo negauerunt: & ponebant aliquas relationes reales ad intra ſolũmodo in creaturis materia-

libus compoſitis: ſecundum q̄ dicit Simplicius in fine ſuper capitulum de relatione. In materialibus quidem propter diſtentionem: & propter materialem diuerſitatē habitudo ſubſiſtit. In his autem quę ſunt ſine diſtētione & immaterialia & impartibiliter cōiūcta: quō vtiq; erit habitudo? Ni
R ſi forte (qđ quidā dicebāt) ſicut & diſtinctio ibi dicit, ita & diuerſitas. Quare etiā in deo & in imaterialibus nō poſuerūt relatiōes reales ad extra: & hoc ꝓpter accidentalitatē quā ꝑportant, & trāſmutabilitatē quā in ſubiecto ſupponūt: ſicut in tertia q̄ſtiōe ſequēte declarabit. ſecūdū q̄ de prīo dicit ibidē Simplici⁹. Nulla eſt ibi habitudo neq; intelligit. In qb⁹ em̄ nō eſt alterū in altero vt habitudo iſubſtātia: hoc quidem aliud: illud aūt aliud: vt adinuicem aliquo modo ſe habeant: quomodo poſſibile eſt in iſtis ipſum ad aliquid cōſiderari niſi ſecūdū aliquā analogiā: ſicut & cauſas dicimus ibi & cauſata? De ſecūdo vero dicit in fine. Adhuc aūt ſi ſupuentitiā naturā habere dicunt ipſa ad aliquid & adnaſcentię aſſimilari: & eſſentiā a trāſmutatione extrinſecorum dependentem habēt: quō in illis conſiderari iſta poſſibile eſt? quaſi dicat nullo modo. Idcirco philoſophi oīno in deo & ſubſtātiis immaterialibus quas deos poſuerūt, nullo mō ponebāt relationes reales ad deum. Sicut autē ordinē naturę neceſſario p̄cedit depēdētia: vt relatio dicat ordo dependentię, ſecūdū q̄ dictū eſt: ſic dependētiā neceſſario p̄cedit mutabilitas, nihil em̄ ad aliud depēdet niſi p illud ſibi aliquid habeat acquirere: & hoc p mutationem. Et quia nō eſt aliqd natū acquirere quicq̄ ꝑ mutationem niſi ꝓpter ſuam imperfectionē: idcirco mutabilitas neceſſario ꝓſupponit imperfectionē: qua res nō habet pfectum eſſe naturę ſuę. & hoc ꝓpter ipſi⁹ limitationem: quæ eſt prima radix omniū: limitatio enim eſt cauſa impfectiōis: & p conſequēs omniū alioꝝ. Quia em̄ creatura limitata eſt: ideo impfecta eſt: & quia impfecta, ideo eſt mutabilis: & qa mutabilis, ideo eſt dependēs: & quia dependēs, ideo ordinē habet naturalē ad id a quo depēdet: vt quoquo modo pficiat p illud. Quia in relationib⁹ ꝓportionalibus id ſup qđ fundant, puta albū, in altero ſimiliū nō habet totaliter in ſe rationē albedinis: ſed ſolū participationē eius. ideo depēdet ad aliud albū: quia pfectius ſecundū rationē ſpeciei habet in duobus q̄ in altero illoꝝ. In actiuis etiā neceſſitate naturę: quia aut non habet niſi formam producendā in paſſiuo participatā vt calefactionē: aut non niſi virtute: vt ſol formā vermis. ideo etiā depēdet ad ſuā pfectionem habendā ab ipſo paſſiuo: & multo fortius econuerſo. In menſuris etiā planū eſt q̄ mēſuratum reſpectu menſurę quid impfectum eſt: & habet ſuā pfectionē a mēſura: licet ecōuerſo ne-
S quaq̄. AD ſecūdū q̄ relatio in deū & creaturas eſt relatio cōmēſuratiōis in qua non refert de⁹ ad creaturā niſi quia creatura refert ad ipm: Dicendū q̄ deus non ſolū refert ad creaturas ſecūdū cō mēſurationis rationem: ſed etiā ſecūdū rationē ꝓportionis & ſecūdū rationē actionis. Ad cuius intellectū ſciendū: q̄ ſecūdū phm. v. metaphy. ca. de relatione, tres ſunt modi relationū ſecūdū triplex genus cauſę formalis, efficiētis, & finalis, ad quos oēs relationes habent reduci: & illæ q̄ ſunt ſecūdū rē: & illę q̄ ſunt ſecūdū rationē. Sed phs ꝓponit eos in relationibus realibus: & eſt primus eoꝝ in ꝓportionibus. Proportionalia em̄ relationē habent inter ſe ſecūdū rationē vnius & multi. Propter qđ phs vocat eū ibidē modo nūeri. Vnū em̄ vt dicit. x. metaphy. habet idē & ſimile & æquale: & multū haber diuerſum & diſſimile & inęquale. & vt dicit in. v. æquale & ſimile & idē dicunt ſecūdum vnū modū: quia referunt ad vnū. hoc eſt ſecūdū cōmen. q̄ ꝓportio in eis eſt eadē in vtroq; extremo. Per qđ intelligit q̄ in eoꝝ cōtrariis inęquale diſſimile & diuerſum dicunt ſecūdū eūdē modum etiā quia referunt ad multū: eo q̄ ꝓportio in eis eſt diuerſa ī vtroq; extremoꝝ ab altero tm̄. Et eſt ī omnibus iſtis relatio ſcđm genus cauſę formalis: quia nō eſt niſi eoꝝ q̄ cōueniunt in forma generis aut ſpeciei. Sunt em̄ ęquale & inęquale in quantitate, idē & diuerſum in ſubſtantia, ſimile & diſſimile in qualitate: ſed diſſimile inter diuerſa ſpecie ſecūdū qualitatē: ſimile vero ꝓprie inter eadē ſpecie. Et dicunt inęquale, diſſimile, & diuerſum in cōmunicādo eadem forma difformiter: ęquale ſimile & idem in cōmunicādo eadē forma cōformiter. Secūdus aūt modus eſt in actionib⁹, actiua aūt & paſſiua ſunt relatiua per potētiā actiuā & paſſiuā in eis. Diſpoſitionem em̄ relationis vnū eorum non acgrit niſi reſpectu alteri⁹: vt calefaciēs reſpectu ei⁹ qđ calefit, vt habet. v. metaphyſicę. Et ē iſte modus ſecūdū genus cauſę efficientis manifeſte. Et in iſtis duobus modis eſt relatio ſecundū rē in vtroq; extremoꝝ. dicēte phō in. v. metaphy. Omnia q̄ dicunt modo numeri & potētiæ, ſunt relatiua quia eſſentia eorum dicitur ad aliud: & non quia illud aliud dicitur ad illa. Commenta. id eſt non quia alterū eoꝝ intrat in relationē p ſe: ſed ſupple vtrūq;. Tertius vero modus eſt in commenſurationibus: ſecūdum quē menſuratū dicit ad menſuram. Et eſt ſecundū iſtū modū relatio ſecundum rem in mēſurato: ſecūdū rationem vero in menſura. dicente phō ibidē. Intellectū & ſcitū dicit relatiuum qa ad illud dicit aliqd aliud. vbi dicit Commen. Relatio eſt duobus modis: aut in ſubſtantia vtriuſq; relatiui: aut in ſubſtantia alterius tm̄: & in altero propter iſtud. Et eſt iſte modus ſecundū

Ad ſcđm principale.

genus cauſæ finalis,illi enim qđ primo eſt vnũ, qđ eſt mẽſura:hoc nomen accidit ei ꝑ complemẽtũ quia ſcilicet eſt aliquid in ſe pfectum & cõpletũ qđ rõnes pfectionis & cõpletionis omniũ aliorum i ſe continet. Circa primũ iſtoꝝ modorum qui conſiſtit in ꝓportione ſecũdũ formam,ſciendũ eſt ꝙ T cõmunicãtia in forma poſſunt cõmunicare ea,puta ſimilia,quadrupliciter. Vno modo ſimpliciter & abſolute nulla ꝓgatiua ſecũdum formam exiſtẽte in vno ſup alterũ. Alio mõ in altero eoꝝ exiſtente ſcđm formam aliq̃ ꝓgatiua,& hoc tripliciter:vel ſecũdũ rõnem intenſionis:vel ſcđm rõnẽ imitationis,vel ſcđm rõnem ꝓductionis.Primo modo dicuntur ſimilia ęqualiter alba.Secũdo modo magis albũ & minus.Tertio modo exemplar & exẽplatũ.Quarto mõ ꝓducẽs & ꝓductũ.Et primis duob⁹ modis iſtoꝝ quatuor nõ ẽ aliqua relatio dei ad creaturas:quia creaturę nõ participant formã deitatis ſcđm rõnẽ qua eſt in deo,neq; ſecũdũ ęquale,neq; ſecũdũ magis & minus:ſicut mi⁹ albũ participat eãdẽ formã cũ magis albo:ſed creaturę ꝑticipant formã deitatis ſecundũ rõnem cuiuſdã imitationis:qđ ꝑtinet ad primũ modũ relationis.Et illã rationem imitatiõis participant quo ad eſſe exiſtentię ſecũdũ rõnem ꝓductionis.Sed hoc ꝑtinet ad ſecũdũ modũ relationis,Iuxta primũ iſtoꝝ quatuor modoꝝ in diuinis tres ꝑſonę ſunt ęquales & ſimiles in ſubſtantia,Iuxta ſecũdũ modũ nulla eſt relatio in diuinis:quia i illis nõ ſunt magis & minus.Iuxta tertiũ modũ eſt relatio filii i eoq; ẽ imago ad patrẽ.Iuxta q̃rtũ modũ ẽ relatio filii ad patrẽ & ſpũs ſancti ad vtrũq;. Terti⁹ aũt modus pricipalis relatiõis q eſt cõmẽſuratiõis,nullo mõ cadit in diuinis iter ꝑſonas:qa nulla ꝑſona habet formã deitatis ꝑticipatã ad menſurã:ſed ęq̃liter illimitate eſt in q̃libet ꝑſona diuina.Sed eſt inter deũ & creaturas:inter quos etiã ſunt alii duo modi pricipales relatiõis:ſed differẽter,qm̃ ſecũdus reſpicit ſolũmõ creaturarũ exiſtentiã:prim⁹ vero & terti⁹ reſpiciũt earũ eſſentiã:ſed differẽter. qm̃ prim⁹ reſpicit eẽntiã ſimplicit vt eſt eẽntia:terti⁹ vt eſt determinata quãtitate i gradu naturę. Sed primus modus nõ reſpicit eſſentiã creaturę ſub rõne q̃ eſt eſſentia ſimpliciter & abſolute abſq; oñi relatione immutationis:qualiter ſecũdũ primũ modũ ſeſe reſpiciũt ęqualiter alba:& magis & minus albũ:ſic em̃ non eſt relatio niſi inter illa q̃ hñt eãdẽ rõnem formę:ſed relatio dei ad creaturas ſecũdũ primũ modũ relatiõis reſpicit eſſentias creaturarũ ſub rõne imitatiõis.Sic em̃ eſſentię creaturarũ habent ſimilitudinẽ ad deũ. Et eſt inter deũ & creaturã relatio ſcđm genus cauſę formalis quę eſt inter exẽplar & exemplatũ:& eſt ſecũdũ rõnes ideales a quibus formaliter licet non effecti ue ſunt creaturarũ eſſentię id qđ ſunt ad ſe aliqd ꝑ eſſentiã.Et iõ philoſophus ponẽdo mũdũ cẽęternũ:& illa q̃ ſub deo exiſtunt ſcđm ſpeciẽ in vnico indiuiduo non eſſe ab alio ꝓductiue nec formaliter:ſed eſſe ex ſe formaliter q̃dã neceſſe eſſe:licet ſecũdũ formã inferioris gradus:nullam poſuit relationem realẽ aliorum ad primum:niſi forte ſcđm rationem menſurati tm̃modo. Vnde ſiqui adhuc nitunt dicere ꝙ nulla eſt relatio inter deũ & creaturã niſi ſecũdũ rõnem mẽſurę:negant inter ipſos eſſe aliquẽ reſpectũ ſecũdũ rationẽ cauſæ efficientis & formalis exẽplaris:& ꝑ cõſequẽs negãt deũ ſe habere ad creaturas in triplici genere cauſę:quia nõ eſt genus cauſę in aliquo ſecũdũ qđ nõ habeť habitudo & relatio inter ipſam & cauſatũ. NOS ergo qui debemus ponere ꝙ nec creaturæ V ſunt etiã vt obiecta cognita exiſtẽtia i diuĩa cognitiõe id qđ ſunt ad ſe aliqd ꝑ eſſentiã niſi ab alio: & id qđ ſunt ꝑ eſſentiã aliqd exiſtẽtia in ſola cognitiõe,nõ ẽ ab alio effectiue ſecũdũ gen⁹ cauſę efficiẽtis,qa illud ſolũ reſpicit rerũ exiſtẽtias:neceſſe habem⁹ ponere ꝙ eſt ab alio:ſed ſecũdũ gen⁹ cauſę formalis exẽplaris tm̃: & hoc a rõnibus idealib⁹ ſecũdũ ꝙ exponeť in q̃ſtiõe ſequẽte.Et ſic ex pte intellectus ſcđm rõnes ideales deus habet relationẽ ad creaturas ſcđm primũ modũ relationis:ſed ſecundũ rationem tm̃:quẽadmodũ in deo idea eſt aliquid ſcđm rõnẽ tm̃.Et eſt iſta relatio in deo ad creaturã nõ quia creatura eſt ad ipſum:ſed magis ecõuerſo. Etem̃ ſcientia dei ex ſola ſe eſt cauſa rerũ non quo ad ipſarum exiſtentiam:ſed quo ad ipſarum eſſentiã tm̃.Et cũ ſecundum hunc modũ creatura eſt a deo id qđ eſt ꝑ eſſentiã:quia eſt hoc ipm̃ ſecũdũ limitationẽ:neceſſario eſt ad ipſum vt menſuratũ ſcđm gradũ naturę determinatũ:ex quo habet relationẽ ad deũ ſecũdũ rõnẽ menſurati ad mẽſurã ſuam.Eſt em̃ eſſentiã creaturæ dupliciter conſiderare. Vno modo ſecundum id qđ eſt ꝑ eſſentiam. Alio modo ſecũdum quãtitatẽ & gradũ ipſius eſſentiæ.Primo modo referť ad deum vt ad exẽplatũ quid cauſę formalis.& hoc qa exẽplaris vt forma referť ad ipſum:& hoc ſecundum primũ modum relationis ꝑ quandã reductionem.Secundo mõ referť ad deum vt mẽſuratum eius: deus ad ipſam vt menſura: & hoc non niſi quia ipſa refertur ad ipſum : & hoc ſecundum tertium modum relationis.& quõ hoc,amplius exponetur in quæſtione ſequente.Et ſunt iſti duo modi relationis fundatę in eſſentia creaturæ ad deum abſq; ordine eius ad exiſtentiam: ita ꝙ relatio dei ad eſſentiam creaturæ ſecundum primum modum & rationem formæ,præſupponitur relatio ni creaturæ ad deum ſecundum tertium modum : & rationẽ finis. Et iſti duo præſupponuntu

relatioñi dei ad creaturam in ordine ad earum exiſtentiam extra diuinum intellectum: quæ eſt ex
X parte voluntatis: & pertinet ad ſecundum modum relationis & rationem efficientis. AD tertium Ad tertium
q̄ deus eſſentia ſua inquantū̃ continet pfectiones creaturarum in eſſendo, non referr̄ ad creaturas principale.
niſi quia ipſę referuntur ad ipſum: Aliter enim in deo eſſet relatio realis ad creaturas quia realiter
continet illas perfectiones: non quia creatura refertur ad ipſum: Dicēdum q̄ bene verū̃ ē q̄ deus ſe
cundum tertium modum relationis qui conſiſtit in cōmenſurationibus, eſſentia ſua referr̄ ad crea
turam quia creatura referr̄ ad ipſum: qm̄ ſua eſſentia ratione qua eſt eſſentia ſimpliciter, eſt vnica
menſura omnium creaturarum: & id quo ſimpliciter quātitas & gradus eſſentiæ earum habet co
gnoſci: & hoc per ſe & ex ſe. Q2 tamen ipſa eſſentia diuina vt menſura per ſe cognoſcit determina
te quantitas eſſentiæ creaturæ ſecundum gradum determinatum: hoc non eſt niſi inquantum cō-
tinet pfectiones earum: ſcdm q̄ hęc patebunt in quæſtione ſequenti. Sed tamen vtroq; modo nō re
fertur ſecundum tertiū̃ modum relationis ad creaturam niſi quia creatura referr̄ ad ipſum: quia ra
tio perfectionalis pertinet ad genus cauſæ finalis, ſecūdū̃ q̄ non eſt relatio finis ad aliquid niſi quia
illud ad ipſum. Q2 autem aſſumitur q̄ deus in cognoſcendo & volendo non refertur ad creaturas
niſi eſſentia ſua, inquantum continet in ſe perfectiones creaturarum in eſſendo: Dicendum q̄ in di
uina eſſentia eędem rationes ſunt perfectionales & ideales differenti ratione. Sunt autem eędem ra
tiones, quia vt ſunt perfectionales & vt ſunt ideales non ſunt in eſſentia ex natura eſſentiæ abſolu-
te niſi virtute tm̄: ſed ſolummodo ex conſideratione intellectus, vt patet de ipſis inquantum ſunt
ideales: & iam amplius patebit in ſequēte quæſtione: vbi etiam declarabit̄ quomodo ſunt in eſſen-
tia ſecundum actū̃ ex conſideratione intellectus inquantum ſunt perfectionales. Differūt aūt ſola
ratione: quēadmodum forma eadem eſt principium eſſendi & cognoſcendi vt forma: & pricipium
perficiendi vt finis. Quia inquātū̃ ſunt rationes ideales ptinēt ad deum: vt eſt cauſa formalis crea-
turarū̃: inquantum vero ſunt perfectionales, pertinent ad eundem vt eſt cauſa finalis. Et inquantū̃
ſunt rationes ideales, refertur deus ad creaturas per ipas, vt ipſę creaturę ſunt aliquid p eſſentiam
ad ſe: & vt ipſę ideę ſunt rationes cognoſcendi illas: & hoc ſecundum primū̃ modum relationis. In
quantum vero ſunt rationes perfectionales referr̄ deus ad creaturas per ipſas, vt ipſę creaturæ ſunt
aliquid limitatum in gradu quantitatis naturę: & vt illę ſunt rōnes mēſurandi gradū̃ quantitatis
in eſſentia creaturę: & hoc ſecundū̃ tertium modū̃ relationis. Et primo modo relationis nō referr̄
deus ad creaturas per intellectum & voluntatem qa creaturæ referunt ad ipſum: ſed econuerſo po
tius: ſed ſecundo modo: ſecundum q̄ iſta patebūt iam ex ſequente quæſtione.

Quæſtio. ii.



Arg. princi.

Irca ſecundum arguit̄: q̄ ſi in deo non eſſet pluralitas idearū̃: ſed vnatm̄ aut nul
la: ipſe non potuiſſet plura produxiſſe: quia ipſe aliter nō cognoſceret plura alia
a ſe: quia ratio producendi præſupponit rationem cognoſcendi: & idē ſecūdum
idē, cuiuſmōi eſſet de9 ſi nō eſſet in eo pluralitas idearū̃, nō facit niſi idē, ſicut nō
cognoſcit niſi idem, conſequens eſt falſum, ergo &c. CONtra, in libro de cau- In oppoſitū̃
ſis ſcribitur. Quāto aliquid eſt magis ſimplex & vnicum, tanto ad plura ſe extē primum.
dit, ergo etſi in deo eſſet tāta ſimplicitas q̄ in ipſo nō eſſet oīno rōnum idealiū̃ pluralitas: ad plura
poſſet ſe extendere in agendo & cognoſcendo. Itē agens artificiale ex vno habitu ſimplici plura p- Secundum.
ducit, ergo multo fortius deus ex vna ratione quæ eſt in ipſo. HIC oportet videre quō de9 nō intel Reſolu. q.
Y ligit pfecte aliud a ſe niſi p rōnes ideales: & quō propterea oportet ī deo plures ponere ideas: & per
quē modum. Eſt igit̄ primo ſciendū̃ q̄ nihil intelligit aliqd niſi id qđ eſt p ſe obiectū̃ virtutis qua co
gnoſcit: vel id cui9 illud p ſe obiectū̃ eſt rō cognoſcēdi, qa virt9 q̄ intellect9 ītelligit, q̄ eſt ītellect9 ei9,
paſſiua eſt: q̄ nō mouet ad actū̃ intelligēdi niſi a p ſe obiecto. Obiectū̃ aūt ītellect9 cōiter ſumēdo ra
tionem obiecti, pōt eſſe dupliciter. Vno mō potētiā intellectiuā informādo actu ītelligēdi ſua actio-
ne. Alio modo ipm actū̃ intelligendi terminādo ſua cognitione. Primo modo nihil eſt obiectū̃ p ſe
diuini intellectus niſi ipſa diuina eſſentia: vt eſt intelligibile qđdā habens rōnem veri. qm̄ vt dicit
plis in. xii. metaphy. ſecūdū̃ expoſitionē Cōmēta. intellectū̃ eſt perfectio intelligentis. ſ. inquantū̃ mo
uet ipſum ad ſuā perfectionem quæ ē intelligere. Et ſic ſi aliud a ſua eſſentia eſſet per ſe obiectū̃ in-
formans diuinū̃ intellectū̃ actu intelligendi: tūc ſubſtātia ſua nō eſſet nobiliſſima omniū̃: quia nobi
litas non eſt ei niſi quia pficit̄ per aliud: qđ aliud neceſſe eſt vt ſit nobilius eo. Secūdo mō contingit
aliqd eſſe obiectū̃ intellect9 dupliciter. Vno mō primariū̃. Alio mō ſecūdariū̃. Obiectū̃ primariū̃ nō
eſt niſi obiectū̃ iformās aliqd ad actū̃ ītelligēdi: & nō eſt niſi ipſa diuina eſſentia q̄ p ſe ītelligit a deo:
& nihil aliud ab ipſo: ſecundum determinationem philoſophi ibidē. Obiectum aūt ſecūdarium eſt
aliud a ſe, ſi ēm nullo modo aliud a ſe eſſet obiectū̃ cognitū̃ ab ipſo: tunc eſſet inſipientiſſimus, vt di

cit phs primo de aĩa cõtra Empedo. Sed aliud a se vt obiectũ secundariũ suæ cognitionis potest co gnoscere dupliciter. Vno mõ cognoscẽdo de creatura id qđ ipsa est ĩ deo. Alio modo cognoscendo de ipsa id qđ ipsa habet esse in seipa aliud a deo, q̃uis non habeat esse extra eius notitiam. Primo mo do cognoscit Hercules cognoscẽdo Herculis imaginẽ, scđm q̃ est res q̃dã: nõ secundũ q̃ est imago. Hoc modo deus cognoscit alia a se: vt sũt in sua essentia idem qđ ipa: & sic nõ vt alia, q̃m vt sic sũt in eo, sunt vnũ simplex cũ eo oĩb⁹ modis. Secũdo aũt mõ cognoscit alia a se vere: sine quo nõ eẽt ĩ eo perfecta notitia: quẽadmodũ nunq̃ cognosceret aliquis perfecte Herculem in imagine sua nisi co gnosceret imaginem sub ratione qua est imago. Sic autem sua essentia qua cognoscit se cognoscit alia a se, nõ dico sua essentia vt est simplex essentia: secũdũ quã rõnẽ sua essentia se solũ cognoscit: & nõ alia: nisi vt sunt ĩ ipso id qđ ipe: sed vt ipsa essentia est ratio & habet rationẽ respectus quo respi cit alia a se, non vt q̃ sunt p existentiam aliquid extra in seipsis: sed vt quæ sunt p essentiam aliquid in diuina cognitiõe: videlicet in eo q̃ diuina essentia est ratio & forma exẽplaris illoꝝ: & vt forma & causa & pricipium formale exemplatoꝝ, vt supra tactũ est. Et vt puto secũdũ rationem talis cau salitatis Cõmẽ. super. xii. metaphy. intellexit deũ cognoscere alia a se cũ dixit. Et veritas est q̃ scđm q̃ scit se tm̃, scit entia in esse qđ est causa eẽ eoꝝ. Et sciẽtia ęquoce dicit de sciẽtia sua & nostra: sua em̃ sciẽtia est cã entis: ens aũt est cã sciẽtię nostrę. Illa aũt rõ in diuina essentia secũdũ quã sua essen tia ẽ rõ qua cognoscit alia a se: nihil aliud est q̃ imitabilitas q̃ ab aliis imiteť: quã vocamus ideã, quę est talis ratio siue respect⁹ in diuina essentia non ex se vt essentia est secũdũ se & absolute: nisi in vir tute & quasi in potẽtia: sed vt est iã cognita: & obiectũ primũ intellectus diuini secũdũ actũ. Et per hoc scđm actũ habet rõ illa esse in essentia ex cõsideratiõe intellectus circa eã in cõprehendẽdo eam sub ratione imitabilis: vt secũdũ hoc idea nihil aliud sit de ratione sua formali q̃ respectus imitabi litatis ex cõsideratiõe intellect⁹ in ipsa diuina essentia. & hoc nõ vnicus tm̃ quo imitabilis sit a crea tura simpliciter & in vl̃i: sic em̃ de⁹ nõ cognosceret alia a se nisi cognitione vl̃i & vt vnũ: sicut respe ctus ille esset vnus: & sic sciret singula entia nõ nisi in põtẽtia: sed est plurificatus secundũ essentias absolutas rerũ secundum specialissimas species: & hoc ab ope intellectus. Intellectus em̃ diuinus qa pspicacitatis est infinitę, totã virtutem suæ essentiæ intelligẽdo penetrat, quẽadmodũ (vt vtar exẽ plo Commenta.) qui scit naturã caloris secũdũ q̃ est calor simpliciter, nõ dicit nescire imo scire na turã caloris existentis in rebus calidis: et hoc p hunc modũ. calor em̃ existens in rebus calidis est in illis participatus secũdũ diuersos gradus caloris: q̃ omnes continentur virtute & sub indistinctiõe in calore simpliciter. Qui aũt sciret caloris naturam secũdũ q̃ est calor simpliciter: oẽs gradus il los scđm quos sunt plura extra existẽtia attingeret in vno simplici cognito: ĩ quo nõ habent esse vt plura & secundum gradus: sed vt vnũ, scđm diuersas rõnes virtute in illo existentes: & hoc attin gendo per cognitionem secundum actũ omnes illas rationes non vt quędã obiecta cognita: sed vt rõnes quasdã cognoscendi alia vt obiecta secũdario cognita, s. illa q̃ sunt extra scđm grad⁹ existẽtia quoꝝ sunt rationes. Cõsimiliter est ĩ ppolito: q̃ deus cognoscendo naturam entis in eo q̃ est ens simpliciter, qđ est ipse, cognoscit naturã entis i quolibet ente extra, qđ est in illis participatũ: licet se cundũ aliã naturã in essentia: & inferiorẽ q̃ sit diuina essentia: & secũdum diuersas naturas specifi cas: secũdũ quas sunt diuersi gradus in ipsis participantibus. In hoc em̃ nõ est simile exemplum de calore: quia omnis calor existens in rebus secũdũ diuersos gradus idẽ est in natura specifica cũ calo re simpliciter: & ibi inuicẽ. Cognoscit aũt deus ĩ eo q̃ cognoscit ens simpliciter qđ est ipse, naturam cuiusq̃ entis secũdũ gradũ suũ extra existentis: quia ens existens extra scđm omnes gradus suos cõ tinet virtute in ente simpliciter qđ est ipse: nõ aũt vt in aliquo vl̃i: sed vt in aliquo singulari: qđ vir tute est omnia vnice in vnico simplicissimo. Et qa in ente simpliciter qđ est ipse cõtinent virtute se cundũ oẽs gradus suos entia q̃ sunt extra: ideo sciendo naturã entis secũdũ q̃ ens simpliciter qđ est ipse, omnes gradus entis existẽtis extra p cognitionẽ attingit in vno simplici cognito: in quo nõ habent esse vt plura & secũdũ gradus: sed vt vnũ secũdũ diuersas rõnes virtute in illo existentes, & hoc attingendo p cognitionẽ secũdũ actũ oẽs illas rõnes nõ vt obiecta cognita: sed vt rõnes quasdã intelligẽdi ipsa obiecta vt secũdario cognita: q̃ sunt extra scđm gradus existẽtia: quoꝝ sunt rõnes. Et hoc maxime qa huiusmõi rõnes in deo nõ sunt nisi respect⁹ quidã quibus ipse vt forma exẽpla ris relatiue se habet ad essentias rerũ extra: sicut ad q̃dã exẽplata relatiue se habẽtia ad deũ: in eo q̃ id qđ sunt aliqd p essentiã exemplata quędã sunt. Cognoscẽs em̃ distincte vnũ relatiuoꝝ necessario simul cognoscit & aliud. Et est talis hęc dei cognitio in cognoscendo se secũdũ rõnẽ formę exempla ris: a quo secũdũ rõnem causę formalis hũt esse aliqd p essentiam ipsa exẽplata in esse suo cognito. & hoc quẽadmodum intellectus nõster entia facta ab ipso constituit in esse cognito: q̃ sicut sunt di-

Z

minuta entia reſpectu alioꝝ exiſtentiũ quoꝝ intellectus noſter nõ eſt cauſa: neq; q̃ habent eſſe ſim
pliciter: qa q̃ ſic hñt eſſe nõ habent niſi a deo: neq; q̃ habent eſſe cognitũ: qa q̃ ſunt in eſſe cognito
intellectus noſtri, huius ipſa potius ſunt cauſa q̃ ipſe intellectus noſter: qa nõ ſunt in cognitione in
tellectus noſtri vt obiecta cognita & opata ab intellectu: ſed vt obiecta agentia intellectũ: & facien
tia vt intellect⁹ noſter ſit intellect⁹ ſcdm actũ. p qđ ſeipſa faciũt eſſe in eſſe cognito intellect⁹: qđ nõ
facerẽt niſi ex ſe ſecũdũ actũ eſſent entia vera: reſpectu quoꝝ intellectus quodãmõ eſt ens in potẽtia.
Sic em̃ iſta eadẽ entia reſpectu entis qđ de⁹ eſt ſunt diminuta entia: nõ tñ ſic diminuta ſicut ſunt
entia opata ab intellectu noſtro: qa illa nullo mõ nata ſunt habere aliquod eſſe verũ extra itellectũ
p̃ter eſſe cognitũ qđ hñt in itellectu. Iſta aũt nõ ſunt ſic diminuta reſpectu entis qđ deus eſt: & exiſtẽ
tia in eſſe cognito: quin in illo eſſe ſint aliquid ad ſe per eſſentiã qđ natũ eſt deo efficiẽte etiã exiſte-
re extra diuinũ intellectũ præter eſſe cognitũ in eſſe exiſtentię: qđ eſt eſſe verũ & pfectum. Vnde cũ
ſcdm plm. vi. metaphy. Ens diuidit in ens diminutũ: qđ cõtinet oñe ens cõſtitutũ ab intellectu in
eſſe cognitũ: qđ nõ habet aliud eſſe p̃ter iſtud: nec poteſt habere: & in ens verum & perfectũ: et illđ
ſubdiuidit in ens p accidens ſiue in accidente: & in ens p ſe ſiue eſſentialiter. Ens eſſentialiter intel
ligit quicquid ad ſe eſt aliqd natũ exiſtere in eſſe vero & pfecto extra intellectũ: licet habeat pri⁹ eẽ
in ſolo intellectu. Et ens iſtud ſubdiuidit in decẽ p̃dicamẽta: quia ad rõnem p̃dicamẽti, & q̃ aliquid
dicat eẽ res p̃dicamẽti, nihil requirit niſi q̃ ſit aliqd p eſſentiã, nõ ab ope intellect⁹ noſtri. Eſt em̃ p̃dica
mẽtũ cõtẽtiuũ taliũ rerũ nõ ſecũdũ q̃ ſunt ĩ eſſe cognito, neq; ſcdm q̃ ſunt in eẽ vero: ſed ſecũdũ q̃
ſunt aliqd ſimpliciter: p ĩdifferẽtiã ſe hñs quãtũ ad illud qđ eſt p eſſentiã, ad vtrũq; illoꝝ eſſe, dicẽ-
te Simplicio exponendo intẽtionẽ libri p̃dicamẽtoꝝ. Ipſa dictio ſubſtãtię ſymbolũ eſt exiſtẽs ſubſtã-
tię q̃ eſt in entibus ſuis: ſiue ſit in hypoſtaſi, ſiue penes intellectũ exiſtat, nihil em̃ hoc quantum ad
p̃dicamentũ differt. nõ em̃ ſecũdũ q̃ in hypoſtaſi, ſunt res ſignificatę a p̃dicamento: ſed ſecũdũ q̃ cõ
cipiunt vel exiſtẽtes vl' tanq̃ exiſtẽtes. His viſis deſcẽdendo ſpecialiter ad q̃ſtionem dico: q̃ ſi ĩ deo Reſponſio.
A diuina eſſentia non haberet niſi rõnem eſſentiæ & abſoluti abſq; omni ratione reſpectus & imitabi-
lis ad extra: nihil de⁹ cognoſceret niſi ſuã eſſentiã & ſeipſum: & illa quę intra ſe ſunt ipſa eſſentia: &
nihil eoꝝ quę ſunt extra, niſi ſecũdum q̃ ſunt in ipſa: & id ipſum cum ipſa. quod non eſſet aliud q̃
cognoſcere ipſam vt ipſa eſt: & alia ab ipſa vt alia ſunt ignorare. Vlteri⁹ ſi non eſſet in ipſa niſi vna
ratio imitabilitatis & reſpectus ad creaturã ſimpliciter: nõ cognoſceret p ſuã eſſentiã alia a ſe niſi
in vl̃i: & ſcia vl̃i, ſ. inquantũ ſunt ſimpliciter entia: & eſſet cognitio ſua in cognoſcendo alia a ſe im-
perfecta & in potẽtia. vt em̃ dicit Cõmen. xii. metaphy. ſup capitulũ de ſciẽtia dei, illud cuius ſcien-
tia ẽ vl̃is ſcit particularia q̃ ſunt in actu & in potentia. Vlteri⁹ ſi nõ eſſent reſpect⁹ imitabilitatis ĩ ip
ſa niſi ſecũdũ numerum generũ: aut ſpecierũ ſubalternarũ: adhuc non haberet ſcientiam niſi vl'em
ipſarum ſpecierũ q̃ ſup formam cõmunẽ gñis addũt ꝓprias formas differentiarũ. Vnde quia indi
uidua non addũt formã ſup formã ſpeciei ſpecialiſſimę: ſed ſolũmodo determinationẽ eius ſecũdũ
q̃ alibi declarauimus: ita q̃ in cognitione rerũ ſcdm ſuas formas ſpecificas perfecta notitia eorũ cõ
ſiſtat: ad perfectã notitiã rerũ oportet in deo ponere tot reſpectus imitabilitatis ſiue ideas: quot ſũt
ſpecies ſpecialiſſimę rerũ illarũ quarũ ſunt ideę: & p ideas illarũ cognoſcit ea ſiue ſint ſimplicia ſiue
compoſita: & in illis ipſa componentia: & iuxta illas ea q̃ eis accidunt: & non habent ideas proprias
vt ſunt relationes reales: & ea q̃ ſunt rationis circa ipſa ab aĩa: & ſimiliter ea q̃ ſub eis ſunt vt ſingu
la indiuidua ſub ipſis ſpeciebus: ſecũdũ q̃ alibi declarauimus. Non em̃ ponimus cũ Cõmẽ. q̃ quia
particularia ſunt infinita, ideo nõ determinant a ſcientia dei. licet em̃ non ponamus q̃ ſcia dei ſit
vl̃is aut particularis: tñ ſuis ideis q̃ ſunt rõnes ſpecierũ vniuerſaliũ ſpecialiſſimarũ eque pfecte co-
gnoſcit & ipſas ſpecies & ſingula indiuidua ſub ipſis. Et ſic dico q̃ oportet ponere ideas eſſe in deo
& hoc ꝓpter quatuor: vt pfecte explicemus neceſſitatem ponendi eas. Primo em̃ oportet eas ponere
ad cognoſcendũ alia a ſe perfecte ſecundũ rationem qua alia: & plures ideas in deo ſcdm dictũ mo
B dum, vt oĩa alia a ſe pfecte cognoſcat. Siquidẽ vt dicit Augu. in queſtione de ideis: tanta in eis vis
cõſtituit vt niſi his intellectis ſapiens eſſe non poſſit, ſ. cognitione illa qua habet cognoſcere alia a ſe.
Et quia vt dictũ eſt talis ſciẽtia de rebus ex parte dei eſt cauſa exemplaris rerũ vt ſint ad ſe aliquid
p eſſentiam: ideo ſecũdo ꝓpter creaturas plures ſpecie differentes, vt ſint aliquid p eſſentiam, eſt ne
ceſſe ponere ideas plures in deo: quib⁹ in notitia ſua habet pſentialiter vt in mundo archetypo ſin-
gula pſentia ab æterno: & quę nunq̃ futura erãt in exiſtẽtia: poſſibilia tñ fieri: & quæ erant futura:
& hoc in eſſe ſuo quiditatiuo qđ ſunt p ſuã eſſentiã p diuinã ſcientiam conſtitutã. Deus em̃ nõ per
fecte ſe ab æterno cognoſceret niſi ſe cognoſceret vt principium aliorum conſtitutiuũ. ſciendo em̃
ſe in ſua cognitione vt quædam cognita, ipa ſcita alia a ſe habent eſſe id qđ ſunt p ſuam eſſentiã: &

aliquid ad ſe.Et hęc eſt pærfectiſſima ſcientia & modus pfectiſſimus ſciendi alia a ſe,a ſcia em̃ tali ip
ſa ſcita alia habent eſſe id qđ ſunt.Primo em̃ ab hmõi ſcia habent eſſe id quod ſunt per eſſentiam in
cognitione interiori:vt a cauſa exemplari:& deinde per voluntatem per efficientiam: vt a cauſa ef
ficiente in exiſtentia exteriori,ſecũdum formam & modum quo habent eſſe in ſcientia interiori.ſe
cundum q̃ dixit Boetius tertio de conſolatione.Tu cuncta ſuperno Ducis ab exemplo, pulchrum
pulcherrimus ipſe Mundum mente gerens,ſimiliq̃ imagine formãs.Et Ber.Sylueſter.Sua prior re
rum natiuitas diuina celebrat in mente:Secũda eſt quæ ſequitur actiõe.& infra.Ad æternas inſpici
ens notiones germana proximante ſimilitudine rerum ſpecies reformauit,& infra.In qua vitę viuẽ
tis imagines,notiones ęternę,mundus intelligibilis, rerum cognitio præfinita. Erat igitur videre
velut in ſpeculo certiori qcqd gñatiõi,qcqd opi dei ſecretior deſtinauit affect9:illici gñe i ſpecie i in
diuidua ſingularitate conſcripta quicquid hyle:quicqd mundus:quicquid parturiũt elemẽta illic
exarata ſupni digito depictoris:textus temporis:fatalis ſeries:diſpoſitio ſæculorum: illic lachrymę
pauperũ:fortunæq̃ regũ:illic potẽtia militaris:illic phorũ felicior diſciplina:illic quicquid angelus:
quicqd ratio comprehendit humana:illic quicquid cęlũ ſua complectitur curuatura.Et Seneca:ad
Lucilium epiſtola.lxviii.Plato exemplar ideam vocat:hoc eſt enim ad qđ aſpiciẽs artifex id qđ deſti
nauit effecit.Hęc exemplaria rerum omniũ deus intra ſe habet:numeroſq̃ vniuerſorum quæ agen
da ſunt & modos mente complexus eſt:plenus his figuris quas Plato ideas appellat immortales,in
numerabiles,infatigabiles,ltaq̃ homines pereunt:ipſa autem humanitas ad quã homo effingit,per
manet. Quibus concordat Auguſt.lxxxiii.q.q.xlvi.ſic inquiens. Ideas primo Plato appellaſſe phi
betur:non tamen ſi hoc nomen anteq̃ ipſe inſtitueret non erat,ideo vel ipſę res nõ erãt quas ideas
vocat:vel a nullo erant intellectę:ſed alio atq̃ alio nomine ab aliis atq̃ aliis nuncupatę quæcũq̃ res
ſunt.Rem videamus q̃maxime cõſiderãda atq̃ noſcẽda eſt.Ideas igit latine poſſumus formas vel
ſpecies dicere.Sunt nanq̃ ideæ principales quædam formæ vel rationes rerum ſtabiles atq̃ immu
tabiles:quæ ipſę formatæ non ſunt: atq̃ per hoc æternæ,ac ſemper eodem modo ſe habentes:q̃ diui
na intelligentia continentur:& cum ipſę nec oriantur nec intereant:ſecũdũ eas tamen formari di
citur omne qđ oriri & interire poteſt.& infra.Qđ ſi recte dici & credi poteſt,reſtat vt omnia ratio C
ne ſunt cõdita:nec eadem ratione homo qua equus,hoc em̃ abſurdum eſt ęſtimare. Singula igitur
propriis ſunt cõdita rõnibus.Et ne aliqs puerſe exponeret dicendo q̃ verũ eſt ex pte cõditi:vt alia
ratione quæ eſt in homine conditus ſit hõ:& alia quæ eſt in equo cõdit9 ſit equus:qa ſecũdum aliũ
gradum naturæ ſubſiſtunt illę & iſtę:ideo cõtinuo ſubdit. Has autem rationes vbi arbitrãdum eſt
eſſe niſi in ipſa mente creatoris?Non enim extra ſe quicq̃ intuebatur vt ſecundum id conſtitueret
qđ conſtituebat.Cui etiam concordat Plato,cuius ſententiam prædicti defendunt.Dicit em̃ in prin
cipio ſecundi Timæi.Mens cuius viſus contemplatioq̃ intellectus eſt,genera idearum contempla
tur intelligibili mundo.Sed vtrum Plato cum ſequacibus ſuis ideas appellabat reſpectus quoſdam
imitabilitatis in diuina eſſentia,vel ipſas rerum eſſentias in diuina cognitione exiſtentes,non ſatis
clarum eſt ex dictis ſuis. Quia tamen ideam ignis ignem appellat,& ſic de cæteris:ſecundũ q̃ dicit
verſus finem Timęi,mouendo dubitationem de poſitione idearum ſic inquiens:Eſt ne aliquis ignis
ſeorſum poſitus:iterum cæteræ ſpecies quas concipientes mẽte dicimus ſeparatas a cœtu corporea
rum ſpecierum fore archetypa exemplaria rei ſenſibilis:an hæc ſola ſunt quæ videnť:q̃q̃ corporis i
tentione ſentimus:nec præter hæc vlla ſunt vſpiam: ſed fruſtra præſumitur eſſe intelligibiles ſpe
cies quarum ſunt imagines ſenſibiles: eaſq̃ nihil aliud eſſe q̃ verba!& reſpondet poſt aliqua inter
poſita : Fatendum eſt eſſe hmõi ſpeciem ſemotam a ſenſibilibus & cętera:magis apparet q̃ poſuit
ideas ipſas rerum eſſentias in diuina notitia,q̃ ipſas rationes in diuina eſſentia. Qđ maxime patet
ex hoc quod dicit Auguſti.in dicta quæſtione. Ideas latine poſſumus vel formas vel ſpecies dicere:
vt verbum e verbo tranſferri videatur.Si autem rationes eas vocamus,ab interpretãdi proprieta
te diſcedimus, rationes enim græce logoi appellant non ideę:& conſtat q̃ eſſentię rerum in diuina
notitia ꝓprie dicuntur formæ aut ſpecies:non autem rationes,ſecundum etiam q̃ Auguſt.vt iam
habitum eſt,eas vocat res dicẽs.Tñ quiſqs hoc vocabulo ratio vti voluerit:à re ipſa non abhorret.
ſunt nanq̃ ideæ &c.vt ſupra iam.Sunt enim eſſentiæ rerum vt ſunt in diuina cognitione exẽpla
ria ſuiipſius vt habent fieri in exiſtentia quodammodo:quẽadmodum diuina eſſentia ſecundũ ra
tiones ideales eſt forma exemplaris qua eſſentiæ creaturarum ſunt id qđ ſunt vt quædam exẽpla
ta.Modus tamen theologorum magis cõſuetus eſt appellare ideas ipas rõnes imitabilitatis: ſecun D
dum q̃ expoſitum eſt. Sed poſitionem idearum ſecundum q̃ eſſentiæ rerum appellantur ideę,quo
ad naturas eſſentiarum ſecundum q̃ eſſentiæ ſunt:optime exponit Auicen.in ſua metaphy.ſecũdũ

q̃ alibi tractauimus. Sed positionem idearum cõtra Platonẽ multum nititur improbare Aristote, quasi posuisset ipsas esse separatas a rebus existentibus,& extra intellectum diuinum:& forte etiã intendebat ostendere q̃ nec ponendum esset eas inesse in diuino intellectu sine notitia: quia essentias rerum specificas non posuit nisi quasdam existentias & quædam necesse esse ex se: nec effectiue nec formaliter a deo,vt iam dictum est. Sed q̃ catholici in hoc nituntur eum sequi negando ideas & rerum essentias in diuina notitia fuisse vt quædam cognita ab æterno: hoc satis mirabile est illi cui patent p̃dicta:maxime cũ hoc sit vnũ eorũ in quib⁹ Augustꝰ docet dicta Platonis magis
E concordare cum sacra doctrina,q̃ dicta Aristo. TERtio vero necesse est ponere ideas licet non sub ratione idearum:quia necesse est ponere in eo rerum perfectiones quibus est rerum singularum p̃pria mensura. Differunt enim sola ratione,rei idea & perfectio in deo. Ad cuius intellectum sciẽdũ circa rationem mensuræ in qua consistit tertia species relationis:q̃ secundum philosophum in.x.& v.metaphy. Mensura est illud p̃r qđ cognoscitur quãtitas rei. Et est transumptum hoc nomen mẽsura ab vno numerali qđ est mẽsura numerorum,ad quodlibet eorum quæ dicunt mensurare: sicut est transumptum hoc nomen quantitas a quantitate numerali. Vnde quantitas hic numeranda appellat gradus rei in dignitate naturæ & essentię:& mẽsura appellat in vnoquoq; genere illud qđ est p̃ se cognitũ i quãtitate naturę & essentię suę:& rõ cognoscẽdi quãtitatẽ aliorũ:quẽadmodũ in mẽsuris q̃ sunt ab institutione,vncię quãtitas nota ẽ ex se:& ideo est mẽsura oĩm põderũ:& inter mẽsuras q̃ sunt a natura rei vnitas cuius quãtitas notissima est in discretis mẽsura est oĩm numerorum. Vnde si aliquid ponatur mensura qđ habet aliud notius eo quo habet mẽsurari,semp reducẽdũ est ad aliquod primũ qđ est simplicissimum & notissimum in suo quãto:qđ aliorum poni debet mensura,dicente philosopho,v.metaphy.ca.de vno. Prima mẽsura est principium,& illud qđ primo scimus apud nos est prima mensura in quolibet genere:vt dicit Cõmen.& oportet vt omne mensurans primum in omni genere sit primum in esse & cognitione:cum p̃r illud cognoscimus mensuratum:ita q̃ licet in singulis generibus sint singulæ mensuræ tales:tamẽ in genere entium vniuersaliter sit mensura aliorũ vnum ens primũ & prima substantia. Quã vt dicit Cõmen,intendebat Aristo,esse primum motorem:qui non solum est principium sicut motor:sed sicut forma &
F finis. ET est aduertendum q̃ talis mensuræ triplex est genus:& secundum hoc triplex est ratio mẽsurandi tali mensura. Est enim quædam mẽsura quæ a mensurato exceditur semper:& ideo nõ mensurat nisi replicatione. Est vero alia quæ quandoq; excedit:quãdoq; exceditur:quãdoq; æquatur:& ideo quandoq; mensuratur replicatione:quandoq; explicatione:quandoq; absolute. Est vero tertia quæ mensuratum semper excedit: & ideo mensurat sola explicatione. Verbi gratia. Primo enim modo mensurandi vnitas quæ primum est & simplicissimum in numeris,& ex se nota in sua quantitate,non mensurat numeros nisi sua replicatione. Vnitate em̃ tantus cognoscitur esse numerus quotiens in eo cognoscitur replicari vnitas. quantitas enim binarii cognoscitur ex hoc q̃ in eo cognoscitur vnitas non nisi bis replicari:& quantitas ternarii q̃ non cognoscitur in eo nisi ter replicari:& sic deinceps. Secundo autem modo mensurandi motus diurnus cæli est primum & simplicissimũ in motib⁹:quia vniformis est & in termino quodã consistit sine additione & diminutione ab eodem in idẽ:& ideo notissimus in sua quantitate. Qui motus inquãtum includit mensurã sibi intrinsecam quę est tẽpus:alios quos excedit mensurat explicatione alicuius partis quã in se cõtinet indistinctam a toto:& ita quodãmodo virtute & in potentia. Motus vero qui ipsum excedũt mensurat seipso cũ partis sui replicatione:vel replicatione suiipsius super se semel vel pluries. Motus vero æquales sibi mensurat seipso simpliciter absq; replicatione aut explicatione. Si em̃ videre voluerimus quantum viator itinerauerit,cognoscendo mensurã quantitatis motus eius(dico qua mensuratur secundum durationem,secũdũ quã motus cęli diurnus est mẽsura aliorum motuũ. aliã enim rationem mensuræ habet motus secundum spatium: de qua nihil ad præsens) nos aspicim⁹ ad motum cæli diurnum applicando illum per intellectum motui mensurando. Quẽadmodum si quis velit mensurare pannum,applicat ei cubum:& si inuenitur mensura excedens,mensurat explicando & determinando atq; signando aliquam partem in ea quæ illi æquatur:& secundum illã cognoscitur quantum sit mensuratum:vt motus mẽsuratus si sit semidiurnus vel quartam partem quantitatis diurni motus continens:& sic secundum cæteras proportiones in plus vel in minus cõtinendo q̃ semidiurnum. Si vero inuenitur q̃ mensura excedit:tunc mẽsurat replicando vel seip̃m vel partem eius:& dicitur esse diurnus & quartam partem quintam vel sextam vel aliquam hmõi continens:aut bidiurnus aut tridiurnus:& sic de cæteris proportionibus. Si vero inuenitur q̃ mẽsura non exceditur,iudicatur motus ille diurnus simpliciter. Tertio vero modo mensurandi deus

eſt menſura omnium entium: quia eſt primum & ſimpliciſſimum: & inquãtum eſt ex ſe notiſſimũ in natura ſua. Sed quantitate naturæ ſuæ eo ꝙ illimitata & infinita eſt perfectione non priuatiue ſed poſitiue: ſecundum ꝙ alibi declarauimus: eſt menſura excedens omnium aliorum entium: eo ꝙ omnia limitata ſunt & finita in quantitate & gradu naturæ ſuæ. Ita ꝙ ſi deo vt menſura debeat cognoſci quantitas & gradus determinatus alicuius entis creaturæ: hoc non poteſt eſſe ſeipſo ſimpliciter: ſed ſolum modo explicatione alicuius quantitatis virtualiter contentæ in deo vt in menſura excedente: quæ proprie reſpondet quantitati rei menſurandæ: & ſic ęqua eſt illi ſecundum quandã correſpondentiam: etſi non ſimpliciter, quẽadmodum motus diurnus ſeipſo vel replicatiõe aut explicatione adęquatur cuilibet alteri motui. Quantitas autem illa virtualis in deo explicanda quæ ęqualis debet eſſe quantitati rei mẽſurandæ per quandam correſpondentiam etſi non ſimpliciter: cum non habet eſſe in deo ſecundum rem: ſiue ſignata & diſtincta actu: quẽadmodum in denario ſecundũ rem ſunt & actu ſignata ſex a quatuor & diſtincta abinuicem: vt ſi denarius eſſet propria menſura numeratorum, ſenarii explicatione menſuraret quædam, & alia explicatione quaternarii: ſiue nec ſignata nec diſtincta: quẽadmodum in motu diurno ſecundum rem ſunt ſemidiurnũ diurni &cętera hmõi: ſed non ſignata aut diſtincta abinuicẽ ſecũdũ actum: ſed ſignantur per intellectum: cum alium motum menſurat alicuius partis ſui replicatione: oportet igitur ꝙ ſit in deo ſola ratione, aut nullo modo ipſo vt menſura poterit cognoſci rei menſurandæ quantitas. SOla autem ratione non habet eſſe in eo niſi ex ſola conſideratione intellectus. Quare cũ ſingulis gradibus in eſſentiis creaturarum debeant reſpondere ſingulæ ratiões p̃dictæ in deo: oportet ad hoc ꝙ de⁹ ſit omniũ menſura vt qua cognoſcitur rei gradus & quantitas in ſua eſſentia: ꝙ ſola intellectus cõſideratione habeant ibi eſſe rationes illæ diuerſæ: & hoc tanq̃ ꝓprię ratiões ſingulorum, & mẽſuræ propriæ: & propria principia cognoſcendi quantitates earum: vt deus ipſe ſimpliciter cõſideratus ſit menſura omnium cõmunis & excedens: rationes vero iſtę ſingulę ſint menſuræ ſingulorum per quandam correſpondẽtiam coęquatę. Quæ quidẽ rationes eędem ſunt cum rationibus idealibus: & differunt ſola ratione: quia ideales dicuntur inquantum ſunt rationes cognoſcẽdi eſſentias rerum vt ſunt eſſentiæ ſimpliciter, ſecundum præexpoſitum modum. Dicuntur vero rationes perfectionales inquantum ſunt rationes cognoſcendi pręciſe quantitatem: & gradũ in eſſentia & natura cuiuſlibet entis creati. Et habet deus referri per hmõi rationes ad creaturas ratione eſſentiæ earum ſimpliciter inquantum ſunt ideę penes primũ modũ relationũ: non quia creatura refertur ad ipſum: ſed econuerſo magis ſecũdũ ꝙ p̃dictum eſt. Inquãtum vero ſunt ratiões perfectionales habet referri ad eaſdem ratione quantitatis earum: penes tertiũ modum relationis: quia creaturæ referuntur ad ipſum & non econuerſo: vt ſit ordo iſte ꝙ cũ ſciẽtia dei ſecundũ rationes ideales ſit cauſa rerum cognitarum cauſando ſecundum rationem cauſæ formalis ſecundum prædicta id qđ ſunt ex ſe: neceſſario ordine cauſalitatis & principii & quaſi quodam ordine naturę prius eſt ratio idealis in deo q̃ ſit in creatura id qđ eſt ad ſe per eſſentiam: & ideo de⁹ refertur ad creaturam ſecundum ideas: non quia creatura refertur ad ipſum: ſed econuerſo magis. Ex eo autẽ ꝙ creatura a deo per rationes ideales habet id qđ eſt a ſe per eſſentiam alienam: neceſſario habet eam ſecundum determinatam quantitatẽ & gradum naturæ quem determinat in ea ſecundum rationẽ cauſæ formalis propria ratio idealis. Quæ quidem quãtitas licet in ſe ſit determinata a cauſa ſua quantus tñ ſit gradus eius ex ſe non cognoſcitur determinate quouſq; applicetur ei per intellectũ ſua menſura: quẽadmodum motus quo quis itinerauerit in die: licet in ſe ſit quantitatis determinatę ſecundum durationem, cuius tamẽ gradus ſit non determinate cognoſcitur niſi per applicationem eius ad motum diurnum. Et ideo tertio eſſentia rei ſua quantitate ſecundum rem refert ad deum vt ad menſuram qua cognoſcatur, & hoc vt ipſe deus eſt eſſentia prima ſimpliciter ſimpliciſſima & notiſſima ex ſe: ſicut debet eſſe per ſe menſura. Etenim ſi determinate ipa diuina eſſentia vt eſſentia eſt non cognoſcitur gradus determinatus rei: ſed ſolum vt in ea conſideratur ratio perfectionalis illi correſpondens: non tamen dicitur per ſe menſura niſi ipſa eſſentia vt eſt eſſentia ſimpliciter: quia ipſa ſola ex ſe nota eſt, non autem ratio perfectionalis: ſicut nec ex ſe habet eſſe in ipſa eſſentia: ſed ſolum conſideratione intellectus: quẽadmodum etiam motus particularis non dicitur mẽſura niſi motus diurnus ſimpliciter non ratione partis explicatæ: quia motus diurnus ex ſe notus eſt in ſua quantitate: nõ autem pars eius: ſicut nec ex ſe habet eſſe actu in illo: ſed ſola cõſideratione & ſignificatione intellectus. vt ſic deus ratione eſſentiæ ſuæ vt eſt eſſentia non refertur vllo modo ad creaturam niſi quia creatura refertur ad ipſum. Secundum primum enim modum

relationis quo deus refertur ad creaturam non quia creatura refertur ad ipſum: non refertur ad ipſam ratione ſuæ eſſentiæ ſimpliciter vt eſt eſſentia: ſed ſolummodo ratione ideæ & ratione qua eſt idea. Secundum vero modum tertium relationis quo deus refertur ad ipſam creaturam quia creatura referẽ ad ipſum: ipſa creatura refertur ad ipſum ratione eſſentiæ dei ſimpliciter vt eſſentia eſt: etſi non determinet quantitatem creaturæ niſi ſecundum rationem perfectionalẽ, & vt ratio perfectionalis eſt. Et ſic quarto eſſentia dei vt eſſentia eſt, refertur ad creaturã quia creatura refertur ad ipſam: & ſimiliter vt ratio perfectionalis eſt: ſed eſſentia ſecundum q̃ eſt eſſentia vt eſt menſura vniuerſalis & excedens: ſecundum vero q̃ eſt perfectio ſiue ratio perfectionalis vt eſt menſura propria & ęquata quodammodo. Et ſecundum hunc modum licet relatio ſecundum rationẽ commenſurationis non ponat ex ſe in menſura rationem cauſalitatis niſi ſecundum genus cauſæ finalis: ſemper tamen præſupponit in eadem cauſalitatem ſecundum alterum genus cauſæ: qua ſecundum aliud genus relationis refertur ad idem prius. Vt enim dicit Commẽta. ſuper prędictum verbum de. v. metaphy. oportet vt omne menſurans primum ſit in omni genere in quo inuenitur primum in eſſe & cognitione. Ita q̃ licet ſecundum illud genus relationis qđ eſt in ratione menſurę ſecundũ genus cauſæ finalis, non referẽ ad aliud niſi ga illud refertur ad ipſum: tñ ſecũdũ aliud genus relatiõis ſcđm aliud gen⁹ cauſæ bene referẽ ad illud, nõ ga illud referẽ ad ip̃m. Verbi gratia: vnum qđ eſt menſura nũerorum, eſt primum in eſſe numerorũ, ipſos conſtituendo ſecundũ genus cauſæ materialis. Numeri eñ non menſurant̃ primo & eſſentialiter niſi per primum qđ ẽ eis indiuiſibile: ex quo componuntur, vt dicit Commen. ibidem. Similiter ſcibile qđ eſt mẽſura ſcięntiæ, eſt principium in eſſe eius ipſam adgenerando in ſciente ſecundum genus cauſæ efficiẽtis, vt ſecundum hoc id qđ eſt menſura refertur ad id qđ eſt mẽſuratum ſecundum genus cauſę qua eſt cauſa eius in eſſe: non quia illud refertur ad ipſum: ſed potius econuerſo. Secundum vero genus cauſæ finalis & menſuræ qua ſolum eſt cauſa eius in cognitione, nequaq̃ refertur ad illud: niſi quia illud refertur ad ipſum. Ita tamen q̃ nihil refertur ad aliud ſecundum tertium modum quia aliud refertur ad ipſum, qđ non prius refertur ad illud: nõ quia illud refertur ad ipſum ſecũdum alium modum relationis. Et eſt ſemper relatio ſecundum rationem menſurę ſecundum rationem in mẽſura: & ſecundum rem in menſurato. Relatio vero ſecundum aliud genus cauſę & alium modum relationis præſuppoſita bene eſt ſecundum rem in vtroq̃ extremorum. Scibile enim in creaturis inquantum eſt cauſa efficiens ſcientiæ in ſcito ſcđm modũ ſcđm relationis refertur ad ſcientiam: & eſt relatio realis in vtroq̃ extremorum: ſed in deo ſiue in eius ſcientia inquantum eſt cauſa formalis exemplaris ſcibilis, eſt relatio ſecundum rationem, & in ſcibili ſecundum rem, vt patet ex dictis.

I QVARto & vltimo neceſſe eſt ponere in deo ideas propter productionem rerum in exiſtentia actuali: quia non poſſet plura diuerſa & diſtincta producere niſi ſic ea producenda cognoſceret, vt proceſſit primum argumentum. cognitio autem talis ſecundũ prædicta non eſt niſi per ideas. Vnde philoſophus quicũq̃ non poſuit in deo pluralitatem idearum vt ſunt rationes imitabilitatis in eſſentia dei: licet ponerent ideas vt eſſentias rerum in ſua cognitione, ſicut poſuit Auicen. nõ potuit ponere plura produci a deo ęque immediate: quia productio iſta non eſſet niſi ſecundum ordinem quem creaturæ haberent ad deum ſecundum naturas ipſarum: non quem deus haberet ad ipſas ſecundum determinationem ſuæ voluntatis, vt patet ex dictis Auicen. alibi a nobis pertractatis.

SIC ergo breuiter dicendũ eſt ad quæſtionem: q̃ ſi in deo non eſſet idea, non poſſet aliquid extra ſe vt aliud eſt ab ipſo cognoſcere: & per conſequens nec aliquid oĩno extra ſe in eſſe producere: & ſi in deo non eſſent plures ideę, non poſſet ſcire plura extra ſe: nec per conſequẽs producere. Vnde ponere ipſum deum eſſe, & ideas non habere: eſt ponere nihil extra ſe cognoſcere aut producere: & ita

k nec deum eſſe. AD primum in oppoſitum: quanto aliquid eſt magis ſimplex tanto ad plura ſe extendit: bene verum eſt: ſed non ſine rationibus reſpectuum: qui ſimplicitati eius nõ repugnant: ſed magis cõueniunt. hoc enim ſecundum Auicen. eſt de natura ſimplicis: q̃ quanto ſimplicius eſt tanto plures negationes & plures reſpectus habet. ſicut alibi expoſuimus. Vnde ponere ſimpliciſſimum, & ſine pluribus reſpectibus, eſt ponere antecedẽs: & negare cõſequẽs. Eſt eñ ponere naturam

l & negare ꝓprietates naturales cõſequẽtes naturã. AD ſcđm q̃ agẽs artificiale eadẽ arte facit plures domos. ergo &c. Dicẽdũ q̃ plures dom⁹ aut ſunt quaſi ſpecie differẽtes ſicut circularis: q̃drata: & hmõi: aut ſunt q̃ſi ſolo numero differẽtes, vt oẽs circulares & rotũdę inter ſe. De domib⁹ differentibus q̃ſi ſolo nũero verũ eſt q̃ eadẽ arte facit eas: & ſic deus eadẽ idea cognoſcit & facit plura indiuidua ſub eadem ſpecie: ſecundum q̃ alibi expoſuimus. De pluribus differẽtibus quaſi ſpecie non

Ad primum in oppoſitũ.

Ad ſecundũ.

cit verũ ꝙ artifex eadem arte facit plures domus:niſi loquendo de arte cõmuni exiſtente in habitu Immo ad faciendũ eas oportet ꝙ de cõmuni arte habituali educat ꝑ intellectũ diuerſas artes ſpecia les:quæ ſunt diuerſę domus in anima:de quibus diuerſę domus ſecundũ ſpeciem producuntur ex tra.Et ꝑ hunc modũ deus non niſi diuerſis ideis producit extra diuerſa ſecundũ ſpeciem.

Quæſtio.iii. Arg. princi. In oppoſi.

SEquunt quæſita de creaturis ſecundũ ſe.Et quærebat vnum pertinens vniuer ſaliter ad omnes creaturas.Deinde plurima alia ptinentia ad diuerſas creaturas particulariter.Illud vnum erat de prędicamento relationis cõiter in creaturis. vtrum circũſcripta re ſui fundamenti relatio poſſit ſignari ꝑ nomẽ primę impo ſitionis.Et arguit ꝙ ſic,quia eſt aliquid a natura rei:nomen autẽ ſecũdæ impoſi tionis eſt illius qđ fit ab opere intellectus. CONtra,relatio ſolũmodo habet rea litatem alterius vt ſui fundamenti,aliter em̃ poneret cõpoſitionẽ in diuinis perſonis: quæ cõſtituũ tur ex ſubſtãtia cũ relatiua proprietate,qđ autẽ ex ſe nullam habet realitatẽ,non habet ex ſe nomen

Reſol.q. niſi ſecũdę impoſitionis,ergo &c. Hic implicant difficultates circa ꝑdicamentũ relationis:circa q̃s M oportet videre,ſi relatio ſit aliquid circũſcripto fundamento: & quid ſit.Quia enim eſſe debile ha bet,viſum eſt aliquibus ꝙ præter fundamentum non ſit aliquid in rebus extra: ſed ſolum in ani ma & ab anima,qm̃ vt eis videtur,tũc mortuo patre maneret relatio quæ eſt filiatio in filio:cum ex morte patris nulla oĩno ſit tranſmutatio circa filium:& ideo nihil ſecũdũ rẽ variat in ipſo.& ſic de oĩbus relationibus ſequeret ꝙ manerẽt non mutato eo cuius ſunt, quacunq; mutatione exiſten te in quocũq; alio.Aliis vero videt cõtrariũ:videlicet ꝙ relatio ſit aliqđ ſecũdũ rẽ ꝑter rẽ fundamẽ tí:& ꝑter modũ qui eſt ad aliud eſſe:qui quoquo mõ etiã reperitur in diuinis.Quoꝝ ratio ẽ ꝙ rela tio eſt vnũ.x.ꝑdicamẽtoꝝ:ꝑdicamentũ aũt qđlibet quãtũ ad id qđ principaliter ĩportat,nõ ſolũ di cit modũ rei ſed etiã rẽ verã,aliter em̃ eẽ in cũ ſit mod⁹ eſſendi circa id qđ eſt ĩ alio vt accidẽs ei⁹,ea dẽ rõne cõſtitueret vnũ ꝑdicamẽtũ ſicut & eẽ ad aliđ circa id qđ eſt ad aliud:cũ nõ ſit ſcđm poſi tionẽ iſtam niſi modus circa illud.Qđ etiã arguũt ex eo qđ Boetius dicit:ꝙ decẽ ꝑdicaměta ſunt decem genera prima rerũ ſignatiua, & vt dicit Simplicius in expoſitiõe æquiuocoꝝ,hic de primis dictionibus quæ ſunt primarum & ſimpliciũ rerũ ſignificatiuę proponit dicere:ſub quib⁹ oĩa alia habent reduci.Siquidẽ vniuſcuiuſq; rei vnũ proprium nomen ſub vna categoria,rebus em̃,vt di cit,& totidẽ generibus differunt.Relatio aũt nõ eſt res niſi accidentis.& ſic præter modũ exiſtendi ad aliud eſt aliquid ſecundũ rẽ in ſubiecto exiſtens. VT ergo omnia iſta occaſione q̃ſtionis ꝓpoſi tę perfectius proſequamur:ſciendũ eſt ꝙ Simplicius in expoſitione cap.de relatione dicit,ſecũdum ꝙ iã tactũ eſt:ꝙ aliq dubitant an relatio ſiue habitudo ſecundũ ſe ꝑter fundamẽtũ ſit hypoſtaſis & res aliqua ꝑter rẽ fundamẽti:vel nomẽ ſolum ꝓlatum ſimul cũ exiſtẽtibus rebus q̃ ſunt fundamẽ ta habitudinis:cũ dicit hoc quantum eſt duplũ:illud vero dimidiũ. Et reuera dicere ꝙ ſit nomẽ ſo lũ,vanũ eſt.ſic em̃ habitudo ſiue relatio nihil oĩno neq; res neq; modus neq; in aĩa neq; extra eẽt in entib⁹:qđ abſurdũ eſt dicere.Secũdũ em̃ ꝙ dicit Simplici⁹ in exponẽdo illud,Eoꝝ q̃ ſcđm nullã cõ plexionẽ dicũt:et vox vana eẽt & nomẽ inane ſi nihil entiũ eſſet qđ ſignificat & cõcipit cũ dr duplũ aut dimidiũ.Qđ ſpecialiter ſup ꝑdicamẽtũ relatiõis de qbuſdã relatiõib⁹ declarat dicẽs ſic.Q2 qdẽ nõ oẽm habitudinẽ interim̃edũ:ponẽdo ſcđm ꝙ oĩno ſit:palã ex eo ꝙ oportet ſicut ſubſtãtiã & quã titatẽ & alioꝝ generũ vnũqđq;,ita & habitudinẽ inter entia poni:cũ multã opportunitatẽ ipa exhi beat,neq; em̃ genera,neq; q̃ ſub ipſis ſunt cõmunionẽ habebunt aliquam adinuicẽ niſi aliquid ſit ratio habitudinis in entibus.Incõueniens aũt & harmoniã interimere.Interimet autẽ & cõmẽſura bile & ęquale &c.Si igit vt cõcludit hęc ſunt icõueniẽtia mltũ,eſt aliqd habitudo.& infra.Hęc em̃ cõitas eſt ꝙ oĩa penetrans & ꝙ cõtraria & ꝙqualitercũq; differentia:& ꝑ ea q̃ ſub ipſis ordinant.ꝙ ſi non adeſſet diſtraherentur vtiq; omnia ab oĩbus. SVPpoſito ergo ꝙ relatio non ſit vox ſola ſed aliquid in entibus ſignatum per vocem,cum dicitur duplum,dimidiũ,& hmõi,aliqui vt ſtoici po N nebant ꝙ relatio præter ſuum fundamentum non eſt aliquid in entibus exiſtens a natura in reb⁹ extra animam:ſed in anima tm̃: vt ꝙ ſimilitudo nihil aliud ſit q̃ conceptus mentis ex collatione habita circa duas qualitates conformes puta circa duo alba,dicente Simplicio ſuper capitulum de relatione.Simile vel ęquale aiunt nihil eſſe præter id qđ in vtroq; quale vel quãtum,quæ quidem præexiſtunt ante habitudinem. Qđ ſtatim improbat dicens.Habitudo itaq; erit quoddam iudiciũ operantis quæ a ſeipſis ſunt: & dicentis ꝙ hoc & hoc eãdem magnitudinem habent:& eandem ꝓ prietatem.Ad omnia autẽ talia(vt dicit)obuiare oportet:dicendo,ſ,prout continuo ſubdit: Q2 ſi quidem mentitur iudicium & vanus eſt intellectus:qui ſcilicet iudicat ſe aliquid itelligere qđ ẽ ex tra in re:nihil vtiq; erit habitudo,ſ,in re extra:ſed in anima ſolummodo.Si autem verum dicit:&

aliquid.ſ.in re extra intelligimus ipſum ſimile & æquale:& rõni credere oportet:& intelligẽtiisno
ſtris tanq̃ entia ſpondentib9.ſ.eſſe ipſa ad aliquid:poni oportet eoꝝ q̃ ſunt habitudinẽ & ipſum ad
aliquid in ꝓpria hypoſtaſi.quale enim & quantũ ſecũdũ ſe quidẽ ſunt:ſimilia aũt & æqualia dicun
tur:& participare his q̃ ſecundũ hoc habitudinibus. Intelligit autẽ ꝑ ꝓpriam hypoſtaſim ꝓpriam
O realitatẽ in rebus extra aĩam:& quõ hoc iam infra videbit. SIMpliciter ergo concedẽdũ eſt:ꝙ re- Reſponſio.
latio ſiue habitudo ꝓter ſuum fundamentũ ſit aliquid in rebus extra animam,& non ſolũ nomen
aut conceptus mentis,ſcdm iã dictum modũ.Eſt igit intelligendũ ꝙ q̃dã relationes nõ ſunt nomẽ
ſolum:ſed aliquid extra aĩam exiſtens vt ſunt relationes reales.Alię aũt ſunt nomẽ & concept9 mẽ
tis ſolũ circa id qđ denominant,abſq; eo ꝙ ille cõceptus ſit ab eo ſolo qđ denominat:vt ſunt relatio
nes ſcdm rõnem,ſicut dextrũ aut ſiniſtrũ in columna.Tertię vero ſunt nomen & conceptus men
tis antiquus aut voluntas antiqua circa id qđ denominant:ſiue illud nomen fuerit nouũ in deno-
minando,ſiue antiquum: nouum ſicut relationes attributę deo de nouo & ex tpe ſunt nomẽ ſolũ
impoſitũ antiquę relationi ſecũdũ rõnem,vt dictum eſt ſupra.Nõ em̃ concipit intellectus aliqd no
ui circa deũ quo dicit dñs:ſed ſolũ concipit illũ antiquũ reſpectũ quo prius dicebat dominatiu9:&
quia de nouo creatura realiter facta eſt ſerua,idẽ reſpectus iã nominat alio noĩe quo deus dicit do
minãs vel dñs.Nõ ſic aũt aliquid antiquũ circa columnã dicit dextrũ vel ſiniſtrũ: ſed ſolummodo
reſpectus formatus circa columnã vt eſt intellecta in ordine ad ſiniſtrũ aut dextrũ aĩalis,ſcdm ex-
P poſitũ modũ,dicit dexter aut ſiniſter:a quo ſic dicto denoiat columna dextra aut ſiniſtra.Eſt igit re
latio realis de q̃ eſt ſermo in q̃ſtiõe aliqd ꝓter fundamẽtũ ſuũ extra aĩam:vt quãdmodũ verũ ſit di
cere illud qđ dicit Aug.vii.de trini.Qis eſſentia q̃ relatiue dicit,& eſt aliquid excepto relatiuo &c.
vt habitũ eſt ſupra in prĩcipio reſpõſionis ad primã q̃ſtionẽ: ſic verũ eſt dicere ꝙ oẽ relatiuum quo
aliqd relatiue dicitur,etiam aliquid eſt excepto illo: & de illo aliquo intendit ꝑſens inquiſitio quid
ſit.Et quęro an ſit aliquid vnũ ſimpliciter:an aliqua plura:vt quãdmodũ id qđ relatiue dicit eẽ aliq̃
plura,puta qđ dicit ſimile ſecũdũ albedinẽ,eſt hñs albedinẽ:ita ꝙ in ipſo ſint aliud & aliud ipſa al-
bedo & ſubiectũ in quo eſt,a quo habet:ſic & ipſa relatio ſit aliqua plura,puta ſimilitudo:quorum
vtrũq; ptineat ad ꝑdicamentum vnũ relationis.Sed ꝙ ſint plura ęqualiter rõnẽ rei habẽtia hoc eſt
impoſſibile:quia tũc nõ poſſent vnũ ꝑdicamẽtũ cõſtituere:qa vt iã dictũ eſt.x.genera ſunt prima-
rum rerũ ſimplicium ſignificatiua.Neceſſario ergo ſe hñt ſicut res vera & mod9 eius.Qđ multi cõ
cedũt ponẽtes rem illam eſſe verum accidens inhęrens:quę nõ tranſfert manens ad diuina:ſed ſolũ
modo modus ille.Sed tũc nõ vere tranſferretur ꝑdicamentum relationis ad diuina manẽs in eis:ſe
cundum ꝙ de hoc habitus eſt ſermo in quæſtionibus diſputatis ordinarie. Prędicamẽtũ em̃ ĩ quo
aliud eſt res,aliud modus,vere conſiſtit in re ipſa non in modo,vt patet de prædicamento ſubſtan
tiæ.Præterea cum modus ille relationis ſit ad aliud eſſe:ſicut modus ſubſtãtię eſt ꝑ ſe eſſe:& accidẽ
tium realium eſt in alio eſſe:rei autẽ illi de ꝑdicamento relationis ſecundum poſitionem quę ẽ alia
a modo iſto,non cõuenit modus iſte:vt ſubſtantiæ qđ habet eſſe ad aliud: quia illud qđ ad aliud di
citur, non eſt niſi ſuppoſitum vt album, vel quantum ad aliquid hmõi:oportet igit ꝙ modus ille
ei conueniat vt fundamento a quo radicaliter fluat & oriatur:niſi ſit aliquid ſecundum rationem
ſolum:de quo videbitur infra.Hoc autem falſum ẽ:cũ modus ad aliquid in ſimili & ęquali fundet
in qualitate & quantitate:aut eadem eſt illa res cum qualitate & quãtitate:& ſic non ẽ de prædica
mento relationis:aut idem modus ſecũdũ numerũ eſſendi ad aliud habebit plura fundamenta ſi-
ue mediate ſiue immediate: qđ eſt impoſſibile:ſicut impoſſibile eſt ꝙ idẽ modus qui eſt eſſe in alio
ſecũdum numerum,ſit in pluribus accidẽtibus. immo ſicut albedini ſeipſa ꝓpe ſe conuenit modus
eſſendi in alio vt ei qđ habet eſſe in alio:ſic albedini ſeipſa cõuenit modus eſſendi ad aliud vt ei quo
aliquid habet eſſe ad aliud ſicut per fundamentum.Sic ergo ponere oportet ꝙ oĩne relatiuum quo
aliquid dicitur relatiue , excepto eo quod relatiue dicitur,non eſt niſi aliquid vnum ſimpliciter.
Q Ad percipiendum aũt differentiam inter relationem hmõi & ſuũ fundamẽtum,& quomodo ẽ ali-
quid vnum & ſimplex extra animam præter ſuum fundamẽtum & quomodo non:& quõ modus
& quõ res:& qđ hoꝝ vel quid hoꝝ verius:Sciendum eſt ꝙ cum ſecundum Simplicium ex ſola ha-
bitudine ad alterũ oriat:immo relatio eſt ipſa habitudo qua vnum eorum mutuo eſt ad alterum:
& quaſi medium inter ipſa:dupliciter habet conſiderari ipſa relatio.Vno modo vt eſt quaſi mediũ
& interuallum habentium inter ſe habitudinem.Alio modo vt eſt fundata in ipſis nõ ſeparata ab
eiſdem.Primo modo relatio vna eſt duorum.Sic enim habitudo eſt vna inter duos fratres:& ſimi-
liter inter patrem & filiũ,& inter quæcunq; adinuicem ſe habentia.Secundo autem modo pluriſi
catur ſecundum pluritatem relatorum & ipſorum fundamentorum.ſic enim in duobus fratri-
bus duæ ſunt fraternitates:& habitudo quę eſt vna inter patrem & filium,in patre eſt paternitas:

in filio vero eſt filiatio.Et ſcdm hoc ſicut in aliis ꝑdicamentis dicimus ſingulariter & pluraliter vt ſubſtãtiã & ſubſtãtias & quantũ & quanta:ita & in ad aliquid:& ipſum ad aliquid & ipſa ad aliqd & ſingulariter & pluraliter dicimus:non ſolum pluraliter vt quidam putauerunt,ſicut dicit Simplicius.Et primo modo eſt purus modus & ratio eſſendi ad aliud aliquorum quæ ſunt ad aliud: & fundamentorum ꝑ quę ſunt ad aliud:quẽadmodũ eſſe in,purus modus eſſendi eſt alicui⁹ quod eſt in alio.Et quantũ eſt ex ſe ad aliud eſſe nullam recipit diſtinctionẽ aut diuerſitatẽ ſiue fuerit ĩ diuinis:ſiue in creaturis:ſiue in relationibus ſecundum rem:ſiue in relationibus ſecũdũ rõnẽ:nec vllo modo penes ipm ſumitur realiter genus aut ſpecies in ꝑdicamento relationis.Scdo aũt mõ contrahit realitatẽ a fundamẽtis characterizãtibus ipſam habitudinẽ:penes quã in relatione realiter ſumunt genus & ſpecies in relatione. Et primo mõ eſt in ſolo intellectu non ab intellectu exiſtens opatũ in ipſo:ſed vt modus in cõmuni acceptus ad modos diſtinctos,& quaſi abſtractus ab illis,ſicut vle a particulari.Secũdo aũt modo ꝑ fundamenta habet eſſe in ipſis relatis participantib⁹ habitudinẽ & ſic extra intellectum: & diuerſa ſecũdũ diuerſitatẽ fundamẽtoꝝ a quibus abſtrahit:vt eſt mediũ & interuallũ.Hinc eſt ꝙ dicit Simplici⁹.Sicut qualitates ſecũdũ ſuã naturã ſine corporibus intellectę incorporeę ſunt:ita & habitudines ſecũdũ ſuã naturã pręter cõpoſita intellectę incorporeę ſunt.Nã habitudo eſt ratio ſecũdũ ſe:& hoc quo ad primum modũ cõſiderandi eã,ꝓprietatem aũt ratio iſta habet ſubſtãtialẽ ꝓprię differẽtię adiũctiõe ad alterũ,& hoc quo ad ſecũdũ modũ.Vt enim ſubdit continue,dram ſumendũ nõ ſecũdũ ipſum ad aliquid:ſed a quali & ſubiectis: ſi eñ ſe cũdũ ſe habet differentiã, aſſimilat aliis generibus.ſ.abſolutis. Eſt igit ſecũdũ hęc dicta Simplicii ĩ relatione duo cõſiderare.Primo ratione illã q̃ eſt habitudo ſola & modus quidã:ſiue cõſideret ſecũdũ ſe vt eſt mediũ & interuallũ vnũ:ſiue cõſideret vt eſt in participãtibus ea & plurificat ſecundũ illa.Quę ratio cõuenit ꝑdicamento ad aliqd ex ratione ſui generis:imo eſt ratio & modus illius generis differens a modis & rationibus aliorum generũ:quibus genera diſtinguunt abinuicẽ: pręter diſtinctionẽ quã habent a rebus,ſecũdũ quas ſumunt genera & ſpecies in ſingulis ꝑdicamentis.Secũdo vero eſt in relatiõe cõſiderare rõnẽ differẽtię quã ab illis cõtrahit:in qb⁹ fundat ꝑ quãdã characterizationẽ ab eis:ſecũdũ quã realiter ſumunt in ꝑdicamento relationis genera & ſpecies diſtincte.Ex qbus duobus,ſ.ex modo & realitate quã habet per characterizationem a fundamento integrat.Et in eiſdẽ cõſiſtit hypoſtaſis relationis,dicẽte Simplicio. Q2 quidem in his q̃ ad aliquid cum ꝓprio charactere habitudo cõſubſiſtit,ab oĩbus cõceſſum eſt,& infra.Non eñ hñt naturã ſubſiſtendi ſecũdũ ſe,ad alterũ eñ habitudo,neceſſe ergo ipſam in eo q ſecũdũ differẽtiã charactere exiſtere. Character aũt iſte alicubi quidẽ qualitas eſt:alicubi aũt quantitas:alicubi aũt motus: alicubi autẽ tempus: alicubi autẽ locus,ltaq; habitudo ſemp coexiſtit characteribus & vnũ ſimul vtrũq;,& infra.Q d cũq; ei defecerit hoꝝ nõ ſaluat tale ꝑdicamẽtũ:nõ eñ habitudo nuda ſecũdũ ſe eſt:neq; differentia ſine habitudine facit hoc ꝑdicamentũ.& infra. Secũdũ ambo igit habẽt hypoſtaſim ad aliquid:talẽ qualẽ diximus ex differentia ſimul & habitudine conſiſtẽtẽ,& infra.Aliud eñ ipſum ęq̃le prꝛter ipm quãtũ:& aliud ipſum ſimile prꝛter ipſum quale:habens etiã hypoſtaſim nõ ſupuẽtitiã , quẽadmodũ.ſ.habent alia.vi.ꝑdicamenta q̃ dicunt accidentia extrinſecus aduenientia,de qbus determinat in libello q dicit.vi.principiorum:ſed principalẽ cũ principalibus generibus: ſecundũ ęquale quidẽ quantis:ſcdm ſimile vero determinatis qualib⁹ nõ penes aſſiſtẽtes habitudines,ſ. ab extrinſeco aduenientes ĩ illis ſex:ſed ſcdm principales naturas ipſoꝝ entiũ vl coexiſtẽtiũ cũ ipſis.Q d tñ nõ ſic debem⁹ intelligere q itelligam⁹ ꝙ res fundamẽti ſcdm ꝙ hmõi cadat i ſignificato relatiõis cũ hitudine,vt poſuerũt aliq,ſeqt ei eos,vt dicit Siplici⁹,incõueniẽs,ſ.cõpoſita facere gña ex prioribus & ſecũdis vt ad aliqd ex quali & ad aliquid. Vt eñ dicit ſuper poſt ꝑdicamenta exponẽdo capitulũ de oppoſitione,aliud eſt vnũ vnũquodq;,aliud participans ipſi:ſicut ęquale,ipm qdẽ eñ eſt de numero eoꝝ q̃ ſunt ad aliqd:q̃ aũt ſub ipſo,quãta ſunt:in quib⁹ eſt ęquale, SED illud ſic debemus intelligere:ꝙ habitudinẽ q̃ nuda eſt ſcdm ſe & nõ niſi modus qdã:ipm fundamẽtũ inquãtũ fundat ĩ ipo characterizat:cõicãs ei quodãmõ ꝑ hoc realitatẽ ſuã:i eo videlicet ꝙ habitudinẽ q̃ circũſcripta realitate fundamẽti vt in ſe & ꝑ ſe conſideratur,purus modus eſſendi ad aliud eſt: in quo nulla cadit diſtinctio:aut differẽtia,aut determinatio,ſiue i diuina fundet eſſentia,ſiue in creata,ſiue ex natura rei,ſiue ex ope intellect⁹,ipm fundamẽtũ inquãtũ ſup ipm fundat ſcdm cõditionẽ ſuę realitatis determinat:vt alia & alia ſit hitudo ſecũdũ rẽ:ſecũdũ ꝙ aliꝺ & aliud ẽ ſuũ ꝑ ſe fũdamẽtũ:& hoc quẽadmodũ curuitas q̃ de ſe dicit cõmunẽ & ideterminatã rõnẽ incuruatiõis cũ habet eẽ in naſo naſus dat ei ꝓpriã rõnẽ curuitatis q̃ dr ſimitas hñs ꝑ hoc ꝓprię differẽtiæ rõnẽ a ſuo ſubiecto. Propter qd & ĩ definitiõib⁹ ꝓpriarũ paſſionũ cadit id qd ẽ ſcdm ſe loco gñis:& ſubiectũ loco dfiæ:vt cũ dr ſimitas eſt curuitas naſi:curuitas ga ẽ qd ideterminatũ ẽ loco gñis: & naſus ipam determinãs ẽ loco dfiæ

Et eſt omnino ſimile hicinde: niſi q̄ curuitas ſecūdū ſe rē verā & abſolutam ſignat determinatam ſcdm rē generis determinati q̄ ſua eſt & qua eſt aliqd in eſſentia: habitudo aūt nō niſi modū rei oī no determinatum & ſecūdū rē generis & ſcdm rē ſpeciei: ga nullam ex ſe habet aut importat: neq̄ ſecūdum genus generaliſſimū in relatione: neq̄ ſecūdū aliquā ſpeciem contentā ſub ipſo, ga q̄ realitatē habet p̄dicamētū relationis & ſcdm genus & ſecūdū ſpeciem: hoc non eſt ex aliqua ꝓpria realitate q̄ ei debeť ex ſe: ſicut cōtingit in p̄dicamentis abſolutis: ſed quā ſolummō ex ſuo fundamento contrahit: in quo p̄dicamētū relationis diſſimilat aliis p̄dicamētis. Quā quidē realitatē cōtractam a fundamento reſpectu habitudinis indeterminatę, Simplicius appellat differentiā: quā ſi ſcdm ſe haberet, aſſimilareť aliis p̄dicamentis, vt iam dictum eſt ſecūdū Simplicium. Propter q̄d ſępi⁹ alibi diximus q̄ relatio realitatem ſuam contrahit a ſuo fundamento: & q̄ ex ſe non eſt niſi habitudo nuda: quæ non eſt niſi modus quidā rē habendi ad aliud: & ita nō res quantū eſt ex ſe, ſed ſolum modo modus rei: niſi extēdendo rē vt etiā mod⁹ rei dicat res, ſecūdū q̄ alibi expoſuim⁹. Propter q̄d etiā dicit Simplicius: ipm ad aliqd aliqd eē ſi ſcdm ſolā habitudinē penſeť nō cōcipiētib⁹ nobis res quarū eſt habitudo. In qua q̄dē habitudine nuda conueniunt omnes modi relationū tam in genere generaliſſimo q̄ in ſpecieb⁹ ſpecialiſſimis & in īdiuiduis ſub ipſis, nō q̄ in ad aliquid cōitas gñis generaliſſimi ſumatur a nuda ratione habitudinis: diſtinctio aūt ſpecierū ſub ipō q̄ differētias a ratione characterū: quā ſecūdū q̄ dicit Simplici⁹, characterizant alicubi quidē qualitas, vt in eo q̄d ē albi⁹: alicubi aūt tēpus, vt in eo q̄d eſt ſeni⁹: alicubi aūt locus vt in eo q̄d eſt ſuperi⁹, hñt em̄ vt dicit relationes ſecundū res multas differentias q̄ nihil differunt ſecūdū illud vnum habitudinis genus, ſed q̄ modus ille eſſendi ad aliud q̄ importat noīe habitudinis ſecūdū ſe ſit ꝓpria rō generis relationis: ſecundū quam diſtinguiť genus relationis a genere ſubſtantiæ inquantū illius eſt modus prius eſſendi per ſe, habet em̄ quodlibet genus p̄dicamenti ꝓprium modū eſſendi: ſecūdū quē diſtinguiť ab alio præter rē ſuā. Realitas aūt q̄ principaliter ſub illo modo conſtituit p̄dicamētū & ſecūdū gen⁹ gñaliſſimū & ſecūdū oēs ſpecies cōtētas ſub ipſo: ſicut eſt in p̄dicamētis abſolutis ſubſtātia quātitate & q̄litate ex ſe non ab alio: ſic in p̄dicamēto relatiōis & etiā in aliis ſex extrīſecus aduenīētibus ab alio, vt infra declarabiť: & in p̄dicamēto relationis ſpecialiter a ſuis fundamētis: a quib⁹ cōtrahit habitudo realitatē: q̄ primo diſtinguit ſpecies ſpecialiſſimas in relationes nō ſecūdū differentias fundamentoꝝ. Sic em̄ plus differrēt in p̄dicamēto relationis ſimile & ęquale q̄ ptinent ad eūdē modū relatiōis cū tñ fundenť ſup res diuerſoꝝ p̄dicamētoꝝ, quātitatis, ſ. & qualitatis: q̄ ſimile & calefactiuum q̄ ptinēt ad diuerſos modos relationis: cū tñ fundenť ſup res eiuſdē p̄dicamenti, ſimile em̄ fundať ſup quaſcūq; res p̄dicamēti qualitatis generaliter, calefactiuū aūt & quæcūq; ptinēt ad ſecūdū modū relationis, ptinēt ad ſecūdū & tertiū genus q̄litatis: ga fundanť ſup naturalē potētiā & impotētiā & paſſibilē qualitatē ſiue in agēdo ſiue in patiendo. Sed differūt ſecūdū ſpecies ſpecialiſſimas ſecūdū diuerſos modos fundādi relationes ſup ipās res. Vñ quia ſimile ſecūdū eūdē modū fundať ſup vnū & multū in qualitate ſicut ęquale & ineq̄le ſup vnū & multū in quantitate: iō magis vniunť in gñe ſubalterno aut ſpecie ſil'e & ęquale: q̄ ſimile & calefactiuū. Diſtinctis aūt diuerſis ſpeciebus ſpecialiſſimis in gñe relationis ſecūdū diuerſos modos fundandi reſpectus ſup ſua fundamenta ab illis abſtrahunť genera vſq; ad generaliſſimum incluſiue: q̄d continet intētionē communiſſimā realē illius gñis ſub ratione habitudinis ſimpliciter dictę: ſine quibus duobus, vt iam dictū eſt ſecūdū Simpliciū, nō cōſiſtit p̄dicamētū relationis. Illa aūt intētio realis cōmuniſſima ſub rōne habitudinis ſimpliciter dictę ſcdm differētias ſpecificātes illā realitatē cōmuniſſimam vſq; ad vltimas differētias nō aūt ipſam rōnē habitudinis cōtracta deſcendit in diuerſas ſpecies ſpecialiſſimas cōſtitutas ex gñe & differentiis realibus, nō ꝓpria realitate ſicut cōtingit in p̄dicamētis abſolutis: ſed cōtracta ab aliis p̄dicamētis, vt dictū eſt. Hic dicit Simplicius. Oportet aūt genus eſſe ipſoꝝ ad aliquid ex quo diuidūť diuerſitates q̄ ſcdm ſpecies cōſiderant. Sed rō habitudinis eadē in oib⁹ intelligiť, multę aūt ſpecies ſcdm ſubſiſtētiā habitudinis: & in quib⁹ habitudo cōſiderať, q̄ ꝓprie dicitur ad aliqd ſcdm ipſam habitudinē: nō aūt ipſa habitudo ad aliqd dicit. dicēte Simplicio. Nō ē poſſibile de habitudine ipa dicere ad aliud aliqualiter ſe habere: ſed aliud ad aliud aliqualiter ſe habere ſcdm hāc cōſiderať: ſicut & ipm habere p̄dicamētū dicit nō in habēdo aliqd ipm: ſed in habendo aliqd aliud. Scdm hoc ergo relatio ē aliqd extra aīam ꝑter ſuū fundamētū vt modus & habitudo; ſed nihil reale quin habeat a fundamēto. Q̄d tñ reale ſcdm q̄ infra exponeť nō eſt diuerſa res a modo ſed ſolūmodo quædam ipſi⁹ modi characterizatio, vt dictū eſt. Vnde cū p̄dicamētum relationis tranſſertur ad diuina: tota habitudo vt eſt habitudo nuda tranſferť ratione habitudinis: non autem ratione characterizationis: ſed in diuinis habet aliam characterizationem ſicut & aliud

V

fundamentum.Sic igitur patet ꝙ circunſcripta re fundamenti relatio ſiue in deo ſiue in creaturis non eſt niſi modus quidã eſſendi ad aliud:ſicut eſſe in alio nõ eſt ſimpliciter aliquid niſi modus quidam eſſendi.Qui cũ in relationib⁹ realib⁹ nõ eſt fundatus niſi in re,& hoc abſq; oĩ cõſideratione intellectus,vt ſępius dixim⁹ reſpectu talis in ordine ad ſuũ fundamẽtũ põt cõſiderari dupliciter.Vno modo p̃ciſe vt fundat ĩ illa.Alio modo vt fundat⁹ in illa recipit ab ipſa characterizationẽ.Et ſecũdũ hoc deſcẽdendo ad quæſtionẽ,a reſpectu nudo relatiõis poſſumus ĩtellígere circũſcribi rẽ ſui fundamẽti duplicit.Vno mõ circũſcribẽdo ipſã ſecũdũ ĩtellectũ ſiue p̃ poſſibile ſiue p̃ ipoſſibile ſiue p̃ incõpoſſibile p̃ciſe vt fundat in ipſa:nõ aũt vt characterizat ab ipſa.Alio mõ circũſcribendo ipſam nõ ſolum vt fundatur ĩ ipſa:ſed etiã vt characterizat ab ipſa.Si primo modo:ſic dico ꝙ relatio eſt nomẽ primę impoſitionis:ſicut & generaliſſima alior̃ p̃dicamentor̃ abſolutor̃.Præter hoc ꝙ noĩa alior̃ p̃dicamẽtor̃ abſolutorum imponunt rebus q̃ ex ſe pertinent ad propria p̃dicamẽta:& non ipſi modo ſiue rationi quæ propria eſt ipſi p̃dicamento:quẽadmodum generaliſſimum ſubſtantiæ imponitur rei quę ſubeſt modo qui eſt eſſe per ſe,& non ipſi modo.Nomen vero relationis vt eſt nomen p̃dicamenti imponit ipſi modo qui eſt ratio huius p̃dicamenti, nõ ſecundũ ſe:ſed vt characterizat a fundamento ſuo,& eſt nomen p̃dicamenti & primę impoſitionis nõ ratione ipſius modi ad aliud ſed ratione ipſius characterizationis: in quo differt a p̃dicamentis abſolutis ſecũdũ Simpliciũ.Si ſecũdo mõ:ſic dico ꝙ relatio ẽ nomẽ ſecũdę ĩpoſitionis:& nõ nomẽ p̃dicamẽti ſed p̃ciſe mõi ipſi⁹ p̃dicamẽti.Nomẽ em̃ p̃dicamẽti nõ ẽ niſi vt mod⁹ iſte characterizat⁹ eſt a re fundamẽti.Et ſic formãdo q̃ſtionẽ de p̃dicamẽto relatiõis ſecũdũ ꝙ ꝓpoſita fuit,abſq; oĩ diſtinctiõe dicẽdũ ꝙ eſt nomẽ primę impoſitionis nõ ſecũdæ. Relatio tñ vt p̃ciſe importat modũ illius p̃dicamenti non eſt niſi nomẽ ſecũdę impoſitionis. AD cuius ampliorem intellectũ vt cognoſcamus q̃d nomẽ & cuius debet dici primę impoſitiõis: & q̃d & cuius debet dici ſecũdę impoſitionis:Sciẽdũ ꝙ qcquid concipit ab intellectu:aut cõcipit vt res p̃ciſe:aut vt modus p̃ciſe:aut vt mod⁹ characterizatus a re,Q̃d cõcipit primo modo inquantum hmõi ſemp eſt nomen primę impoſitionis:& hoc ſiue fuerit vera res naturę: ſic em̃ ſunt noĩa primę impoſitionis noĩa trium p̃dicamẽtor̃ abſolutor̃,ſ,ſubſtantia,qualitas,quãtitas: ſiue fuerit ficta a ratione:ſic em̃ noĩa figmentorum ſunt nomina primæ impoſitionis:vt chimęra,tragelaphus:ſiue fuerit abnegatio veræ rei,ſic em̃ nomen primę impoſitionis eſt hoc nomen nihil,Q̃d vero concipit ſecũdo modo inquantũ hmõi ſemp eſt nomen ſecũdę impoſitiõis:quẽadmodum hoc nomen indiuiduũ eſt nomen ſecũdę impoſitionis circa ſortẽ:vel ſecũdũ ꝙ curſus dicit eſſe nomẽ & currere verbũ:nomẽ & verbũ ſunt noĩa ſecũdę ĩpoſitionis:vel ſecũdũ ꝙ dicendo hõ currit,homo dicit eſſe ſubiectum & currit p̃dicatum: ſubiectũ & p̃dicatum ſunt nomina ſecũdę impoſitionis.Q̃d vero cõcipit tertio mõ inquãtũ hmõi ſemp eſt nomẽ prię ĩpoſitionis:& hoc ꝓpter characterizationẽ nõ propter modũ,ſicut dictũ eſt.& hoc ſiue fuerit mod⁹ ille characterizat⁹ a re extra aĩam circa quã eſt:quẽadmodũ ſimile & diſſimile noĩa ſunt priæ ĩpoſitiõis q̃ characterizant a qualitatibus q̃ ſunt in illis circa q̃ ſunt:vel circa quã nõ eſt:quẽadmodum calceatũ eſſe & veſtitũ eſſe:& vſt illa q̃ ſunt de p̃dicamento habere,ſunt noĩa primæ ĩpoſitiõis: q̃ characterizant nõ ab aliquo q̃d eſt in habente circa quẽ ſunt:ſed ſolũmõ ab eo q̃d habet,vt ifra dicet:ſiue fuerit characterizatũ a re exiſtente in anima:quẽadmodũ dextrũ aut ſiniſtrũ circa columnam ſunt nomina primæ impoſitionis:nõ characterizata ab aliquo q̃d eſt in colũna:ſed ab eodẽ a quo characterizant dextrũ & ſiniſtrũ in animali inquantum concipiuntur ab intellectu,& ſecundũ illa intellectus format dextrum & ſiniſtrum circa columnam.Et cum his modis iam dictis diſtiguũtur nomina primæ impoſitionis & ſecundæ:illa ſola quæ ſignant p̃ciſe modos rerum vt per vocem exprimuntur,dicuntur eſſe nomina nominum.Cætera vero omnia dicuntur eſſe nomina rerum: & hoc largo modo ſumendo rem & appellando rem omnem modum qui eſt circa rem ſecundum ſe : ſiue vt in re extra exiſtit:ſiue vt eſt in ſolo intellectu vel ab ipſa re vel ab ipſo intellectu ſecundum iam tactum modum. Similiter illa omnia nomina quæ ſignant modos p̃ciſe,quocunq; modo illos ſignent,illa ſola dicuntur eſſe nomina ſecundarum intentionum.Cætera vera omnia dicuntur eſſe nomina primarum intẽtionũ. PER hęc patent argumenta ad vtrãq; partem propoſitæ quæſtionis.Q̃d ergo arguit primo ꝙ relatio circũſcripto fundamento eſt aliquid ex natura rei:ergo eſt nomẽ primę impoſitiõis:qa nomen ſecũdę ĩpoſitiõis nõ eſt niſi illi⁹ q̃d fit ab ope ĩtellect⁹:Dicẽdũ ſcđm p̃dicta ꝙ verũ ẽ ſi intelligat circũſcripta characterizatiõe,circũſcripta dico nõ cõtelligẽdo rẽ fũdamẽti ſiue p̃ poſſibile ſiue p̃ ipoſſibile ſiue p̃ incõpoſſibile,Q̃uis ei iſta circũſcriptio nõ ſit,ſi tñ poſſit fieri hoc nõ eſt niſi ope intellectus:tñ modus ille ſic intellectus nõ habet eſſe aliq̃d ab intellectu niſi vt intelligit in circũſcriptiõe dicta:quẽadmodũ id q̃d ſpecies eſt vt hõ licet circũſcribi nõ habet a Sorte & Platone niſi ope

Ad arg. pri.

X

intellectus: non tamen est aliquid ab opere intellectus, immo intellectus inquantū est scdm actum intelligens, est aliquid habēs esse ab ipso: secūdum qꝺ intelligibile scdm actū est cā intellectus secūdū actū. De illo aūt modo relationis vtrū illud qd̄ est sit aliquid intelligibile aliud a re fundamēti: sciē dum: qꝺ sicut in sensibilib⁹ est aliquod sensibile p se & primo vt sensibile ꝓpriū: quēadmodū lux aut color visui: calidū aut frigidū tactui: est alid̄ sensibile p se sed nō primo: quēadmodū sensibile cōmu ne, puta figura q̄ simul sentit cū sentit sensibile ꝓpriū: nullo aūt mō circūscripto sensu sensibilis ꝓ- prii: aliter em̄ esset p se & prio sensibile: sic i intelligibilibus est aliquod intelligibile p se & primo: vt q̄cūqꝫ sunt aliquid absolute: & aliquid intelligibile p se: sed nō primo: vt modus rei quicūqꝫ. Et pro pter hoc nō intelligit nisi simul cū intelligit intelligibile absolutū vt res sui fundamenti: aliter em̄ esset intelligibile p se & primo: nullo aūt modo circūscripta re sui fundamenti: vt secūdum hoc non ꝓprie dicat̄ itelligibile: sed cointelligibile. Argumētū aūt ad oppositū cōcedēdū est. Difficultates au tē tactę in principio solutionis ad q̄stionē, cōtrarię vident̄ iā determinatis: propter qd̄ eis respōdere
Z oportet & ipsas exponere. Qd̄ ergo primo opponebat̄: qꝺ relatio nō sit aliquid in rebus extra: sed tm̄ in anima & ab aīa: qa aliter maneret in extremo nō transmutato ad transmutationē alteri⁹ extremi qd̄ nō est verū: Dicēdū qꝺ verū eēt si relatio scdm qꝺ relatio eēt aliqd absolutū i subiecto, qd̄ em̄ tale ē nō corrumpit̄ in subiecto p cuiuscunq; corruptionem: aut trāsmutationē in alio: sed solūmodo ꝑ ꝓpriā corruptionē sui in subiecto absq; omni transmutatione & corruptione cuiuscunq; alterius extra suū subiectū: nisi illud sit tale qꝺ esse & generatio ipsi⁹ ab illo depēdeat: quēadmodū depēdet eē luminis i medio a ꝓsentia corporis luminosi. Nūc aūt relatio etsi aliqd sit extra aīam ex natura rei scdm qꝺ iā expositum est: & in re extra secūdū qꝺ iā exponet̄ infra: nihil tn̄ est absolutū: sed respecti- uum solūmō vt habitudo q̄dā: q̄ licet id qd̄ est secūdū se sit vnū aliqd pter extrema & præter fun- damenta in illis: vt interuallū inter illa sicut inter participantia habitudine: est tn̄ in diuersis iquā tum in illis characterizat̄: & p hoc diuersificat̄, vt patet ex iā dictis. Et sic nō est i aliquo illoꝝ nisi i ordīe ad alterū: vt idcirco licet vna sit habitudo iter duos fratres: duę tn̄ sunt i ipsis fraternitates: sicut dicit Auicen, et vna habitudo inter generantē & generatū: q̄ in generante est paternitas: i ge nito vero est filiatio. Propter qd̄ trāsmutato eo secūdū relationē & habitudinem vt est in eo ad qd̄ aliquid relatione sua dicit̄ relatiue: & ipsum necessario simul scdm relationem suā transmutat̄. qa habitudo q̄ fundat̄ in ipso, nō minus fundat̄ in illo alio: ita qꝺ ipsa habitudine deficiente & corru- pta in vno per corruptionem sui fundamēti in illo, ipsa necessario simul deficit & corrūpit̄ in alio absq; corruptiōe sui fūdamēti i illo, & hoc qa hītudo nō est nisi i diuersis & ad alterū: nec i vno nisi in ordine ad alterum in quo habet esse similiter. Et est hęc trāsmutatio ꝓpria relationi & subiecto se cundum ipsam in creaturis: q̄ nisi ei conueniret: aut nata esset cōuenire: nullo mō esset accidens in creaturis: sicut nec in diuinis, dicente Augu. v. de trini. ca. iiii. Accidēs dici non solet nisi qd̄ cū aliq̄ mutatione eius rei cui accidit amitti pōt. & hoc vel cum mutatione secūdum id in quo fundatur accidens: vel cum mutatione secundum ipsum accidens solummodo: secundum qꝺ subdit cōtinuo quo ad vtrūqꝫ modum. Nam vt dicit si quædam dicuntur accidentia inseparabilia sicut plumę cor ui niger color: amittit eum tn̄: nō qdē q̄diu pluma est: sed qa non semper est pluma. Sequit̄. Q̄uis & accidens quod separabile dicitur mutatione amittatur: sicut est capillis hominum nigredo. q̄ diu capilli sunt possunt albescere: & qualitas coloris verti atqꝫ mutari. Et ad primum modum mu tationis transmutatio relationis ꝑtinet, quando trāsmutatur in aliquo subiecto ad mutationem sui fundamenti in eodem. Ad modum vero mutationis scdm pertinet trāsmutatio relationis quā do transmutatur in vno absq; transmutatione secundum suum fundamentum ad transmutatio- nem suam in alio transmutatione sui fundamenti, licet sit in hoc magna diuersitas: quoniam se- cundum accidentia absoluta non fit mutatio penes secundum modū nisi vno accidente corrupto simul generetur contrarium aut medium: secundum relationem autem bene fit corruptio absq; omni generatione contrarii: vt si duo alba sint similia, si alterum corrumpatur in nihilum, in ma-
y tialis exiſtens in ſpecie ſpecialiſſima. TERtio modo ptes formales ſcdm rem habere aliquid in ſe cõtingit intelligere dupliciter: vel q̃ ptes hmõi ſint eiuſdẽ rationis in toto vel alterius & alterius. Primo modo linea eſt compoſita ex diuerſis partibus: quarũ q̃libet linea aliqua eſt: quas ſucceſſiue intelligũt lineã in ſe acquirere per motũ qui intelligũt pũctũ fluentẽ lineã facere. Talis compoſitio nullo modo eſt in ſcientia: quia nõ eſt niſi in ſimplici anima. Sed ſi aliquo modo intelligi poſſit eſſe compoſita, hoc erit quẽadmodũ ſi intelligamus geometriã vnũ habitũ ſciẽtię cõpoſitũ ex diuerſis habitibus diuerſorũ principiorũ & diuerſarũ concluſionũ, vt videlicet quodlibet principiũ & q̃libet cõcluſio habeat ꝓprios habitus in anima re diuerſos: ex quibus integratur vnus. Et de iſto modo p̃tendit, vt credo, quęſtio ſuã difficultatẽ. Et eſt ſciendũ: q̃ cũ ſcientia ſit habitus cognitiuus: q̃ cũ habitu affectiuo continetur in prima ſpecie qualitatis: quę ex oppoſito diſtinguitur cõtra alias ſpecies qualitatis ſub eodẽ genere, quę eſt qualitas: genus aũt non deſcẽdat in ſpecies niſi p̃ differẽtias ex quibus cũ genere cõponuntur ſpecies: neceſſe eſt ponere q̃ habitus ſimpliciter qui eſt vna ſpecies qualitatis ſubalterna: componatur ex genere & differẽtia. Cũq̃ habitus cognitiui & affectiui non ſint eiuſdem potẽtię neq̃ eiuſdẽ rationis: neceſſe eſt ponere q̃ deſcendat habitus ſimpliciter in illos p̃ differentias: & ſic oportet ponere q̃ habitus ſciẽtialis ſimpliciter cõpoſitus ſit ex genere & differẽtia ſimpliciter. Sed q̃ſtio ꝓpoſita non q̃rit de cõpoſitione quę rationis eſt ex genere & differẽtia: ſed q̃rit de cõpoſitiõe reali: an ſit cõpoſita ex ptibus re diuerſis: quarũ vna acquiriť poſt aliã: vt primo ps vna in qua cõſiſtit habit⁹ principii: deĩde ps alia, i q̃ cõſiſtit habit⁹ cõcluſiõis primę, &
z ſic deinceps. Q; ſi ſic ſciẽtia intelligat eſſe cõpoſita: hoc mõ ſciẽtia ſimpliciter q̃ in eodẽ ſciẽte cõtinet oẽ gen⁹ ſciẽtię: vt grãmaticã, logicã, metaphyſicã, & cęteras oẽs, diceť eẽ cõpoſita ex illis. Et nõ eſt hęc cõpoſitio aliud q̃ quędã aggregatio. Sed nec de hac q̃rit q̃ſtio: quia ſic quãtũcũq̃ ſunt ſciẽtię diuerſę, ſcientia vna poſſet dici cõpoſita: & ſic vna ex illis. Sed q̃rit de ſcientia illa quę ſcdm veritatem dicitur vna ab vnitate ſubiecti: & non diuiditur: tamẽ ſucceſſiue acquiriť pars eius poſt partem. De quibus ptibus eſt q̃ſtio vtrũ ſcientia ſit aliquod compoſitũ ex illis. Et eſt hic ſciendũ ſcdm q̃ determinauimus in q̃ſtione: an theologia ſit vna ſcientia: q̃ ſciẽtia non dicitur vna ꝓpter vnitatẽ realem ſcdm genus aut ſpeciem eorũ de quibus conſyderat: ſed ꝓpter vnitatẽ rationis & modi conſyderãdi circa ſubiectũ vnũ: ad qđ plura attribuũtur ꝓpter vnã formalem rationẽ cõſyderandi omnibus cõueniẽtẽ, dicẽte ꝓho in. ii. Poſte. Vnius inquantũ vnũ, ſ. ſcdm vnã rationẽ conſyderãdi, vna eſt ſciẽtia. Vnde ſcdm q̃ determinauimus in prima q̃ſtione de diuerſitate theologię ab aliis ſciẽtiis, ſi ſint aliqua ſic diuerſa q̃ nõ cõmunicãt in ratione cõſyderãdi: nullo modo habent vnũ habitum ſcientię in aĩa: vt moralis ſcientia & mathematica. Si vero fuerit ſubiectũ idẽ ſcdm rem: ꝓpter tñ diuerſas rationes cõſyderandi, illud non habet vnũ habitũ ſciẽtię in aĩa ſed diuerſos Quemadmodũ naturalis ſcientia & aſtrologia: inquantũ ambę conſyderãt motum cęleſtiũ: quia non eodẽ modo: omnino ſunt diuerſi habitus in aĩa. Metaphyſica aũt quę cõſyderat de primo ente, & ideo de ente ſimpliciter & oĩbus entibus ſcdm rationẽ cõmunẽ cõſyderãdi vt ens: vnicũ habitũ generat, aliarũ aũt ſcientiarũ quęlibet ſcdm ꝓpriam rationẽ cõſyderãdi, vnũ habitũ generat Et inquantũ metaphyſica ſub ſcientia ſimpliciter diuiditur cõtra alias, ipa componiť ex genere qđ eſt ſcientia ſimpliciter & ꝓpria differẽtia cõpoſitione rationis. & aliæ ſimiliter abinuicem diſtinguuntur ſpeciebus ſpecialiſſimis, in quibus ſtat diſtinctio. Et eſt quælibet ſcientia ſtans in ſpecialiſſimo vnus habitus: cõpoſitione rationis cõpoſitus ex genere & differẽtia, non diuiſibilis vlterius ſcdm formę additionẽ aut differẽtiã: ſed in indiuidua: vt grãmatica in grãmaticã Sortis: & grammaticã Platonis. Et quia q̃libet taliũ habituũ ſcientialiũ nõ ſimul habetur ſed ſucceſſiue acquirẽdo partem poſt partem: ideo de vnoquoq̃ taliũ eſt q̃ſtio vtrum ſit compoſitus ex illis ptibus: & ſic vtrum ſcientia ſit cõpoſita cõpoſitione reali ꝑter compoſitionẽ ex genere & differentia quę eſt ra
A tionis. ET eſt dicendũ, q̃ q̃libet ſcientia quę eſt habitus in ſpecialiſſimo ſciẽtię conſiſtẽs, vnicus eſt & ſimplex in re, carens omni cõpoſitione reali ex diuerſis ſcdm rem vt ptibus exiſtẽtibus & manẽtibus in ipo, & hoc æquali ſimplicitate illi quã habet quilibet habitus affectiuus: & vniuerſaliter

quælibet forma vna recipiens intensionem & remissionẽ. & hoc scdm modum iam supra tactum. Vnde non est minor simplicitas in habitu sciẽtię Metaphysicę in quocunq; gradu habeat eam aliquis: q in habitu temperantię & q̃ in albedine. Ita q̃ per primũ actum generatiuũ habitus habetur tota realitas habitus: quemadmodum ex primo actu generatiuo albedinis habetur tota realitas albedinis: licet in gradu imperfectissimo: a quo habet procedere per intensionis motum ad gradum perfectum. Sed habitus quousq; sunt sub determinato gradu imperfectionis debiliter firmati in subiecto & de facili mobiles, non dicũtur habitus sed dispositio: quæ fit ipse habitus per profectum ad gradum vlteriorem. Et non est differentia quo ad hoc in formis recipientibus magis & minus nisi in actibus sibi respondẽtibus: quibus diuersimode diuersę formę intenduntur: vt de imperfecto in eis fiat perfectum. Propter qđ maior videtur esse differẽtia partium in quibusdã, q̃ in aliis. et ideo maior apparet ī eis compositio ex illis partibus q̃ in aliis. Sũt enim de numero talium formarum quædam quæ non nisi ex actibus conformibus & eisdem secũdũ speciem generantur & augmentantur: vt sunt illę quę sunt naturales: puta albedo, quę ab actu infrigidandi generatur & intenditur in niue: & hoc siue a diuersis infrigidantibus siue ab eodem, modo infrigidando intensius, modo remissius: aut lumen, qđ ab actu illuminãdi generatur & intenditur. & hoc siue a diuersis luminosis eandem partem medii illuminantibus, siue ab eodem illumināte, modo remissius modo intẽsius. Sunt vero alię formę recipientes magis & minus: quæ generantur & augmentantur ex actib⁹ difformibus, vt sunt habitus cognitiui sciẽtiarũ specialium continẽtium cognitiones principiorũ & cõclusionũ: quorũ videnť esse diuersi habitus: vt alius sit habitus principiorũ: alius cõclusionũ & diuersi habitus diuersorum principiorũ & diuersarum conclusionũ: ex quibus componatur sicut ex re diuersa, ipsa scientia tota horum cognitiua: puta metaphysica aut geometria: quali modo non videnť in se habere cõpositionẽ formę naturales nõ ex actibus nostris sed ex actibus naturę generatę & augmentatę. Sed non est ita: quia vnius talium sciẽtiarum specificatarum non est nisi B
vnicus habitus simplex: & non minus simplex q̃ formę naturales ex actibus vniformibus naturalibus generatę. Et est vnusquisq; habitus talium sciẽtiarũ specificatarũ generatus ex actibus nostris cognitiuis & augmentatus: ex quo etiã consimiles actus habent elici: quemadmodum & singulę virtutes quę sunt habitus affectiui simplices, habitus sunt elicitiui talium actuũ ex quibus generantur. Verũtamen si ordine recto acgrendi aliquẽ taliũ habituũ cognitiuorum procedatur: primo habet generari ex actu cognitiuo: quo cognoscimus primũ principium illius scientię: & est in gradu infimo, & inquantum hmõi est habitus principii primi, qđ est principium cognoscendi alia principia posteriora: vt semper pręcedens scdm id quod de habitu generatum est sit principium & dispositio apud cognoscentẽ cognoscendi sequens: ita q̃ ex quolibet actu cognitiuo augetur & intenditur habitus cognitiuus generatus a primo actu cognitiuo cognoscẽdi primũ principium simpliciter primũ. Et semper quo ad hoc q̃ per ipsum habitus primus est intẽsus, dicitur ille idem habitus esse habitus principii illius vel conclusionis cuius est actus. Et sunt isti actus cognitiui diuersi, sicut & ipsa principia cognitiua sunt diuersa: quorum quilibet plurificari potest secũdũ numerum: & sic firmare & intendere habitum quo ad notitiam illius principii cuius actus plurificantur: vt per hoc magis vnũ principiorum cognoscatur q̃ aliud. & non solum sic augmentatur habitus in cognoscendo plura principia pluribus actibus secundum speciem differẽtibus vel quasi: sed etiam in cognoscendo idem principium pluribus actibus solo numero differentibus. Cumq; habitus dictus sic sit generatus vsq; ad certum gradum ex actibus cognitiuis principiorum: ipse habitus principiorum est principium & dispositio cognoscendi conclusiones per actus proprios cognitiuos: qui etiam sunt augmentatiui habitus præcedentis: & nullius alterius generatiui. Et quo ad hoc q̃ per actum cognoscendi conclusionem habitus primus est intensus: dicitur idem habitus esse habitus illius conclusionis: & etiã diuersarum conclusionum: secundum q̃ per actus cognitiuos diuersarum conclusionum augetur: qui sunt diuersi inter se quasi specie & quasi genere differentes ab actibus quibus habitus principiorum est generatus & augmentatus. Quorum quilibet qui est ad eandem conclusionem plurificari potest secundum numerũ: et sic firmare & intendere habitum eundem quo ad notitiam illius conclusionis: vt per hoc magis vna conclusio cognoscatur q̃ alia. et sic non solum habitus augmentatur in cognoscendo plures conclusiones pluribus actibus quasi secũdum speciem differentibus: sed etiam in cognoscendo eandem conclusionẽ pluribus actibus solo numero differentibus. Sed est aduertẽdum: q̃ tam circa principia q̃ circa cõclusiones varii sunt modi cognoscendi. et est circa principia triplex. Principia enim cognoscimus vno modo inquantũ terminos cognoscimus. Et est via definitiua, sciendo quid dicitur per nomẽ. Prin-

cipium etiam cognoſcimus alio modo via ſenſus,memorię, & exꝑientię.Principia etiã cognoſcimus tertio modo ratione ducente ad impoſſibile.Cõcluſiones etiam cognoſcimus ſyllogiſmo,ſub quo continet enthymema,& inductione,ſub qua continet exemplum : & hoc vel habendo mediũ demõſtratiuũ:vel habẽdo mediũ nõ demõſtratiuũ.& oĩb⁹ mediis augmẽtat habitus ĩ ſuis actib⁹: ſed non niſi ſcdm intenſionẽ & remiſſionem:ſemp intenſo & remiſſo exiſtente eodẽ ſimplici ſcdm rem:differente ſolum ſecũdum rationem vt dictum eſt ſupra de albedine.Cũq; habitus fuerit generatus,ex ipſo habent elici actus conſimiles eis exq̃bus eſt generatus:& ĩ ſingulis intenditur habitus:vt ꝑfectius cognoſcãtur tam principia q̃ concluſiones.Principia enim ꝑfectius cognoſcũtur:cum ex ipſis cognoſcuntur concluſiones elicitę:& concluſiones ꝑfectius cognoſcũtur cũ cognoſcuntur in principia reſolutę.& vnũ principium ꝑfectius cognoſcitur iuxta alterum cognitum:& vna concluſio iuxta alteram:& ſingula cognita iuxta ſingula,nõ ſolum in principiis & cõcluſionibus vnius ſcientię ſed plurium:ſiue ſint penitus diuerſę: ſiue ſe habeãt vt pars & totum:

C ſiue vt ſubalternans & ſubalternata.de quorum differentiis alibi loquuti ſumus. Q2 ergo arguitur primo:q̃ ſcientia eſt compoſita quia acquiritur pars poſt partem:Dicendum q̃ non oportet hoc de ſcientia plus q̃ de albedine.Non enim habet partes plures niſi virtute & ratione ſola differentes ſicut nec albedo,vt dictum eſt. AD ſecũdum:q̃ ſcientia eſt compoſitum quia ꝑ ipſam

D ſciens aſſimilatur compoſito. Per idõ poſſet probari q̃ deus eſſet compoſitus:quia ſua ſciẽtia quę eſt ſua eſſentia aſſimilatur compoſito.Ideo dicẽdum q̃ forma in re compoſita ſicut eſt principium & ratio eſſendi,& ſui ipſius vt eſt aliquid compoſiti: & totius compoſiti ĩquãtũ eſt cõpoſitum: & materię,vt eſt aliquid in ipſo:ſicut eſt principium cognoſcendi eorũdẽ: & eſt ꝑ ſe menſura ſciẽtię quę habetur de ſcibili.Et ideo ſicut ipſa ſimplex eſt:licet dat eſſe compoſito & materię:ſic & ſciẽtia menſurata ſcdm ipſam ſimplex eſt:licet ꝑ ipſam habeatur ſciẽtia de compoſito.

Ad primũ principale.

Ad ſecũdũ.

Queſt.V. Arg. princi.



Irca Secũdum arguitur: q̃ voluntas non moueat ſeipſam: quia cũ ipſa ſit ſimplex,vna,& eadem:tunc idem reſpectu eiuſdẽ eſſet ſimul actu & potentia:quia mouens in eo q̃ mouens, in actu eſt reſpectu moti:& motũ in potẽtia eſt reſpectu mouentis.Illud autem eſt impoſſibile:quia actus & potentia ſunt contraria circa idem quę ſeſe non compatiũtur. CONtra, graue quod materiale quid eſt mouet ſeipſum ceſſante generante & non exiſtente prohibente : & ſimiliter animalia in motu progreſſiuo.ergo multo fortius volũtas quę eſt quid immate-

In oppoſitũ.

E riale. HIC oportet conſiderare ſex habentia ſe ꝑ ordinem ſecundum rationem mouendi:quę ſecundum ordinem ſuum,maiorem & minorem differentiam habent inter mouens & motum. In primo enim minus differunt q̃ in ſecundo: & ſic deinceps. & hoc largiſſime accipiendo motum ad motum ſecundum rem & propriiſſime dictum: & ad motum ſecundum rationem et impropriiſſime dictum. Et vniuerſaliter verum eſt in omnibus mouentibus & motis: q̃ virtus & ratio mouentis & moti neceſſario ſunt contrarię: quia vt procedit prima obiectio, virtus & ratio mouentis eſt ex diſpoſitione ꝑfectionis qua eſt in actu, & fluit in aliud : virtus aũt moti eſt ex diſpoſitione imꝑfectionis qua eſt in potentia:& recipit ad ſuam perfectionẽ aliquid ab alio.Et ideo vniuerſaliter mouens nullo modo motus,cuiuſmodi eſt deus: & vniuerſaliter motũ nullo modo mouens,cuiuſmodi eſt prima materia,ſumme diſtant ſecũdum eſſentiam:quia deus eſt pure actus & ſumme perfectus: materia vero eſt pura potẽtia,& ſumme imperfecta.Illa autem ſex quę dicto modo ſe habent ꝑ ordinem ſecũdum rationem mouendi,ſunt iſta.Primũ eſt volũtas diuina in volẽdo,Secũdũ eſt volũtas creata in volẽdo: de qua eſt queſtio: & propter quã ad maiorẽ declarationẽ eius de aliis ſermonẽ inducimus.Tertium eſt intellectus creatus in intelligendo,Quartum eſt graue aut leue in mouendo ſeipſum:de quo procedit ſecũda obiectio,Quintũ eſt animal in mouendo ſeipſum motu ꝓgreſſiuo.Sextum eſt generans in mouendo aliud extra ſe ſeparatũ ad alicuius ge-

Reſol.q.

F nerationem . Primũ iſtorum mouet ſeipſum in volendo ſiue ad actũ volendi.Et non differũt voluntas vt mouens & mota niſi ſecũdũ rationem tm̃:ſicut & ipſa volitio ſcdm rationem tm̃ differt ab eiſdem.Vnde & largiſſime loquẽdo:& nomẽ extendẽdo: velle ſiue actus volendi dei motio,ſiue motus quidã ſecũdũ rationẽ dicitur in diuina volũtate:& ſcdm rationẽ volũtas ipſa inquãtũ mouens,eſt quaſi perfectũ & in actu:& inquantũ quaſi motũ eſt quaſi imperfectũ et in potentia:et ipſa volitio eſt quaſi motio et actio exiſtentis quaſi in potentia. Ita q̃ dicere q̃ ſecundum q̃ eſt quaſi in potentia ſit mouens ſeipm̃, hoc eſt impoſſibile, ſed ſolũ ſcdm q̃ eſt in actu mouet ſeipm̃ ſcdm q̃ eſt in potentia.Cętera vero mouẽtia et mota ſcdm q̃ ordine naturę magis recedũt ab ipſo, maiorem habent et minorẽ differentiã inter mouens et motũ.Vnde vltimũ mouens et motũ in ſexto

gradu mouens et motū differentiā habent inter ſe ſcđm ſubſtantiā et eſſentiam,et diſtant loco et magnitudine:cum mouentia & mota in aliis gradibus intermediis non penitus differant ſecūdū ſubſtantiā aut ſecundū locum. Vnde in quinto gradu vbi animal mouet ſeipſum motu progreſſi uo:mouens & motum partim differunt ſecundū ſubſtantiā,& partim non:& partim diſtant loco & partim non. Et incipiēdo a ſummo, philoſophus in tertio de anima determinat q̄ primū mo uens ſecundū locū non eſt potētia vegetatiua:quia ipſi non reſpondēt organa progreſſionis in plā tis,neq; intellectiua ſpeculatiua:quia non ſpeculatur agibilia propter quę eſt motus: neq; intelligē tia practica, ſecūdū q̄ determinat. Et ſecundū q̄ ibi expreſſius dicit Themiſtius,practicus intelle ctus nō eſt dominus mot⁹: quia ſępe meditatur dignū fuga:puta terręmotū aut beſtiam: & ſaltat cor:tamē manet in loco animal:& delectabile aliqđ particula corporis ſentit: quieſcit tñ totū aīal, tāq̄ alio exiſtēte dño eius qđ eſt moueri. At vero neq; cōcupiſcētia motus domina eſt:neq; ira. Cō tinētes enī irati cōcupiſcētes quieſcūt. Et cōcludēdo determinat q̄ hęc duo mouēt appetitus & in tellectus practicus: ſed intellectus nō mouet niſi qa appetitus mouet. Vñ in motu aīaliū ꝓgreſſi- G uo mouens eſt aīa bruti ſecundū appetitū ſenſitiuū: aīal vero qđ eſt hō ſiquātū hō, ſcđm appetitū rationalē q̄ dicitur volūtas. Totum aūt cōpoſitū eſt motū. Sed quia aīal nō mouetur niſi organice oportet q̄ ſit organū aliquod quo anima ſecundū appetitum vtitur ad motum:in quo ponendum eſt id qđ appetit vt mouens eſt. Vnde dicit Auer. Corpus mouetur a primo inſtrumēto:ita q̄ prī mū inſtrumētū qđ mouet,& qđ eſt ſubiectum animę deſideratiuę, eſt in corpore animalis in vno loco:a quo expellūtur partes quędam:& ad quē attrahuntur partes alię: & cum hoc oportet q̄ in illo ſit idem aliquid qđ principiū & finis motus eſſe poſſit. Omnis enim motus cōpoſitus ex attra ctione & expulſione neceſſe eſt vt principium a quo fit expulſio ſit finis ad quē eſt attractio: ſicut motus gyratiuus. Quoniam autem motus animalis compoſitus eſt ex attractione & expulſione manifeſtū ē,quoniā quando pars dextra mouetur a nobis,& ſuſtentati ſumus ſuper ſiniſtrā: tūc q̄ dam partes illius partis erunt expulſę ad anterius vt anteriores: & quędam attractę, vt quæ ſunt poſteriores, & attractio & expulſio earum non eſt in rectitudine: ſed ſecūdū lineas magis curuas q̄ rectas:et ideo aſſimilatur gyro. Et iſta pars quieſcens eſt per motum attractionis finis:& per mo tum expulſionis principiū. Et ideo neceſſe eſt ibi eſſe gibbum:ita q̄ ſignū medium in gibbo ſit qui eſcens:a quo erit principiū expulſionis:& in qđ erit finis attractionis: & cōcauū ſit motum tam a dextris q̄ a ſiniſtris. Et ſunt principium & finis in hoc motu diuerſa definitione: magnitudine aūt idem,ſicut centrum.& qđ tale eſt in animali,eſt cor. AD cuius ampliorem intellectū: quia Auer. H non viderat dicta Ariſtotelis in libris de motu progreſſiuo:& de cauſis motus animaliū:quia non habuit eos tranſlatos vt dicit in paſſu iſto: Sciendum q̄ in omni motu animalis ex ſe, generale eſt id qđ mouetur & mouet ex ſe habere aliquid fixum immobile in quo figitur & ſuſtentatur:& hoc tam intra ſe q̄ extra ſe. De eo enim qđ tale debet eſſe intra ſe,dicit philoſophus de cauſis motus ani maliū in principio. Omnis motus animaliū oportet ſi moueatur aliqua particula,quieſcere aliquā Et ꝓpter hoc iuncturę in animalibus ſunt:quemadmodum enim centro vtūtur iūcturis:& fit to ta pars in qua eſt iūctura,& vna & duę,& recta & curuata:permutatis potentia & actu ꝓpter iun cturā: qđ autē in iūcturis potētia & actu, ſunt aliquādo quidē vnū, aliquādo autē diuiditur. Sed ſemper principiū primū inquantū principiū quieſcit mota particula quę de ſubtus, vtputa bra chio quidē moto cubitus: toto autē membro humerus,tibia quidem genu,toto autē ſcaleo verte brū. Et infra. Quare ſi animal eſſet brachiū:hic vtiq; eſſet principiū animę mouētis.& infra. Semp autē neceſſe eſt in medio eſſe amborū principiū animę mouētis.amborū em̄ extremorū mediū vlti mū. De eo vero qđ tale debet eſſe extra ſe:dicit ibidē inter iam dicta. Q̄z quidē igitur vnūquodq; in ſeipſo aliqd oportet habere quieſcēs,vnde principiū eius qđ mouet, erit manifeſtū:ſed omnis q̄ in ipſo quies inſufficiēs ſi nō ſit aliquid extra ſimpliciter quieſcēs & immobile. Quēadmodū enim in ipſo oportet aliquid immobile eſſe ſi futurū ſit moueri:ſic adhuc magis extra animal oportet eē immobile:ad qđ appulſum mouet qđ mouet. Si em̄ cadit ſemp puta murib⁹ q̄ ī arena ꝓgrediunt: nō ꝓcedit ipm̄ aīal:ſi nō terra maneat neq; volatio aut natatio:ſi nō mare aut aer ſiſtat. Et vt dicit de motu ꝓgreſſiuo animaliū,ſemp pmutatur qđ mouet firmatū ad ſuppoſitū ipſi. Propter qđ ſiue ſubtus feratur hoc velocius q̄ vt firmari queat qđ facit in ipſo motū:ſiue totaliter:neq; vnā habet reſiſtētiā his quę mouētur:nihil in ipſo poteſt mouere ſeipm̄. Et vt dicit de cauſis motus aīalium neceſſariū autē & hoc alterū eſſe a moto & totū a toto:et partē nullā eſſe ei⁹ qđ mouetur, & infra. Talia omnino neceſſe & in ipſis habere quieſcens & extra ad qđ propulſent. Quę vt dicit ibidē,nō ſolum neceſſaria ſunt in motis ex ſe ſecūdū locum:ſed ī motis ſcđm inſpirationem & reſpirationē:

et aliis motibus ex se. Ad sciẽdũ aũt spẽcialiter modũ motus progressiui animalium: qui tactus est in argumẽto: dicit i de motu progressiuo. Semp qđ mouetur duabus vtiť organicis partibus quibus facit motũ. & hoc distinctis in eodẽ scđm dextrũ & sinistrũ. scđm ꝙ post pauca subdit dicens. Vnũ corporis scđm locũ mutationis principiũ natura: hoc quidẽ dextrũ. Oppositũ aũt qđ natũ est sequi, sinistrũ. Et vt dicit de moribus animaliũ, amborũ necesse est i medio esse principiũ animæ mouentis, sed mouens ambo necesse est vnũ esse. Hoc aũt est anima: alterũ existens a magnitudine tali: his quidem in corde: his autẽ i ꝓportionali. Et scđm ꝙ determinat in tertio de aĩa, hic oportet quatuor considerare ꝓ ordinẽ se habẽtia. Quorũ primũ est mouens non motũ: qđ est bonũ appetibile cognitũ. Secundum est mouens motum: sed alio motu q̃ mouet: qđ est vis animæ appetitiua mota ab appetibili cognito, motu alterationis duplicis. & hoc tam in appetitu rationali: q̃ sensitiuo. Bonũ enim appetibile & malum fugibile alterando causant sensus, phantasias, & intellectus. Phantasiæ autem & intellectus habentes virtutes rerum ingerunt passiones potẽtiis appetitiuis. Phantasię enim appetitiuas virtutes sensitiuas secũdum calidum & frigidum in suis organis alterant primo: & statim atq; continuo alterant eas motu appetitus: vt de non appetente fiat appetẽs: cumq; appetitus sensitiuus sic motus fuerit motu alterationis duplicis, statim impetuose mouet membrum organicum motu locali duplici, attractionis & expulsionis, vt iam videbiť; tanq̃ id qđ mouet alia motu consimili. Secũdum enim ꝙ dicit philosophus ante finem de motibus animaliũ: alterato propter sensum loco qui circa principium, aut permutato secundum caliditatem & frigiditarem: aut secũdum aliquam aliam talem passionem: cum fiat alteratio circa cor: habitę simul ꝓ mutantur extensę & conductę partes: vt ex necessitate propter hoc fiat motus in animalibus. & multam facit corporis differentiam in ruboribus & palloribus & timoribus & tremoribus & his contrariis. Intellectus autem operabili cognito alterat passione quadam spiritualis affectionis voluntatem, vt iam infra videbitur: ad quam sequitur alteratio secundum appetitum quando de nõ volente fit volens: & tunc imperio suo mouet organa motu locali: quemadmodum mouet appetitus sensitiuus vt dictum est. Vnde tertiũ ẽ mouens motum & eodem motu mouens quo mouet scilicet motu locali, & est membrum qđ est organum virtutis appetitiuę & motiuę in corde vel in proportionali: qđ secũdum ꝙ iam dicetur mouetur a vi appetitiua animę attractione & expulsione: & motum mouet alias partes habitas & cõsequẽter se habentes ad se: sed vicissim tali motu modo existente in dextra parte modo in sinistra: & non simul in vtraq;. quia vna mota necesse est alteram quiescere, vt dictum est: & iam amplius declarabitur. Quartum vero est motum non mouẽs & sunt partes habitę & membra animalis exteriora. Alio tamẽ & alio modo mouetur organum illud secundum partes, dextram scilicet & sinistram, a vi appetitiua attractione & expulsione, q̃ ab ipso eodem motu mouentur partes habitę vt iam dicetur. Prędicta autem quatuor, philosophus in fine tertii de anima, reducit ad tria dicens sic. Et primũ quidem mouens depellit & non depellitur: vltimum autem solum depellitur non depellens: medium autem vtraq;: multa autem media. & sic mouens & motum reducit ad vnum. Multum tamen ad propositum valet videre distinctionem eorum secundum differentem modum mouendi: vt iam patebit. Et sic vt dicit ibi Commentator, motio in talibus cõponitur ex tribus: scilicet primo motore: medio & postremo moto. Medium autem potest esse vnum & plus vno. Illud autem organum de quo iam habitus est sermo, est circa principium qđ est medium cordis vel proportionalis: in quo principaliter est vis animæ appetitiua & motiua: vt in signo indiuisibili qđ ambitur ab ipo organo secundum partes suas distinctas penes dextrum & sinistrum, ante & retro, superius & inferius. Principaliter tamen penes dextrum & sinistrum. Et est ipsum organum totum potentia quidem vnum: operatione autem duo: quia altero quiescente in eo puta sinistro alterum mouetur puta dextrum: sed hoc vicissim: secundum ꝙ hæc omnia colliguntur sparsim extra de motibus aĩalium: quę omisit declaranda in libro de anima: promittendo ibidem horum declarationem in hoc libello. Et licet vt dictum est vicissim altero dictorum quiescente alterum mouetur: neutrum tamen eorum ab altero mouetur: sed ambo a tertio immobili quod est anima, quia vt dicitur, viii. Physico, non contingit ipsum seipsum mouere sic ꝙ vtraq; pars moueatur ab vtraq;: ita ꝙ sit motus reciprocus. Et vt dicit ante finem de motibus animalium: loquens de dextro & sinistro: & in organo dicto contrariis mouentur: vt non sit in quiescendo super dextrum moueri sinistrum: neq; in eo qđ habet illud. Semper autem in superiori amborum principium: & necesse in medio esse principium animæ mouẽtis, amborũ enĩ extremorũ mediũ vltimũ. Et sicut hoc medium est principiũ motꝰ inter dextrũ & sinistrũ: sil'iter & inter ꝓtes scđm alias differẽtias positionis. vñ cõtinuo subdit. Sil' aũt ha-

bet & ad alios motus hoc,& ad eos qui deſurſum & deorſum: puta eos qui a capite, ad eos qui a ſpina.Nullo igitur modo eſt hic motus reciprocus exiſtẽs mediũ qđ eſt terminus cõis amborum niſi quo ad hoc,q̃ vt dictum eſt,medium illud eſt terminus vtriuſq; exiſtens in vtroq;,& mouens vtrũq; ſed dextrum vt quieſcit in ſiniſtro:& ſiniſtrum vt quieſcit in dextro:ſecũdum q̃ iam declarabitur:vt ſecũdum hoc quoquo modo dextrum poſſit dici moueri a ſiniſtro & econuerſo. Vnde k
quia iſtę partes habent moueri & quieſcere viciſſim ab anima: & per illas alię partes animalis exteriores:ideo dicit circa finem de motibus animaliũ: q̃ neceſſe eſt illud organũ nõ eſſe punctũ:ſed magnitudinem aliquã:& hoc diuiſam in dextrum & ſiniſtrum:vt ſecũdum hoc in animali ſcđm omnẽ motum quo mouet ex ſe:intelligamus iſta tria.Primo ſignũ vnũ indiuiſibile in medio dicti organi inter ſex differentias poſitionis:quę ſunt dextrum,ſiniſtrũ,ante,retro,ſurſum,deorſum.licet principaliter inter dextrum & ſiniſtrũ:ſecũdũ quę principaliter illud organũ diſtinguitur. dicente philoſopho in de motu ꝓgreſſiuo.Oportet eſſe cõmune ſecundum q̃ continua hęc ſunt ad inuicem:& hic exiſtere principium motus vtrarũq; partium: ſimiliter & ſtationis ſcđm eam quę dictarum partium copulationem.Dico autẽ dextrorum & ſiniſtrorum,& eorum quæ ſuperius & inferius,quę poſterius & anterius:qđ ſignũ neceſſario eſt quieſcens: quia in oſibus permutationib⁹ fieri oportet inflexionẽ & rectificationẽ:& principiũ eſſe & finem:vt propterea modicus motus in ſenſibili parte circa illud medium,ſiue ſcđm alterationẽ, ſiue ſcđm locum, ſecũdũ modũ magnitudinis ſuę multum & magnũ motum facit in cęteris partibus corporis. quoniã vt dicit de cauſis motus,modica permutatio facta in principio multas & magnas facit differentias deinceps: veluti gubernaculo ſecundũ aliquid modicum tranſpoſito magna prorę fit tranſpoſitio.Secũdo vero intelligimus partes organi quę ſunt ꝓpinquę ſigno & circũſtantes illud per continuationẽ ad ipſum:quę principaliter intelligũtur ad propoſitum eſſe dextra & ſiniſtra:quarum quęlibet habet in ſe ante & retro,ſurſum & deorſum.Tertio vero hic intelligim⁹ cęteras partes habitas ī animali tam interiores q̃ exteriores circũſtantes illud organũ:quę ſimul mouẽtur moto organo,& hoc motu magno ad motũ paruũ in organo:& tanto maiore quanto partes ſunt exteriores, & magis remotę a medio & ab organo,quemadmodum in corpore orbiculari moto motu reuolutionis maximũ habent motum & velociſſimũ partes quę ſunt extra in ſuperficie: minimũ vero & tardiſſimũ partes quę circa centrum.Quemadmodũ etiã ſi vnico motu ſimul moueãtur rotę minor rota in maiori,minor enim rota vt dicit philoſophus,quaſi centrum eſt maioris. Et nõ ſolum in hoc differunt motus organi:& partium habitarum:quia tunc non eſſet eſſentialis diſtinctio in motu animalis inter organũ illud & cęteras partes:vt organũ dicatur mouens & motum:cęterę autem partes motę tm̃:ſed differunt in modo tractus & pulſus,qui ſunt principia motus localis.In partibus L
enim dextris & ſiniſtris dupliciter fiunt tractio et pulſio: et hoc principaliter: ſed eiſdem modis etiam in aliis ſecũdum alias differentias poſitionũ. Vno modo in partibus organi:Alio modo in partibus habitis. Vno enim modo eſt tractio partis per eius contractionem et abbreuiationem,quemadmodum videmus in animali qđ vocatur inteſtinũ terrę:qđ cũ partes anteriores aut poſteriores contrahit ad mediũ corporis ſui extenſi ſcđm longum:rugeſcit ps contracta:& cõtracta ſiue retracta breuior facta eſt.Alio vero modo eſt tractio partis abſq; eius cõtractione et abbreuiatione: quẽ admodum ſiquis in curuando genu attrahat ſibi tibiam. ex hoc enim tibia nec cõtrahitur nec rugeſcit aut breuior fit.Similiter vno modo eſt pulſio partis eius per extẽſionem et prolongationem quemadmodum videmus ī inteſtino terrę: qđ partem quã primo cõtrahit attrahendo,deinde in ſuo progreſſu extendit quaſi extra ſe pellendo.Alio vero modo eſt pulſio partis abſq; eius extenſione et prolongatione:quemadmodum ſiquis genu incuruatum rectificet:et per hoc pellat a ſe tibiã: ex hoc tibia in ſe non fit magis extenſa,nec longior. Primis modis tractus et pulſus fiunt in partibus dextris et ſiniſtris organi:quę propinquę ſunt dicto principio,dicẽte philoſopho in fine de motibus animalium.Propter hoc et ſpiritus complantatus hic videtur exiſtens naturaliter ad hoc q̃ fit motus et exhibeat virtutem. opera autem motus pulſio et tractio,quare oportet organum augeri poſſe et abbreuiari.Talis autem eſt ſpiritus natura qua vtitur anima ſicut inſtrumento ī mouendo organum illud.Aliis autem modis tractus et pulſus fiunt in partibus habitis:ita q̃ in partibus organi fiunt tractus et pulſus ſicut in ſentiẽte et animato:anima ſcilicet vt eſt in vna parte: attrahẽte ſibi aliã:licet principaliter attrahit vt eſt in ſigno medio quieſcẽs,ppt qđ organũ hoc eſt mouens motũ:nõ tm̃ quia ꝓ ipſam mouent ptes habitę:ſed qa ꝓ vnã alia.quemadmodũ cõtingit in motu ptiũ inteſtini terrę.Hic dicit ante finẽ de cauſis motus.Et rõnabiliter accidit.Etenim ſenſitiuũ hoc dicimus eſſe: q̃re alterato ꝓpter ſenſum &c.vt iã ſupra. In ptib⁹ vero habitis fiũt tract⁹ &

pulſus non ſicut in ſentiente ſed ſicut in animato nihil operante ad motum: quemadmodũ manus tenens baculum attracta attrahit ſimul & baculum: nec eſt differẽtia in hoc: propter qđ pars habi
O ta eſt mota non mouens. Hinc dicit philoſophus parum ante verbum iam dictum. Quoniã autem conuenit & ad manũ habere aliqd inanimatorũ: puta ſi moueat baculũ: manifeſtũ quia nõ erit vti q̃ in neutro extremorum anima neq̃ in extremis eius qđ mouetur: neq̃ in altero principio. Eteni lignum habet principium & finem ad manum. Itaq̃ & propter hoc etſi non in baculo mouens ab anima principiũ ineſt: neq̃ in manu. Similiter enim habet & extremum manus ad carpon: & hęc pars ad cubitum. nihil enim differũt quę ſunt adnata, ab his quę non. fit enim quemadmodũ auferibilis pars baculus. Et ſic principium mouens ſecundum locum: inquantum mouens nullo modo habet eſſe in partibus habitis: ſed vt motum tm̃. In partibus vero organi habet eſſe vt motum & mouens. In ſigno vero medio vt mouens tm̃: & non motum, niſi per accidens: inquantum me-
P dium ſignum non habet eſſe niſi in extremis motis. Hic dicit philoſophus in fine de cauſis motus. Exiſtimandum autem conſtare aial quemadmodum ciuitatem bene legibus rectam. In ciuitate enim quando ſemel ſtabilitus fuerit ordo, nihil opus eſt ſeparato monarcha: quem oportet adeſſe per ſingula eorum quæ fiunt: ſed ipſorum quodlibet facit quę ipſius vt ordinatum eſt: & fit hoc poſt hoc propter conſuetudinem. In aialibus autem idem hoc propter naturam fieri: & quia natum eſt vnũquodq̃ ſic conſtantium facere proprium opus: vt nihil opus ſit in vnoquoq̃ eſſe animam: ſed in quodam principio corporis exiſtente: alia quidem viuere eo q̃ adnata ſunt: facere autem proprium opus propter naturam. Qđ quidem principium corporis: licet ſit principaliter in cordis medio reſpectu totius corporis: cum totum corpus mouetur de loco ad locum: eſt tñ etiã quoquo modo in qualibet iunctura: cum manente toto corpore in eodem loco, mouetur pars eius aliqua in ſigno aliquo medio inter quieſcẽs & motum reſpectu partis motę ad partem quieſcentẽ. Quemadmodum enim centro aialia vtuntur iuncturis, vt habitum eſt ſupra: & fiunt ſemper tractus & pulſus in partibus habitis, manente in eiſdem eadem figura ſicut & eadem magnitudine quemadmodum contingit in motu inſtrumentorum ſeſe impellentium & trahentium. In partibus vero organi mutata figura ſicut & quantitate, dicente philoſopho de cauſis mot⁹. Poſtmodũ in automatis quidem & curribus non eſt alteratio: etiã ſi fiãt minores quæ intus rotæ & circulo
Q moueantur. In animalibus autẽ poteſt & maius & minus fieri: & figurę permutari augmentatis partibus. Immo licet in partibus habitis non tranſmutentur ſecũdum figuram, aut ſecũdum quãtitatem: tñ in partibus organi neceſſe eſt ea mutari vtroq̃ modo. Semper enim in eis contractio fit ad ſignum medium quieſcens: non ſecũdum lineam rectam: ſed ſecũdum curuam partis illius quę mouetur. Et hoc partibus inquantum mouentur motu contractionis motis ab anteriori & ſuperiori verſus poſterius & inferius ad ſignum medium: manente parte quieſcente a motu progreſſus ſecũdum lineam rectam per totum motum incuruationis partis alterius. Sed linea illa recta inquantum continuatur ſigno medio inclinat ad poſterius ab initio: licet quouſq̃ incipiat in curuari ſemp magis ac magis declinet ad anterius: vt idcirco tã propter vnius ptis incuruationẽ, q̃ propter alterius rectitudinem ipſum ſignũ mediũ neceſſe ſit tendere ad poſterius: et propterea verſus poſterius facere gibbum inter partes: vt concauũ ſit verſus anterius: ita q̃ ſi ſimul contrahantur pars dextra & ſiniſtra, eſt quædam incuruatio ad anterius, inter arcus partis dextrę & ſiniſtrę: & gibbus ad poſterius: in quo eſt ſignum medium: quaſi ſecundum figurã ſemicirculi, qđ fit quodammodo in motu ſaltus. In motu eñ a principio ſaltus exiſtente ſigno medio inter dextrũ & ſiniſtrum quaſi inter lineas rectas ſecũdum figuram triangularem ſimul fit motus & incuruatio ſecũdum dextrũ & ſiniſtrũ: & fit ſignũ medium in gibbo inter lineas curuas: & cum iterato ſimul rectificantur fit reuerſio ad triangulum. Et in iſta cõtractione & directione habent partes ab inuicem fixionem & reſiſtentiam inter ſe mutuo, præter fixionem ab extra: per quã principium motiuum exiſtens in ſigno medio vtrãq̃ attrahit in cõtractione & repellit a ſe in pulſione. Et mouetur animal ſecundum totum ſimul in ſaltu. Hinc dicit philoſophus in principio de motu progreſſiuo. Qđ ſaltat, ad ipſum firmamentum qđ deſuper, & ad id qđ ſub pedibus, facit ſaltum. habent enim quandam contrareſiſtentiam adinuicem partes in inflexionibus: et vniuerſaliter fixum ad oppreſſum. Propter qđ ſaltant plus habẽtes ſaltarios lapides q̃ non habentes: et currentes velocius currunt contra mouentes manus. Fit enim quędã cõtrareſiſtentia ad manus et ad corpus. fit enim in motu ſaltus quemadmodum ſiquis deorſum contra tenentes moueat crura ad anterius.
R Si vero pars organi dextra et ſiniſtra nõ ſimul contrahantur et extendãtur: ſed viciſſim cum vna incuruatur altera rectificat: tunc extẽſa ad anterius in pte inferiore: et ad poſterius in pte ſupiore

continuatur ſigno communi ſecundum lineam rectam: & pars contracta quieſcit ſuper illam, & cõ iungitur ſigno medio ſecundum lineam curuam: & figitur in ſua eleuatione & incuruatiõe ſuper rectam: & habet reſiſtentiam in ipſa in ſua extẽſione. Qđ fit ſimpliciter in motu ambulationis greſ ſibilium, vna parte premente & alia preſſa: & quæ attollitur prębet ferenti onus: & ſic ordinantur ſecundum figuram ex vna parte habente lineam rectam: ex altera vero curuam. Sed in tali pro greſſu dextra pars naturaliter eſt principium motionis: vt primo ſit nata contrahi ſuper ſiniſtram & in incuruatione ſup illã eleuari. & poſt eleuationẽ & contractionẽ iterum extẽditur: vt ſic ex pte dextrę incipiat motus: & p̃ponatur primo pes dexter ad anterius: & poſtea quieſcẽte dextra cõtra hatur ſiniſtrũ & incuruatione ſua eleuetur ſup dextrũ: & deinde extendat & p̃ponatur pes ſiniſter dextro. Et ſic vt dicit Themiſtius ſup tertiũ de anima, cõtrahentia & extendẽtia viciſſim ſiniſtra & dextra pgrediũt aialia. Vt eñ dicit phs de motu ꝓgreſſiuo, ſtãte vnaquaq̃ põdus ĩ hac eſt. Motis etiam in anterius oportet pedem p̃cedentẽ leuem eſſe: continuo autẽ greſſu facto rurſum in hoc pondus ſuſcipere & ꝓcedere aial in anterius. Q2 autem ſcđm hũc modum, primo, ſ. incipiẽdo mo tum a dextris, pgrediãtur aialia: ſcđm q̃ dicit in principio de motu ꝓgreſ. ſignũ eſt ferre onera in ſiniſtris. Sic eñ facilius cõtingit moueri qđ ferẽ, libero eo qđ debet moueri primo. Propter qđ etia onus nõ eſt in motiuo, ſ. ſup ſignũ mediũ: ſicut nec in primo moto: ſed ſolũ in mouẽdo oportet ipo ni. Si eñ in mouẽte & principio motus imponatur: aut totaliter nõ mouebitur, aut difficilius. Sic S ergo patet quomodo partes organi quia mutãtur in motu ſcđm quantitatẽ, ẽt oportet ſecundũ di uerſitatẽ motuũ mutari: & ſcđm figuram. Partes vero habitę quia nõ mutãtur ſcđm quantitatẽ: ideo qualitercũq̃ moueãtur, quantũ eſt ex ſe nõ oportet mutari ſcđm figuram: immo quãtũ eſt ex ſe reſpiciũt ſignũ medium ſcđm lineã rectã: ex ſe eñ rectę ſunt: & ſic ſcđm figurã triangularẽ Si vero reſpiciũt ſcđm figuram curuã: hoc accidit eis quia non cõtinuantur illi ſigno niſi ꝑ lineas arcuales organi. Et non ſolũ quę dicta ſunt cõtingũt in motu ꝓgreſſiuo greſſibiliũ habẽtiũ dextrũ & ſiniſtrũ patẽter diſtincta: ſed etiã in repẽtibus & aliis nõ habẽtib9 ea patẽter diſtincta. dicẽte phõ ibidẽ, loquẽdo de dextro & ſiniſtro. Hoc aũt dearticulatũ eſt alteris magis q̃ alteris. Quęcũq̃ eñ organicis ptib9 vtẽtia puta pedibus, aut alis, aut quocũq̃ alio tali: dictã pmutationẽ faciũt circa ta lia magis dearticulata. Quęcũq̃ autẽ nõ talib9 ptibus, ipſo aũt corpore diſtinctiones faciẽtia p̃cedũt quemadmodũ quę ſine pedibus: puta ſerpentes, & quę vocãtur inteſtina terrę: exiſtit quidẽ & his qđ dictum eſt: nõ aũt patet ſimiliter. Vnde & in ſaltu vbi quaſi ſimul dextra & ſiniſtra mouentur dextrum naturaliter prius mouetur q̃uis imperceptibiliter. Sic etiam cõtingit in volãtibus alis & natantibus pennulis: primo mouent alam vel pennulã dextram q̃ ſiniſtrã: licet imperceptibiliter. Propter qđ ꝓgreſſus illorum magis aſſimilatur ſaltui q̃ ambulationi. Et ſicut p̃dicta contingũt in habẽte duos pedes tm̃: ſimiliter & in habentibus plures pedes vt quatuor. Quia tñ vt dicit phus principaliter greſſus eorum eſt anterius, poſteriora eorũ mouentur ad anteriora ſcđm diametrum Poſt dextrũ eñ pedem anteriorẽ ſiniſtrũ poſteriorẽ mouent: deinde ſiniſtrũ anteriorẽ: poſt hoc de xtrum poſteriorẽ. Eodẽ autẽ modo quęcũq̃ plures habẽt pedes quatuor, faciũt motũ: Oportet eñ quemadmodũ in quatuor: quę deinceps poſteriora ad anteriora moueri ſcđm diametrum. Palam aũt in lente motis. Et ſicut cõtingit in habẽtibus quatuor pedes aut plures: ſic contingit in piſcibus habẽtibus quatuor pennulas, aut plures: & cõtingeret in auibus ſi haberẽt quatuor alas aut plures & eſſent in omnibus tam pedũ, q̃ alarum, q̃ pennarũ motus ad latus: ſicut eſt modo in habentibus duo vel plura illorũ. Speciale aũt accidit in motu repentium: vt patet ĩ inteſtino terrę: qđ cũ fuerit ſuper terrã contractũ in toto corpore, a medio vbi eſt ꝓportionale cordi, primo extẽdũtur & p longantur expulſione partes anteriores: quę incipit a ſigno qđ eſt in medio: licet primo apparet in parte priore: deinde ſecũdo cõtrahuntur depſſione: quę ſimiliter incipit a dicto ſigno. & primo ap paret ibidẽ: & ſim̃ attractione ab eodẽ ſigno & apparẽte ibidẽ extẽdũt ptes poſteriores: & poſt q̃ fu erint extenſę, tunc demũ tertio contrahũtur ad idẽ ſignũ: & apparet primo in ipſo: & eſt totũ aial contractũ ſicut prius, & tunc iterũ incipit p̃cedere vt prius. Sic ergo patet quomodo in iſto mo T tu aialium ꝓgreſſiuo mouens & motũ nõ ſunt diſtincta ſcđm totum, & ſeſe ab extra tangentia: ſi cut cõtingit in mouentibus & motis modo p̃cedente: ſed aia eadem in toto corpore & omnino ſim plex quo ad intellectiuã in hominibus, licet extenſa ſcđm ptes corporis in brutis, mouet in vnico ſi gno indiuiſibilis exiſtẽs organice totum aial ſcđm dictum modũ: & ſic quodã modo ſeipam: prout eſt in partibus per ſe motis, & etiam prout eſt in ſigno p̃dicto mouens licet per accidens vt dictum eſt. QVAE vero ſunt mouentia & mota, ſ. grauia & leuia in quarto gradu adhuc minus diſtin V guũtur. Cum eñ ſint corpora ſimplicia inanimata, nõ mouẽtur per appetitum: ſed per naturalem

impetum: & nulla eſt diſtinctio in ipſis ſecũdum organa: ſicut cõtingit in aĩalibus: nullo modo poſ ſunt moueri ex ſe: vt determinat phus. viii. Phyſi. Intellige vt ſint ſibi principiũ inchoandi motum ſine cauſa extrinſeca: vt ſit mouens per principiũ qđ exiſtens in vna parte mouet viciſſim alteram, hoc em̃ animatorũ propriũ eſt: & aliter poſſent ſtare in medio motus ex ſeipſis, vt dicit ibidem. Et quo ad hoc dicit ibidẽ: ꝙ quæ nõ mouẽtur a ſeipſis, vt grauia & leuia: mouentur aut a generante & faciente graue aut leue: aut ab impedientia & prohibentia ſoluente. Ab altero enim horũ debent habere ꝙ incipiant moueri: qđ cũ habuerint, vlterius mouẽtur ex ſe proſequẽdo motum. & quo ad hoc mouẽtur ex ſe per accidens, dicente Cõmẽta. ſup. viii. Phyſi. Ex graui eſt principiũ receptiõis vt moueatur ab extrinſeco: non principiũ actionis niſi per accidẽs. Ex ſe enim mouẽtur exequẽdo mo tum: ſed exequi non incipiunt niſi per aliud, vel per generans dans formã qua exequitur ex ſe mo tum: vel per remouẽs prohibens: per hoc ponendo ipſa in tali ſtatu, in quo per formã iam habitam poſſunt exequi motũ. Et ſic per accidens mouẽtur a ſeipſis, non quia in executione motus aliud ſit quo moueantur q̃ ipſa ſeipſis: nec ꝙ ceſſante impedimẽto alio q̃ ſeipſis motũ inchoant: immo quo ad executionẽ motus ſunt per ſe cauſa motus: & generans atq; remouens prohibens, ſunt cauſę per accidens: ſed quia nõ incipiunt ſe mouere poſtq̃ non mouebãtur prius: niſi quia nõ erant in diſpo ſitione qua poſſent moueri: vel propter formę carẽtiam, vel propter formę habitę impedimẽtum. et quo ad hoc ſunt cauſa motus ſui per accidens: & generans atq; remouens prohibẽs, per ſe: ita ꝙ ſi
X fuerint in locis propriis: nullo modo ex eis mouẽtur: niſi per violẽtiam. In quo differenter ex ſe mo uẽtur grauia & leuia: & alia quę ex ſe mouent ſine alio mouẽte, niſi ſecũdũ rationẽ appetibilis. qa il la inchoant motũ poſtq̃ prius nõ mouebãtur: & ceſſant a motu ſeipſis: qđ non poſſunt facere gra uia & leuia. Vnde dicit Auer. ibidẽ. Generans eſt illud qđ dat corpori ſimplici generato formã ſuã & oĩa accidentia contingentia formę: quorũ vnũ eſt motus in loco. Sed intellige ꝙ nõ per ſe & ime diate dat motũ ſicut dat formã: ſed ꝙ dando formã dat motũ: quia forma nõ impedita eſt ſufficiẽs in eis cauſa motus. Vnde cum perfectam habuit formam extra ſuum locum naturalem ad abſenti am generantis, ſi ceſſet prohibens, ſtatim ſeipſo abſq; omni alio mouente mouetur ad locum ſuum. dicẽte Auer. primo Metaph. Cauſa diuiditur in cauſam eſſentialẽ & in cauſam accidẽtalem: ſed cau ſa accidentalis vocatur cauſa impropríe: eo ꝙ cauſatũ non prouenit ex ea: ſed ex alio: qđ nõ fit cau ſa debita eſſendi cauſatum niſi cum illa. Sicut qui remouet colũnam ſuſtinẽtẽ tectum dicit tectũ di ruere: qđ nõ eſt verum: eo ꝙ cauſa ruinę tecti eſt eius ponderoſitas: ſed retinetur interim propter ſuſtentationẽ colũnę, remotio igit colũnę aptauit illud ad caſum: & ruit: qđ erat ei. ſ. graui propria actio. Vel ſicut ſcamonea dicit infrigidare eo ꝙ aufert cholerã: quę prohibet naturã infrigidari. na tura igit erit frigeſcens: ſed cum remotũ fuerit qđ prohibet: & ſcamonea erit cauſa remotiõis cho lerę non cauſa infrigidationis quę ſequit poſt remotionẽ cholerę naturaliter. Sic ergo patet ꝙ ſicut natura eſt cauſa per ſe infrigidans, & amotio cholerę nõ niſi p accidẽs: cui⁹ amotiõis per ſe cauſa eſt ſcamonea: & per accidens infrigidationis: ſic in graui cauſa per ſe faciens deſcenſum eſt ipſum gra ue per ſuam formã: & amotio prohibentis ſiue ipſum amouens prohibens eſt cauſa deſcenſus per accidens. quod quidẽ amouens eſt cauſa amotionis prohibentis per ſe. Propter quod poſt prædicta ſubdit Auer. Potentia vero ad motum quã accidit inueniri in corpore ſimplici: quando inuenitur in tẽpore ſuæ generationis ꝙ non mouetur ad ſuum locum naturalẽ ab aliquo impedimẽto: quan do generatur in loco extrinſeco: aut quãdo exit a loco ſuo naturali ab aliquo extrahente: nõ indiget ad hoc ꝙ exeat in actum motore extrinſeco eſſentiali: cum ſit in potentia accidentali. Et cum ita ſit & illud qđ mouetur eſſentialiter eſt illud in quo eſt potentia vera ad motum. ſ. potentia receptionis motus: tunc illud qđ mouetur in rei veritate hoc motu eſt materia ex qua generat corpus ſimplex verbi gratia: ꝙ aer qui eſt in potentia ignis & ſuperius, eſt illud quod mouetur in rei veritate & eſ ſentialiter ad ſuperius quando fit ignis: & hoc a generante vt dictũ eſt: ſed cum generatũ eſt: ſi ſit extra locum ſuum: abſq; omni alio per ſe mouetur in ipſum. dicente philoſopho in. viii. Phyſi. Con tingit impedimẽtũ nõ ſurſum eſſe: ſed ſi auferatur impedimẽtum: agit & ſurſum fit ſemp: & eſt per ſe mouens. ſ. forma accidentalis grauis: per ſe vero motum ipſum corpus grauis cõpoſitum ex ma teria & forma ſubſtãtiali. Quę nõ diſtinguũtur, nec loco, nec ſitu: ſicut diſtinguũtur mouẽs & mo tum ſecũdum partes in aĩali: quo ad motum localem vt iam dictũ eſt: & etiam quo ad motum au gmẽti: ſed tantũmodo diſtinguũtur ſicut forma & ſubiectum exiſtens in actu p formã: ſecũdum ꝙ philoſophus aſſignãs differẽtiam inter motum ex ſe, qui eſt in augmento: & motum grauium & le uium: in hoc videlicet ꝙ quo ad aliquid graue & leue magis habent in ſe principiũ motuum ſuorũ q̃ quæ augmẽtantur: dicit in. iiii. cęli & mũdi. Magis aũt leue & graue i ſeipſis vidẽtur habere prin

cipium horum propter propinquiſſima eſſe ſubſtãtiæ eorũ. Quod Cõmẽta.exponẽs dicit ibidem. Totum in graui mouet totũ: ſed in augmẽtabili pars vna augmẽtat aliam diſtinctã ab ea loco.Et alibi ſuper eundẽ quartum dicit ſic.Cauſa quare graue mouet ſe remoto impediẽte:eſt quia motus eius cõſequitur formã grauis ſicut propriũ accidens.et ideo nõ indiget extrinſeco motore.De quo etiam dicit ſuper tertiũ eiuſdẽ.Quẽadmodũ cętera accidentia exiſtentia in re generata non exiſtũt in ea niſi mediante forma generati:ita eſt de hoc motu.& paulopoſt.Propter hoc iſte motus nõ eſt primus & eſſentialis a motore extrinſeco:ſed a forma moti:& ideo mouetur ex ſe graue cum impediens quieuerit.Et etiã ſcdm iſtũ modũ aſſimilatur ei qđ mouetur per ſe.lapis eñ mouet ſe inquãtum eſt grauis in actu:& mouetur inquãtum eſt in potentia deorſum.Cauſa autẽ hęc eſt:quia cõponitur ex materia & forma.Forma eñ eius mouet inquãtum eſt forma: & mouetur ſecũdum q̃ eſt in materia:aliter eñ non eſt in potentia inferius. Eſt tamẽ hic aduertẽdũ q̃ circa graue differunt per ſucceſſionẽ motus,& mutatio ſubito : qñ quãtũ eſt ex parte mouẽtis & mutantis graue ſe p̃ ſe,hoc eſt p̃ formã grauis,ſe mutat ſubito faciendo ſe deorſum ſi non ſit mediũ reſiſtẽs.& ſi ſit mediũ reſiſtẽs,ſucceſſiue mouet ſe deorſum:& hoc vel velocius,vel tardius ſcdm diſpoſitionẽ medii & grauis.Quãtũ vero eſt ex parte moti vl' mutati,graue ex ſe mutat deorſum nõ per violẽtiã aut reſiſtẽtiam mutationis ſed per obedientiã:& hoc abſq̃ omni ſucceſſione motus.Sed q̃ mouentur deorſum,hoc eſt ex ſe:ſed non ſine medio reſiſtente:& ſic mouet ſe graue accidẽtaliter.Et cũ ita ſit,vt dicit Cõmẽta.ſuper.iiii.cęli & mũdi:neceſſe eſt vt moueat ſe : quia mouet eſſentialiter aliud a ſe. Verbi gratia,homo nõ mouet ſe accidentaliter in naue niſi quia mouet nauẽ eſſentialiter:& ſic lapis non mouet eſſentialiter niſi aerem in quo eſt:& ſic ſequit̃ motum aeris:ſicut eſt de homine & de naue.& in fine capituli dicit.Manifeſtũ q̃ aer eſt neceſſarius in motu lapidis. & eſt illud qđ p̃mi ſimus & declarauimus in Phyſicis.ſed iſte locus eſt cõuenientior. Vnde grauia & leuia poſtq̃ ſunt generata in forma perfecta abſq̃ impedimento,quodãmodo magis ex ſe mouent ſe tranſeundo ad ſua loca naturalia:q̃ aĩalia mouentur ex ſe ad loca in quib⁹ inueniũtur ſua appetibilia: quia grauia & leuia non requirunt quieſcens,nec intra ſe nec extra.dicente philoſopho de cauſis motus aĩaliũ. De inanimatis autem quęcũq̃ mouẽtur,dubitabit vtiq̃ aliquis vtrum in ipſis eſt quieſcens & mouens:& aliquid extrinſecorum quieſcẽtium appelli neceſſe:& hoc autẽ impoſſibile:puta ignẽ & terram aut inanimatorũ aliquid.Et prẽterea ſi grauia & leuia non mouerent̃ ex ſe quia a generante & remouente prohibens habent principium,multo fortius nec animalia:quia non habent formã appetitus niſi ab appẽtibili,a quo habẽt principiũ motus vt dictũ eſt:vt ꝓpterea nec libere moueant ſe bruta. IN eis vero quę ſunt mouentia & mota in tertio gradu.ſ.in intellectu in intelligendo:cũ intellectus motus fuerit ab intelligibili intellectione ſimplicis intelligentiæ,virtute ſua conuerſiua quam habet naturaliter ſuper ſe & ſuum actũ & ſuum obiectũ,opponit ſe eis vt intellectiuũ quoddam natũ moueri a ſeipſo vt a memoria intellectuali informata ipſa notitia ſimplici circa obiectũ: quæ ſunt vnum obiectum mouens eundẽ intellectum ſic cõuerſum,informando ipſum notitia declaratiua:ſecundũ q̃ alibi declarauimus exquiſitius.Et ſic diſtinguitur idem intellectus in mouens & motum.Eſt enim mouẽs vt informatus eſt notitia ſimplici:& motus vt nudus intellectus & in potentia ad notitiam declaratiuã:ita q̃ licet non potuit ſe facere ad primũ actũ,ꝙ non erat niſi in pura potentia reſpectu actus intelligendi:poteſt tamẽ ſe facere ad ſecũdum actum:quia aliquid habet de actu quod fieri in materialibus impedit materia:quemadmodum expoſuimus in quæſtionibus ordinariis. Et eſt in hoc inter mouens & motum idcirco minor differentia q̃ in præcedentibus. ET ſequitur mouens & motum in ſecundo gradu.ſ.in voluntate in mouendo ſeipſum ad actum volendi:de quo eſt quęſtio propoſita.Et dicunt aliqui ſecundum q̃ determinat Anſel.& videtur ſentire philoſophus in de bona fortuna:q̃ primus motus voluntatis non poteſt eſſe a ſeipſa ſed a deo.de quo in aliis Quolibet ſufficienter declarauimus q̃ nõ eſt ita. Deus eñ etſi oĩa mouet ſecundũ generalẽ adminiſtrationẽ: & diuerſimode ſecũdũ diuerſitatẽ mobiliũ: vt grauia deorſum leuia ſurſum:ſic & voluntatẽ ſecũdum eius conditionẽ : non tamẽ ex hoc motus omniũ debent ei aſcribi niſi vt cauſę vniuerſali:& præter hanc ſunt motuũ diuerſorũ inueſtigandę diuerſę particulares cauſę:quarũ effectus non ſunt attribuendi deo: etſi ab illo ſunt vires.quẽadmodũ motus grauium non debet attribui danti formã grauis qua mouetur.quo ad hoc eñ dicit Augu. q̃ deus ſic res adminiſtrat vt eas ꝓprios motus ſuos agere ſinat.Alii vero dicũt q̃ volũtas mouet a bono cognito ſicut a ſuo ꝓprio obiecto ꝓpriũ paſſibile:quẽadmodũ a vero cognoſcibili mouetur ſtellectus: ſed naturaliter nõ violẽter.Qđ nõ põt ſtare:qñ tunc ſicut intellectus prẽſente intelligibili non poteſt nõ moueri ab ipſo ad actum intelligẽdi,ſic voluntas præſente bono cognito volibili non poteſt

Y

Z

A

non moueri ad actum volendi: & ſic periret liberum arbitriũ: & per conſequens omnis ratio meriti & demeriti: & ſuaſionis ac deliberationis & conſiliationis & cæterorum huiuſmodi quę neceſſaria
B ſunt ad virtutes. IDEO dicunt alii: ꝙ forma intellectus eſt per ſe principium actionum humanarum: & ꝙ voluntas eſt appetitus: qui non eſt niſi inclinatio quædam ſequens formam intellectus. Sed quia forma intellecta eſt vniuerſalis, indeterminate ſe habens ad multum: ſimiliter & inclinatio voluntatis: vt non neceſſe ſit ipſam determinate inclinari ad vnum: ſicut nec voluntatem artificis ad aliquã domum. Sed ſi ſic forma intellectus moueret voluntatẽ ipſam inclinando: immo ſic ꝙ ipſa non eſſet niſi quędam inclinatio ad bonum cognitum: quẽadmodum formam grauis conſequitur inclinatio deorſum: vt non ſit aliud appetitus eius eſſendi deorſum niſi huiuſmodi inclinatio: tunc ſicut bonũ vniuerſale apprehenſum mouet ipſam indeterminate vt ex hoc nõ de neceſſitate appetat aliqđ particulare bonum ſub illo: ſic bonum particulare apprehẽſum neceſſario moueret ipſam & inclinaret vt determinate & ex neceſſitate appeteret illud, & periret in hoc liberũ arbitriũ.
C IDEO dicũt alii ꝙ act⁹ volũtatis ꝙ eſt velle, dupliciter poteſt cõſiderari. Vno modo quo ad actus determinationẽ. Alio modo quo ad eius exercitium, quẽadmodum ĩ artifice ſi nõ habet niſi vnius domus formã in mente, nõ poteſt velle facere aliam alterius formæ. Secũdo vero modo determinat̃ a fine: quẽadmodum artifex non habẽs niſi vnam formã domus: adhuc poteſt indifferẽter ſecundũ illam domũ facere vel nõ facere. Et primo modo dicũt volũtatem moueri ab intellectu: quia bonũ vt intellectum, eſt forma actum volendi ſpecificans: & determinat vt ſiquid velit neceſſe eſt ꝙ illud velit. non autẽ ſecundo modo: quia ſic eius obiectũ eſt bonum ſub ratione boni: & ita finis quẽ poteſt indifferẽter velle ꝓſequi & nõ velle. & ſic eſt voluntatis mouere ſe & alias potentias omnes in
D ſuas actiones, vel retrahere ab ipſis. SED ſi quo ad actus ſpecificationẽ qualecũq; prĩcipiũ motiuũ voluntatis eſſet intellectus, vt bonum intellectũ ponatur mouere volũtatẽ: tunc quęro de ſpecificatione qua ponitur volũtas moueri. Aut enim eſt pura oſtẽſio ſiue oblatio boni facta volũtati ab intellectu recipiente eius impreſſionẽ ab obiecto intelligibili: quẽadmodum propriũ paſſiuum recipit a ſuo proprio actiuo naturali neceſſitate abſq; omni libertate ipſius intellectus ad non recipiẽdum niſi quẽadmodũ materia poteſt recĩpere vel non recĩpere formã: ſecũdum ꝙ poteſt eſſe vel non eſſe agens imprimẽs eũ, ſed hoc nõ ex libertate aliqua. Aut eſt aliqua inclinatio facta in volũtate. Si primo modo, tunc voluntas nec a bono intellecto, nec ab ipſo intellectu mouetur. quare nihil mouet̃ ab aliquo niſi aliqua impreſſione facta in ſe ab illo. & ideo ſi mouetur ipſa voluntas, a ſeipſa mouetur: & hoc ſiue moueatur determinando ſibi ſuum actum & ſuum obiectũ: ſiue exercendo aut exequendo ſuum actum: ita ꝙ vtroq; modo maneat plena libertas volũtatis reſpectu ſui actus. Nec operatur intellectus ad hoc ꝙ fiat in ſuum actum ipſa voluntas, niſi oſtendendo ſiue offerendo obiectum: & hoc non niſi ſicut cauſa per accidens & ſine qua non, vt ſecundum hoc ſi ibi ſit aliqua determinatio, illa eſt ipſius intellectus, qua determinat̃ paſſiue ab intelligibili agente & determinãte: qua quidem determinatione ſua paſſiua in ipſa præſentatur voluntati obiectum: nullo modo qua
E ab intellectu agente determinetur paſſiue ipſa voluntas ad actum volendi. Si ſecundo modo, ſcilicet ſit aliqua inclinatio facta in voluntate: aut ergo illa inclinatio non eſt aliqua volitio ſed impreſſio aliqua inclinans ad volendum ſicut pondus: quemadmodum ipſum inclinat aliquis habitus exiſtens in ipſo: aut eſt aliqua volitio ſiue actus volendi. Si primo modo, tunc non obſtante illa impreſſione inclinante manet voluntas in ſua plena agendi libertate & non agendi ſecundum illam impreſſionem ac ſi non habuiſſet eam. licet non ita de facili poſſit velle cõtrarium eius. Et ſic ſi moueatur ad aliquid volendum, a ſeipſa mouetur: & hoc tam quo ad determinationem actus & obiecti: q̃ quo ad exercitium actus ſicut prius. Si vero ſecundo modo illa inclinatio ſit aliqua volitio: vt huiuſmodi inclinatio non ſit niſi quoddam velle: quemadmodum dicit Auguſtinus ſuper illud pſalmi. Inclina cor meum in teſtimonia tua. Quid eſt inclinatum cor ad aliquid habere niſi velle: Sed cum voluntas aliquid vult, illud exequitur niſi impediatur: & ſi exterius nõ ſit aliqua executio facienda, non eſt aliud exercitium actus q̃ ipſum velle: vt ſic non ſit poſſibile ponere ꝙ intellectus dicto modo moueat voluntatem quo ad actus determinationẽ: & nõ quo ad exercitium: immo ſi hoc modo neceſſitatur quo ad determinationẽ: ſimiliter & quo ad exercitium: quia non poteſt nõ velle exequi: Appetitus em̃ ſit operatio, vt ait philoſophus de motibus aĩalĩũ: & iã declarabitur ſecũdum ipſum: Sic ergo ſi voluntas moueretur ab ipſo quantũcunq; modice, nullo modo poſſet eſſe actiuus circa illud ipm repellendo: ſed neceſſe eſſet illud exequi ſiue proſequi vt adipiſceretur. Qđ enim ſemel paſſiuum eſt ab aliquo, ſemper ab eodem paſſiuum eſt: & nunq̃ actiuũ. licet poſ

ſet eſſe actiuum circa aliud:quẽadmodum intellectus qui eſt paſſiuus ab obiecto intelligentia ſimplici,primo ſic paſſus poteſt eſſe actiuus in ſeipſum ad generandum in ſeipſo notitiam declaratiuam:& conſtituendo noua intelligibilia complexa circa intelligibilia primo cognita.Sic etiam intellectus inquãtum eſt in actu:quo ad cognitionem principiorum agit ad hoc vt fiat ſecũdum cognitionem concluſionum.Sic & voluntas ſi eſſet in actu aliquo volendi aliquid per intellectum,bene poſſet mouere ſeipſam ad volendum aliud ordinatum ad illud:vt volens ſanitatem motione intellectus,poſſet ſeipſum mouere ad volendum potionem.Nullo modo tamen poſſet ſecundũ dictam poſitionem recedere a volendo illud ad qđ mota eſt per intellectum vt velit,poſtq̃ eſſet ei determinatum a ratione.Inquãtum enim eſt determinatum:vel eſt finis,vel includit rationem finis:in hoc videlicet ꝙ ſine ipſo nõ poſſet haberi finis:& ideo de neceſſitate mouet vt finis & bonum ſecundũ omnia particularia:& vt ſecundum omnem conſiderationem boni.Qđ enim tale eſt,neceſſitat voluntatem ſuperando ipſam quo ad pluralitatem reſpectu contrarii.Vnde ſi intellectus proponit aliqua volũtati vt bona:qualia poteſt ſibi proponere abſq; omni determinatione: nõ mouetur voluntas neceſſario,nullum enim bonum apprehenſum mouet neceſſario voluntatẽ:niſi finis qui eſt bonum ſecũdum omnem rationem & conſiderationẽ:vel includens rationem finis per hoc qđ a ratione fuerit determinatum.Vnde dicit philoſophꝰ de motibus animaliũ. Mouet primũ qđ appetibile & intellectuale:nõ autẽ omne:ſed qđ operabilium finis,propter qđ bonorum eſt qđ mouet:ſed nõ omne qđ bonum. Inquantum enim gratia huius aliud: & inquãtum eſt finis eorum quæ alterius gratia exiſtunt:mouet.& hoc de neceſſitate:nõ autẽ inquãtum eſt aliud bonum. ad illud enim nõ mouet vt dicunt aliqui niſi conſilio præcedente:vt cum aliquis vult ſanitatẽ,de iis quę ſunt ad ſanitatẽ incipit conſiliari:ita ꝙ nihil illorũ vult niſi tandẽ finito cõſilio.Qđ quia libere poteſt expetere a ratiõe vel nõ expetere:vel expetitũ expectare vel nõ expectare:vel expectatũ & datũ a ratiõe poteſt ſequi vel non ſequi:eo ꝙ cõſilium eſt inquiſitio quędã non demõſtratiua.& in hoc dicunt conſiſtere volũtatis libertatem. Qđ tamen ſi fuerit determinatũ a ratione vt concluſio demonſtratiua:& includens rationẽ finis:dicunt aliqui ꝙ voluntas illud non poteſt nõ velle.Si vero non fuerit determinatum a ratione vt cõcluſio demonſtratiua:ſed vt concluſio perſuaſoria:dicũt ꝙ poteſt nõ velle.Sed ſi velit & eligat illud,neceſſe eſt ꝙ motũ volũtatis quo vult illud etiam præcedente conſilio,& ſimiliter motum voluntatis quo vult conſiliari de volendo illud,præcedat alius motus volũtatis non a ſeipſa ſed ab alio:& hoc vel ab appetibili alio intellecto & determinato ſecũdum rationem finis:vel ſi non ab illo appetibili:vt appetibile iſtud ſit primo volitum,licet non abſq; conſilio præcedente ab aliquo alio:vt a cęleſti corpore:aut a deo:aut a fato:aut bona fortuna aut aliquo huiuſmodi. Primũ vero iſtorum,ſcilicet ſi fuerit bonum aliqđ determinatum a ratione ſimpliciter:& ita vt concluſio demonſtratiua & vt includens rationem finis:ꝙ voluntas non poſſit illud non velle:ſed ꝙ moueatur ad hoc volendum a bono intellecto vt paſſiuum naturale a ſuo proprio actiuo: videtur eſſe poſitio philoſophi.vi.Ethi. fundata ſuper hoc ꝙ appetitus eſt mouens motum ab appetibili cognito:vt determinat.iii.de anima,& in libro de cauſis motus aĩaliũ:vbi vult ꝙ voluntas ex neceſſitate mouetur ad conſentiendum ſiue volendum:& ad proſequendum volitum ſi non impediatur exterius : vt potentia paſſiua ab appetibili cognito ſicut a ſuo proprio actiuo:quẽadmodum intellectus mouetur ad aſſentiendum ſiue aſſerendum & ad inſiſtendum cognito a vero intellecto ſicut a ſuo proprio actiuo : ita vt quãtum efficacia demonſtrationis mouet intellectum in ſpeculabilibus vt non poſſit diſſentire concluſo:ſic & volũtatem in agibilibus. Qđ expreſſius mihi videtur ſentire in libro de motibꝰ animalium q̃ alibi.Ibi enim dicit ſic.Quẽadmodũ autẽ intellectus quandoq; quidem operatur: quandoq; autem non operatur:& mouet quãdoq; :quãdoq; autem nõ mouet:videt ſimiliter accidere & de immobilibus intelligẽtibus & ſyllogizãtibus.ſiquidem ibi theorema finis.cum enim duas propoſitiones intellexerit,cõcluſionem intellexit & compoſuit. hęc autem ex duabus propoſitionibus cõcluſio fit operatio:vtputa cum intellexerit quia omni homini ambulandum,ipſe autem homo,ambulat confeſtim.Si autem ꝙ nulli nunc ambulandum homini:ipſe autem homo,ſtatim quieſcit.& hęc ambo facit ſi non aliquid prohibeat. Vbi poſt aliqua interpoſita ſubdit. Q2 quidẽ igit operatio cõcluſio,manifeſtũ.potãdum mihi concupiſcentia dicit: iſtud autẽ potabile ſenſus dicit aut phãtaſia aut ītellectus: ſtatim bibit.In quo nullã facit differẽtiã in motu appetitꝰ rõnalis ab ītellectu,& appetitꝰ ſenſitiui a ſenſu & phãtaſia.Qđ patet ex eo qđ ſubdit cõtinuo.Sic quidẽ igit ad moueri & operari aliquãdo ipetũ faciũt.vltima qdẽ cauſa eſt eius qđ eſt moueri appetitu exiſtẽte:hoc aũt facto aut p ſenſum aut p phãtaſiã & intelligẽtiã appetẽtiũ ope

F

tari:hoc autē propter voluntatē:hoc quidē faciunt:hoc autē agunt.Sed quantūcunq; dicentes primū prædictorum:ſcilicet q; ſi bonum aliqđ fuerit determinatum a ratione,vt cōcluſio demonſtratiua:dicunt volūtatem moueri ab intellectu abſq; violentia & coactione:quia nō mouetur ſic tanq̄ naturaliter ad cōtrarium determinatum:quēadmodum mouetur grauc ſurſum: ſed tanq̄ aliquid indeterminate ſe habens ad multa,mouetur alio determinante ad vnum illorū:tamen omnino auferunt libertatem arbitrii in volendo volitum:quæ requirit libertatem abſq; omni neceſſitate. Vnde & in diuinis in ſpirando ſpiritū ſanctū licet dicimus ipſum a patre & filio ſpirari libera voluntate:propter tamē neceſſitatem incōmutabilitatis annexam nō dicimus eum ſpirari libero voluntatis arbitrio,ſicut dicimus a deo creari creaturas.Sed de hoc alias ſatis habitum eſt in aliis quęſtionib⁹ de Quolibet:q; ſcilicet volūtas ſic determinari non poteſt a quocunq; determinato per intellectum citra bonum ſummū immediate viſum. Vnde in hac vita non poteſt ſic determinari niſi in vniuerſali,ſecundū q; homo nō poteſt nō velle eſſe beatus:nec pertinet ad preſentem quęſtionē:ſed ſolum an volūtas in ſic volendo ab alio moueatur.Etenim ſi ad præſentiam appetibilis in intellectu abſq; omni tranſmutatione quā volūtas recipiat ab appetibili cognito: volūtas libere ſeipſam mouendo ad actum volendi feratur in volitum : ſi tamen annexa ſit neceſſitas & incommutabilis & nullius coactionis,vt non poſſit non velle quod ſic vult:omnino libertas arbitrii auferetur vt dictum eſt.

G SED q; ſic volendo voluntas non moueatur ab obiecto cognito ex hoc patet:q; tunc non alia neceſſitate moueretur appetitus rationalis qui dicitur voluntas,ab appetibili cognito per intellectum q̄ appetitus ſenſibilis ab appetibili cognito per ſenſum & phātaſiam. Qđ etiam bene expreſſit philoſophus vt iam dicetur.Qđ falſum eſt:quia in hoc volūtas non eſſet rationalis proprie:non ſolum nō eſſet liberū arbitriū:& ageretur magis q̄ ageret,dicente Damaſce. libro.ii.ſententiarum.cap.xx. In irrationalibus appetitus fit alicuius:& confeſtim impetus ad operationem: & aguntur animalia appetitu; ideo neq; voluntas dicitur irrationalium appetitus. In omnibus enim rationalibus entibus ducit magis rationalis appetitus : q̄ ducitur. & capꝰ.xxix. Aut enim non erit rationale : aut rationale ens dominus erit actuum. & infra ſubditur de irrationalibus. Aguntur magis a natura q̄ agant: & non contradicunt naturali appetitui : ſed ſimul cum appetierint & impetum faciunt ad actum : homo rationale ens magis agit naturam q̄ agatur.

H SEcundum vero prædictorum: ſcilicet q; ſi bonum aliquod non fuerit determinatum a ratione vt concluſio demonſtratiua: ſed vt perſuaſoria:ad hoc q; velit ipſum aut velit conſiliari de ipſo : neceſſario præcedit alius motus voluntatis ab alio a ſe,etiā ſi nō ponatur alius præcedere a bono cognito ſub ratione finis:hoc nituntur declarare ratione tali.Si aliquis velit aliquod eorum quæ ſunt ad finem: cum prius non voluit illud:nec de neceſſitate velit:motus ab intellectu hoc non vult niſi præcedente conſilio:conſilium autem non aggreditur nec petit de neceſſitate ſed libere : immo libero arbitrio voluntatis volentis ſuper hoc conſiliari.Cum ergo voluntas non moueatur in eis quæ ſunt ad finem niſi ex conſilio : cum voluntas quæ nunc vult conſiliari & prius non voluit : neceſſario ab aliquo moueatur vt velit conſiliari prius q̄ velit illud quod volendum eſt ex conſilio:aut ergo ad velle conſiliari mouetur ex ſe:aut ab alio.Nō ex ſe:quia cum conſilium ſit eorum quę ſunt ad finem,neceſſe eſt q; hunc motum voluntatis præcedat conſilium:& eadem ratione illud præcedit aliud:& ſic in infinitum. quare cum hoc ſit impoſſibile,neceſſe eſt ponere q; voluntas moueatur primo motu

I ad volendū id qđ eſt ad finem,& quodcūq; volendū eſt cōſilio,ab alio a ſe. Qđ reuera poſuit philoſophus vel a deo in iis quæ non cadunt ſub libero arbitrio : & quæ non ſunt in noſtra poteſtate noſtræ cognitionis & præuiſionis,vt expoſuimus in quæſtione de bona fortuna: vel a corporibus cæleſtibus in iis quæ cadere poſſunt ſub noſtra comprehenſione naturali ex ſenſibus : ſed mediante intellectu : ponendo q; appetitus intellectiuus determinatur & mouetur a cæleſtium impreſſione:ſicut & ſenſitiuus:& hoc in iis in quibus determinatur voluntas ab intellectu:quia determinationem in voluntate ab intellectu non poſuit quo ad omnia intellecta.Secūdum enim q; dicit verſus finem de motibus animaliū:ſenſus ſtatim ſunt alterationes quædam exiſtentes: phantaſia autē & intelligentia habent rerum virtutem. Aliquo enim modo ſpecies intellecta calidi aut frigidi,aut delectabilis aut triſtabilis,talis exiſtit qualis quidem & rerum vnaquęq;.propter qđ tremunt & timent intelligentes ſolū.Hęc aūt omnia paſſiones & alterationes ſunt in corpore.Alteratis autē in corpore hęc quidem maiora,hęc autem minora fiunt.& infra.Principium quidē igitur motus quē admodū dictū eſt,qđ in operabilibus perſequibile & fugibile.ex neceſſitate autē cōſequitur meditationi & phantaſiæ eorum caliditas & frigiditas,triſtabile em̄ fugibile:delectabile autē perſequibile. Sunt autem triſtabilia & delectabilia omnia fere cum frigiditate aliqua & caliditate.& infra. His

autem accidẽtibus ſecũdum hũc modũ:adhuc paſſiuo & factiuo talem habẽtibus naturã vt ſit hoc quidem factiuũ hoc autẽ paſſiuũ:& nihil deficit ipſorum quæ in ratione:conſeſtim hoc quidem facit:hoc autẽ patitur.Propter hoc autẽ ſimul vt eſt dicere intelligit quia ambulandũ: & ambulat ſi non aliquid impediat alterũ.Organicas em̃ partes imperãt idoneę paſſiones: appetitus autẽ paſſiones:appetitum autẽ phãtaſia. hoc autem fit aut per intellectum aut per ſenſum:ſimul aũt & cito: quia paſſiuum & actiuum eorum adinuicem ſcdm naturam.Vt ſecũdum hoc intelligatur illud dictum:Talis eſt voluntas in hominibus,qualẽ in die ducit pater virorũ.i.cælum. verificari loquendo de moueri a cælo mediate,qđ inducit philoſophus cõtra illos qui ponebant intellectum moueri a cælo immediate:& nõ eſſe intellectũ aliud q̃ imaginationẽ.Nec mirũ:quia cum res ſenſibiles ſunt cæli effectus:& ſecũdũ illas formãtur ſenſus:ſcdm ſenſus intellectus,ſecũdum intellectum volũtas: & hoc modo actiui & paſſiui naturalis: etſi anima ponatur vis incorporea,tamẽ ponendo ꝙ naturaliter voluntas eius mouetur ab intellectu:ponitur ꝙ mouetur a cęlo:licet non immediate & directe.Vnde philoſophus.iii.de anima,principiũ mouens qđ eſt voluntas non diſtinguit ab intellectu: K
ſed cõprehendit ſub intellectu:& cum intellectu in homine cõprehendit pro eodem principio virtutem imaginariã:quã diſtinguit contra appetitiuã ſenſibilẽ.Et ſecũdum hoc diſtinguendo imaginationẽ ab intellectu ponit tria mouẽtia,& computando pro vno ponit duo tm̃:ita ꝙ ponit non moueri hominẽ niſi conueniant intellectus practicus & appetitus ſenſibilis:& cum cõueniunt ꝙ tunc neceſſe eſt eum moueri.Et quia quãdoꝙ mouent ſeparatim:appetitu vincente appetitum: quia intellectus non mouet niſi ratione ſui appetitus:ideo determinat ꝙ motus fit ab iſtis duobus nõ ſecũdum ꝙ ſunt diuerſa:ſed ſecũdum rationem cõmunem in qua conueniunt.Aliter em̃ vt dicit Commẽta.motus non proueniret ab eis niſi accidẽtaliter.Sed cum vt dictum eſt ſi voluntas moueret ab alio naturaliter determinaretur ad actum abſq; omni libertate:nec poſſet reſilire ab ipſo:& ita non eſſet dña ſuorum actuũ:nec appetitus qui eſt voluntas haberet poteſtatẽ refrẽnare appetitũ in eis q̃ ſunt citra viſionem vltimi finis:cuius cõtrarium dicit Damaſc.c.xxix.prædicto:ſimpliciter ergo dicendum ꝙ volũtas in actum volẽdi a nullo alio ſed a ſeipſa ſola mouetur. Qđ autem aſſumitur L
in ratione iam dicta:ꝙ voluntas in eis quæ ſunt ad finem nõ mouetur niſi ex conſilio:Dicẽdum ꝙ falſum eſt.immo abſq; omni conſilio determinato a ratione ad vnum ad quodcũq; bonum propoſitum citra finem vltimũ manifeſte viſum poteſt ex ſe moueri:& ſine motu a quocũq; alio:ſicut & diuertere ab illo.& ſic non valet proceſſus vlterior. Quomodo ergo ponere debeamus ꝙ voluntas ex ſe mouetur in actum volendi,conſiderandũ eſt. Cum enim voluntas virtus ſit ſuperior intellectu: & per cõſequens oibus mouẽtibus ſecũdum modos prætactos: & nihil ſit propter libertatem eius ſuperius ea pręter deum:minor differentia requirenda eſt inter ipſam & ſuum propriũ mobile ab ipſa,q̃ in mouẽtibus & motis ſecundũ modos p̃cedentes,licet minor q̃ in deo: in quo nõ eſt differẽtia inter mouens ſecũdum actum intelligẽdi,& ipſum qđ mouetur,& ipſum actum quo mouetur niſi ſcdm rationẽ tm̃,vt dictum eſt. EST igitur ſciẽdũ ꝙ in volũtate eſt cõſiderare potẽtiam ſiue M
vim receptiuã in ſe actum volitionis & libertatẽ ſimpliciter,& libertatẽ arbitrii:vt licet ſint eiuſdẽ potẽtię,nõ tamẽ ſola ratione differũt,ſed quaſi vires in ea.& hoc ex natura rei:nõ ex ſola conſideratione rationis:vt voluntatem inquãtum eſt potentia intelligamus paſſiuũ:& in potentia ad actum volitionis:ſicut eſt intellectus in potẽtia ad actũ intellectionis.Qđ neceſſariũ eſt ponere a quocũq; mouente voluntas ponatur moueri quãdo de non volente fit volens,eſt enim velle in ea accidens: & operatio ĩ qua cõſiſtit ſua perfectio ĩ bene eſſe:quã propter libertatẽ volũtatis qua debet eſſe domina ſuorum actuũ,impoſſibile eſt poni ꝙ ab aliquo naturali actiuo,vt eſt natura vt eſt receptibilis volitionis,alio a ſe procedat de potẽtia in actũ:hoc em̃ oĩno repugnat libertati ſicut dictũ eſt.& non minus ageret appetitus volũtatis q̃ ille qui eſt ſenſibilis.Vnde & ſpũs ſctũs ſi a patre & filio p cederet vt a naturali actiuo,vt natura eſt,& modo naturę,nõ diceretur procedere modo volũtatis & libertatis ſiue liberalitatis:ſed quia procedit ab agente vt eſt liberum volũtate:quãtũcunq; con comitatur immutabilitas naturalis neceſſitatis,dicitur procedere opẽre voluntatis.Similiter etiam ſi deo agente fieret directe vt de non volente fieret volens:& licet non eſſet cõtra naturam eius ſed præter eam tm̃ : non tamen diceretur actus liberalis : nec ſecundum eum eſſet laudabilis : nec eſſet omnino actus virtutis. Quia cum actio eius taliter debet eſſe in ipſo:ꝙ ſecundum eam voluntas laudabilis dicatur & virtuoſa : oportet ꝙ a nullo alio moueatur ad actum volendi : ſed ſolum a ſeipſa directe,licet aliquo aſſiſtente & cooperante vt ſpiritu ſancto:vel per ſe & immediate,vel in aliquo dono eius,vel vtroq; modo. Vnde & actum volendi ſiue diligendi glorioſum in dei viſione aperta non ponimus elici niſi ab ipſa voluntate,cooperante ſpiritu ſancto in ſe:& in dono ſuo. Sed

aliqui volentes ſuſtinere motum voluntatis ſequi informationẽ intellectus ſecũdum modum in opinionibus iam dictis expoſitum: licet non ponatur moueri ab intellectu: dicerent ꝙ voluntas inquãtum libera eſt: mouet ſeipſam vt potẽtia eſt actus volitionis receptiua: ſed non niſi ſecũdum intellectus informationẽ: & ꝙ hoc naturale ſit ei. & ſecũdum hoc poſſent exponi modi p̃dicti: præter hoc ꝙ intellectus non ponatur mouere voluntatẽ. Sed ſi ſic eſſet: & euitaretur incõueniẽs cõcluſum cõtra dictas opiniones: ꝙ voluntas nõ eſſet domina ſuorũ actuũ: & magis ageretur q̃ ageret: ſic enim ponẽdo voluntas ponitur dña ſui actus: & agere potius q̃ agi: non tamen poſſet euitari quin omnino præcluderetur libertas arbitrii: qua nulla neceſſitate oportet eum ferri per ſuum actũ in ſuũ obiectum: niſi ponẽdo ꝙ pro tanto poteſt velle qđ non vult: & nõ velle qđ vult: pro quanto intellectus poteſt non intelligere qđ intelligit: vel intelligere qđ nõ intelligit: vt libertas arbitrii voluntatis
N dependeret a ratione: & rationi potius deberet tribui q̃ voluntati. Ideo adhuc dicerent alii aliter: ꝙ voluntas vt libera eſt ſeipſam inclinat ad bonum cognitũ ſecundũ ꝙ cognitũ eſt: qđ eſt velle quoddã licet imperfectũ: vt patet ex prædictis ſcđm Augu. vt ſic quadã neceſſitate immutabilitatis moueatur a ſeipſa ad bonum cognitũ pręponderans, maxime poſt determinationẽ rationis: nõ tamen tanta adhæſione quin ſeipſa vt eſt liberi arbitrii poſſet illum actum repellere aut proſequi. Sed talis actus licet libere elicitur a volũtate, hoc tamẽ fit cum quadã neceſſitatis immutabilitate in qua nec laus, nec vituperiũ moris cõſiſtit. Eſſet ergo indifferens, nec laudabilis ſi eſſet ad bonum cognitum qđ eſt ſimpliciter bonũ: nec vituperabilis licet eſſet ad bonum delectabile & apparẽs tm: cum tamẽ primi motus ſenſibiles ſecũdum quoſdã ſimpliciter vituperabiles eſſe iudicẽtur, etſi veniales vel ſic ꝙ nõ imputẽtur vt de eis vindicta exquiratur: vel vt tantũ exquiratur vindicta quæ peccato veniali debetur, qđ apparet magnum incõueniẽs. Ideo non videtur iſtud eſſe tenẽdum. Sed cum intellectus in nobis practicus ex eo ꝙ eſt practicus aliqd plus operetur circa voluntatẽ q̃ ſpeculatiuus: vt eo monſtrante bonum operabile ſub ratiõe operabilis aliquid fiat circa volũtatem qđ non fit circa ipſam intellectu ſpeculatiuo monſtrante verum non operabile ſub ratione veri. Aliter enim nõ plus voluntatẽ pro eodem principio motiuo cõnumeraſſet philoſophus cũ intellectu practico q̃ cũ ſpeculatiuo: nec intellectus practicus potius diceretur principiũ mouens q̃ ſpeculatiuus: Dico ꝙ licet voluntas nullo modo moueat ab intellectu practico ſecũdum actum volendi faciẽdo de non volente (non dico de volente) volentẽ: mouetur tamẽ ab ipſo ſecũdum paſſionẽ aliquã quæ eſt velut pondus in ipſa volũtate vt eſt libera inclinãs ipſam ad modũ habitus vt velit: quẽadmodum in ſenſitiuis paſſiones ſecũdum calidum & frigidũ cauſant appetitus. Sed quia appetitus illi magis aguntur q̃ agant: & ſimiliter bruta ſecũdum illos: verius dicamus: quẽadmodum gratia aliqua a deo in volũtate inclinat ipſam ſicut pondus vt velit: quæ tamẽ actum voluntatis non elicit nec ipſam ad eliciẽdum cõpellit: quia nõ habet elici niſi ab ipſa voluntate libera, ſed frequenter nec eliceret eum ſine tali pondere inclinãte ipſam: & in eis quę pertinent ad rationẽ meriti nullo modo
O poſſet ipſum ſine illo meritorie elicere. Et ſcđm hoc inclinatio volũtatis ęquiuoca eſt. Vno modo voluntas incõpleta qua imperfecte mouetur in rẽ: de qua dictum eſt ſupra ſcđm Auguſt. ꝙ non eſt aliud q̃ velle. Alio modo pondus paſſiõis ab intellectu practico vel alicuius doni infuſi: vel forte alicuius impet9 facti in volũtate. Secũdum primũ em̃ modum graue dicitur inclinari inferius quando incipit moueri: ſed lente. Secundum modum ſecundũ dicitur inclinari inferius quãdo ſurſum quieſcens ſuo pondere premit illud ſuper qđ quieſcit vt deſcendere poſſit. Vnde & quando fortior eſt vis ponderis imprimendo q̃ ſuſtẽtãtis in ſuſtinẽdo: tunc depellit ſuſtinens ſeipſo remouẽdo prohibens & deſcendit. Et poſuit philoſophus eſſe pondus iſtud in volũtate ipſum bonum cognitũ ſecundum expoſitum modũ: ita ꝙ ſemper ſecũdum intellectum moueretur aĩal niſi eſſet appetitus contrarius prępondera[n]s: quẽ poſuit tanti poſſe eſſe ponderis vt omnino motũ voluntatis obrueret: vt ille nullo modo poſſet quãdoꝙ reſiſtere. Qđ verũ eſt niſi eſſet adiutus gratia, q̃uis aliqui hæretici poſuerint ꝙ ex ſe omnẽ motum ex appetitu ſenſitiuo ſufficeret repellere. Hoc tamen verum eſt: ꝙ motus ſenſitiuus ſi præponderat vincens motum voluntatis: hoc non eſt violentiã ei faciendo: ſed tanto pondere alliciendo vt neceſſe habeat aſſentire: ſed libere: aut ſuperius adiutoriũ requirere faciendo qđ in ſe eſt: qđ ſi faceret, illud ei non deeſſet, qđ cum nõ facit, allecta libero volũtatis arbitrio cõſentit. Sed tantam ponderis violentiã non poſſet volũtati imponere ſolus intellect9: ſed im-
P ponit ſibi ſua propria iniquitas. Vnde aſpiciẽdo ad tantillũ põderis qđ per ſe imponit ei intellect9: Dico ꝙ non eſt tantũ quin voluntas vt libera arbitrio poſſit contrarium eius ad qđ inclinat velle quodcũꝙ ſit illud, citra apertã viſionẽ vltimi & finalis boni: & quãtũcũꝙ determinet ab intellectu ꝙ ſit faciendũ vel volendũ. Solũ em̃ finale bonũ cognitũ per intellectũ aperta viſione tantũ habet

ponderis inclinãtis alliciendo non violentãdo voluntatẽ vt libere velit illud: ꝙ tamẽ quadã immutabili neceſſitate nõ poteſt non velle illud. Libere dico: ſed tamẽ nõ libero arbitrio: qđ nõ proprie cadit circa finẽ: ſed libertas ſolum: immo circa ea quę ſunt ad finẽ. & hoc ſcđm phm, non niſi quantum eius electio dependet a iudicio & determinatione rationis vt dictũ eſt. Secũdum hoc enim diſtinguit Damaſce. lib. ii. c. xxvi. aliquid fieri voluntarie a nobis eligẽtibus: & aliqd a nobis nõ eligẽtibus. Et primũ velle nõ operatur voluntas ſine ratiocinatione: & ideo ſubito. Secundum vero ſecũdum philoſophum non operatur ſine ratione: & ideo nõ ſubito ſed ſolũmodo prędicta ſententia rationis. Cum enim maiorem propoſitionem proponit intelligẽtia practica tanq̃ bonum determinatum: & minor nota eſt intellectu ſpeculatiuo: habita maiore nõ inſiſtẽdo minori pro cõcluſione ſequit operatio: & hoc volũtate libera: quia bonum quod allicit in maiori placet: ſed libere: etſi non liberi arbitrii electione: quia nõ expectat minorẽ. In viſione enim beata viſo ſummo bono dicit intellectus practicus: velle hoc: bonũ eſt homini. Intellectu autẽ ſpeculatiuo notũ eſt cuilibet ꝙ ipſe hõ eſt: & ideo nõ pertractata minore viſo ſummo bono ſubito & imutabiliter volũtas vult illud abſq; ratiocinatione & minoris ptractatiõe. Cũ vero maiorẽ propoſitionẽ proponit appetitus tanq̃ bonum factiuũ vt poſſibile determinari: & notitia ſenſus, phãtaſię, aut intellectus habet determinare minorẽ, habita maiore nõ ſequit ſcđm phm operatio niſi pertractata minore: & ſic vult cõcluſionẽ non tam libere q̃ libertatis arbitrio: & nõ ſubito abſq; ratiocinatiõe. Hinc dicit phus de motibus aialiũ. Propoſitiones factiuæ p duas ſpecies fiunt: per bonũ, & per poſſibile: puta ſi ambulare bonũ homini ꝙ ipſe homo non iã immorat. Propter qđ quęcũq; nõ ratiocinãtes operamur velociter operamur: ſicut cõtingit de appetitu ſenſitiuo: qui dicit cõcupiſcẽtia: qui dicit, potabile mihi bonũ: iſtud autem potabile ſenſus dicit, aut phãtaſia, aut intellectus: ſtatim bibit: ſed nõ abſq; ratiocinatione & pertractatione minoris pręcedẽte. Sed in hoc vltimo nõ ſequimur philoſophũ in duobus. In primo quo ad primũ, quãtũcunq; enim ꝓponat propoſitio factiua p bonũ: niſi ſit de ſummo bono aperte viſo: nõ neceſſario ſtatim operat: immo poteſt libere repellere propoſitũ. In ſecũdo quo ad ſecũdum: quia quantũcunq; proponat propoſitio factiua per poſſibile: & minorem dicit ſenſus, aut phãtaſia, aut intellect⁹ non neceſſario tunc demũ operat: quia quãtũcũq; tale cõcluſione demõſtratiua volũtati determinetur: libere poteſt illud repellere: licet imponat ei onus quo inclineť ad illud faciendũ: quo incipit volũtati informari cõſcientia ꝙ illud debeat facere: qđ tamẽ nõ obſtãte cõſciẽtia poteſt nõ facere. Nec poteſt voluntas hoc onus repellere directe: poſtq̃ enim reſpectu ipſius ſit naturale paſſiuũ, ſemp reſpectu illi⁹ eſt paſſiuũ & nõ actiuũ: neq; in onus tale augmẽtãdo neq; in directe repellẽdo. Ipſa tamẽ voluntas quę eſt per hmõi onus receptũ in ſe primo paſſiua: non oportet ꝙ ſemp ſit paſſiua reſpectu cuiuſcũq; & nullo modo actiua: immo per hoc ꝙ eſt paſſiua ſecũdum hmõi diſpoſitionẽ, per eã efficacius fit actiua ad generãdum in ſe aliam diſpoſitionẽ. Voluntas enim licet ſe ex ſe poſſet mouere ſecundũ actum volendi in bonum cognitũ abſq; illo onere inclinãte: nõ tamẽ ita efficaciter. Eſt etiã voluntas ſcđo actiua ad depulſionẽ illius oneris indirecte: qa enim illud onus ipſi impreſſum eſt a ratione ex eo ꝙ via ratiocinationis determinauit bonũ eſſe volẽdum: voluntas ſuo imperio rationem ſiue intellectũ poteſt impellere ad inueniendũ rationem æque efficacem ad cõtrarium: vel ſi nõ poterit, poterit eam cõpellere ad credendũ cõtrariũ: ſi tamẽ ratio nõ ſit determinata medio vere demonſtratiuo & euidẽti, ſed tamẽ non ſine aliquali ratione ad illud credẽdum cõpellitur. Vel poteſt dici ſecũdum ꝙ alibi determinauimus: etſi tale pondus nõ ineſſet volũtati a determinatione rationis, citra vltimũ finem ex ſe poſſet ſe mouere ad quodcũq; vellet. Sic ergo ad quęſtionẽ dicẽdũ eſt ꝙ volũtatem ad actũ volendi non mouet niſi ipſa ſeipſam ſecũdum ꝙ dictũ eſt, & hoc libere in ſummũ bonum pręſentialiter viſum: & per liberę volũtatis arbitriũ in quodlibet aliud: & ĩ illud idẽ qđ non pręſentialiter viſum niſi in vniuerſali: ſicut in vniuerſali nõ poteſt homo nõ velle eſſe beatus: & conuenit ei talis vis actiua in ſeipſam: quia eo ꝙ eſt ſeparata a materia ſuper ſe, eſt cõuerſiua ad agendũ in ſe: ſicut & intellectus ad patiendũ a ſe. Multo etiam minus diſtant hic actiuũ & paſſiuũ q̃ ex parte intellect⁹: quia intellect⁹ actiu⁹ nõ poteſt eſſe niſi primo patiat: ita ꝙ nõ agat aliqd in ſe niſi cum illa diſpoſitione, ſecũdum ꝙ in quęſtionibus ordinariis expoſuimus. Volũtas vero etſi nõ fuerit primo paſſiua in dictum pondus recipiendo: tamẽ ad ſolam præſentiã boni cogniti in intellectu poſſet ſeipſam mouere ſecundum actum volendi illud: & hoc quia non mouet ſe vt principale mouens: ſed vt mouendi ratio. Senſus enim cuius potẽtię ſunt intellectus & volũtas, intelligit ipſo intellectu vt aliquo ſui: & ſimiliter vult voluntate: & ideo intelligẽdo per intellectũ bonum per volũtatem mouet ſeipſum in volũtate ad volẽdum illud. ita ꝙ ſi intellectus & voluntas non eſſent potentię eiuſdem nec in eadẽ ſubſtantia animę vel naturę in corpore fundatę: ſed cõſiderarentur vt

quędam diuerſa:quorum vnum ſit per ſe et principale intelligens:& alterum ſit per ſe & principale volens:cum voluntatis non ſit cognoſcere,& non contigit velle,niſi cognitū:nullo modo voluntas ſeipſam moueret in actū volendi. Q2 ergo arguebaṫ primo ꝙ voluntas non pōt mouere ſeipſam:quia cum ſit ſimplex:tūc idē reſpectu eiuſdē ſimul eſſet actu & potētia:Dicendū ꝙ idem reſpectu eiuſdem ſecundū omnē modū impoſſibile eſt ꝙ ſit actu & potentia:aut mouēs & motum:īmo ſemper inter illa oportet aliquam eſſe diuerſitatem : diuerſimode tamen ſecundum diuerſas rationes motuum & mouentiū ac motorū:ita ꝙ non requiratur æqua diuerſitas inter mouēs & motū in ſpiritualibus & corporalibus:ſicut neq; motus eiuſdē ratiōis eſt in his & in illis. Vñ vt patet ex prędictis,in voluntate ſufficiens eſt diuerſitas inter mouēs & motum tali motione quę eſt volitio, ſ. q̄uis ſit ſimplex ſecundum rem. ARgumentum ad oppoſitum licet propter concluſionem concedendū ſit:tamen medium de motu grauis & leuis ex ſe & aīalium ſecundū locū, non valet ad propoſitum:niſi quo ad hoc ꝙ in illis non ſunt penitus diuerſa & abinuicem ſeparata mouens & motum: ſicut nec hic, maxima tñ eſt diuerſitas:quia in illis re differunt id ratione cuius mouēs mouet & ratione cuius mouet,graue eñ mouet ſe ſecundum formā & mouetur ſecundū materiā: nō ꝙ forma moueat & materia moueaṫ:ſed ꝙ forma eſt quo totum moueat: & materia quo totū moueatur.Similiter ī animali anima eſt quo mouet vt forma: & qddā corporis qđ mouet & mouet ſicut organū:vt partes proximę principio formaliter motiuo:& totum reſiduum motum eſt nō mouens:vt patet ex dictis . Hic aūt mouens & motum differunt ſola ratione,& ad plus intentione,& hoc non ſicut diuerſę potentię ſed ſicut vires vnius potentię.Vnde ad ꝓbādū ꝙ tale quid qđ eſt oī no ſimplex ſecundū rem poſſit mouere ſeipſum:nullo modo valet dictum mediū:īmo magis valet ad oppoſitum:quia ſi ex hoc graue & leue & animalia mouent ſeipſa : quia in ipſis eſt inuenire diuerſa ſecundum rem quibus diſtingui poſſunt mouens & motum:ergo ex oppoſito cū talia diuerſa non poſſint inueniri in voluntate : ſequitur ꝙ nullo modo poſſit mouere ſeipſam. & verum eſt tali motu quali illa mouēt ſe,& econuerſo ſi voluntas quia propter ſuam ſimplicitatem eſt virtus conuerſiua ſuper ſe,poteſt mouere ſeipſam:vt mouens & motum omnino ſint idē ſecundū rem:ſequitur ꝙ grauia & leuia & aīalia quia ſunt materialia nullo modo poſſunt ſe mouere vt mouēs & motum ſint omnino idem ſecundum rem:ita ꝙ ſi voluntas haberet materiam & eſſet compoſitum ex materia & forma ſiue ipſa ſiue id cuius eſt:vt anima vel angelus:vel ex qbuſcūq; aliis diuerſis ſecūdum rem:nullo modo poſſet mouere ſe ſicut modo mouet.

R Ad arg. prī.

S Ad argu. in oppoſitum.

Quæſt.vi.

T Arg. princi. In oppoſitū. Reſpoñio.



Circa tertiū arguitur ꝙ imperare ſit actus rationis non voluntatis:quia imperare nihil aliud eſt q̄ aliquid faciēdū alteri intimare,hoc aūt eſt ratiōis reſpectu volūtatis,ergo &c. CONtra,imperare ſemp pertinet ad id qđ eſt ſupremū & liberū dominiū magis habens,tale non eſt niſi voluntas in toto regno aīę,ergo &c. Dicendū ꝙ cū imperare ſit actio alicui directa ad aliqd exequendū:cuius ſit actio vt imperātis hic oportet perſcrutari ex tribus adinuicem comparatis,ſ. ex habitudine quā debet imperās habere ad illū cui dirigitur imperium: & ex conditione actus qui imperaṫ,& ex diſpoſitiōe eius cui īperaṫ.qb9 pſcrutatis plane patebit ꝙ act9 īperādi debet attribui volūtati & nō intellectui.Prīo ergo ꝙ īperare ſit act9 volūtatis nō intellect9 cōſideraṫ ex habitudine imperantis ad illum cui imperiū dirigitur.Quia.n.īperās ad eū cui īperiū dirigiṫ habitudinem ſuperioris ad inferiorē debet habere quo ad aliquē gradū:par.n.in parē nullū habet īperiū:& mlto min9 inferior in ſuperiorem: cum igitur quæſtio eſt de imperare in homine ſimpliciter tā ſuper ea q̄ ſunt intra ſe ſecūdum ꝙ in ipſo debet eſſe aliqua virtus quæ cæteris imperat: q̄ ſecūdū ea quæ ſunt extra ſe:ſi enim in homine ſit virtus aliqua quæ cæteris imperat quæ ſunt intra ſe:illi etiam attribui debet imperium ad ea quæ ſunt extra ſe:talem autem virtutem vnam cæteris principantē oportet ponere in homine,dicente philoſopho,i.Pol.Quęcunq; ex pluribus cōſtituta ſunt:& fiunt vnū aliquod cōmune ſiue ex coniunctis ſiue ex diuiſis:in omnibus videt principans & ſubiectum:& hoc non niſi reſpectu alicuius operis qđ a principante debet imperari ſubiecto.Propter qđ p̄miſit ibidē. Vbi aūt hoc qdē principaṫ:hoc qdē ſubiiciṫ:eſt aliqđ horū opus.Iſta ergo q̄ſtio quo ad hoc multū dependet ab illa qua quęrit quæ ſit virtus ſiue potentia ſuperior in hoīe,ſemper enim ſuperiori & principaliori debet attribui principatus & imperiū:ſiue dominiū.vt eñ dicitur primo Pol, natura melius eſt principās principato. Quæ aūt potētiarum in homine ſit ſuperior & principalior,ſuper hoc non eſt dubitatio niſi de intellectu & voluntate.Propter qđ dicentes intellectum eſſe potentiā ſuperiorem dicunt ꝙ intellectus eſt imperare,& ꝙ voluntatis eſt ei obedire & imperium ſuſcipere. Imperans enim vt dicunt ordinat eum cui imperat ad aliquid agendum: & hoc intimando & de-

nunciando:vt imperare nihil aliud ſit q̃ ordinare, ſiue actus rationis ordinãtis aliquid agendũ cũ quadã intimatiua motione,non per modum conſilii & ſuaſionis ad opus volendũ:ſecundũ q̃ intimatio exprimitur per verbum indicatiui modi:dicendo hoc eſt tibi faciendũ:ſed per modũ præcepti & cõpulſionis ad opus exequendum: ſecundũ q̃ intimatio exprimitur per verbum imperatiui modi,dicendo fac hoc:ita q̃ quando perfecte imperat ratio voluntati vt velit,tunc iam vult: & q̃ aliquando imperat & non velit:hoc eſt quia imperfecte imperat:vtpote cũ fluctuat ratio inter duo Et ſic imperare rationis eſt vt dicũt:quia ordinare eſt proprius actus rationis: qui ſicut non eſt in brutis,nec imperium:q̃uis primũ mouẽs ad exercitium huius actus ſit voluntas: quẽadmodũ eſt primum mouens in omnibus viribus animę ad exercitium actus earum:vt ſic fiat in virtute volũtatis,& prę ſuppoſitione actus eius:quia ſecundum mouens non mouet niſi in virtute primi mouẽtis:& virtus prioris actus manet in actu ſequẽte: & ſic q̃ ratio mouet hoc eſt in virtute volũtatis & imperare eſt actus rationis prę ſuppoſito actu voluntatis,in cuius virtute ratio mouet per imperiũ ad exercitiũ act9:licet nõ ad ipſius act9 iperãdi determinationẽ: quẽadmodũ etiã dicũt q̃ ad exercitiũ act9 quo volũtas vult aliqd,volũtas mouet ĩtellectũ:licet nõ ad illi9 act9 determinationẽ: ſed magis ecõuerſo:vt ſecundũ illũ modũ ſecundũ q̃ dicunt ratio poſſit ordinare de actu volũtatis:& ſicut põt iudicare q̃ bonum ſit aliqd velle:ita poſſit iperare q̃ ipſa velit illud,& ſic actus voluntatis poſſit eſſe imperatus a ratione:& ſimiliter actus ſuus proprius poſſit eſſe imperatus ſibi:quia ratio eo q̃ ſupra ſeipſam reflectitur, ſicut poteſt imperãdo ordinare de actibus aliarum potẽtiarum: ſic & de actu ſuo.Suppoſito autem ex aliis quę ſtionibus q̃ voluntas eſt potentia ſuperior q̃ intelectus:dico q̃ quãtũ eſt ex parte ſuperioritatis potius ponẽdũ eſt q̃ voluntatis eſt imperare, & intellectus & omniũ aliarum potẽtiarum obedire,atq̃ imperium voluntatis ſuſcipere. Voluntas enim & velle cõtra dictamẽ rationis poteſt & ipſam rationem cogere vt recedat a ſuo iudicio:& per hoc ipſam ad conſentiendum ſibi & omnes alias potentias ſuo imperio conſtringere:quia ad actum imperii a volũtate, prę uium oportet eſſe actum intellectus:quia incognita velle non poſſumus:qui inclinando voluntatem modo prædeterminato ad imperandũ volitum voluntati determinet quaſi intimatiua motiõe:quę nõ eſt imperium:ſed ad imperium diſponit:qđ imperium vel iuſſio dici nõ poteſt:quia voluntas illi motioni per intellectum aſtringi non poteſt:qđ tamen vt iam videbitur,in eo cui fit imperium,neceſſario regitur. Q2 ſi aſtringeretur vere,non eſſet aliud imperium q̃ rationis intimatiua motio:qđ nõ ſolum eſſet motio:ſed ad obediendum cõpulſio.Et quia ſic ratio diſponit ſua intimatiua motione ad verum imperiũ voluntatis,ideo ſua motio ſiue compellat ſiue non. etſi imperium proprie dici non poteſt,dicitur tamẽ iuſſio: quæ quandã rationẽ imperii habet:& tamen verum imperium ſoli voluntati tribuitur.Iuxta illud Damaſ.de duabus naturis.in vna perſona Chriſti. Dicimus ipſum rationalem appetitum ope rationis: quia liber arbitrio eſt ſub poteſtate habens irrationabiles paſſiones,& iudicans,& gubernans,& freno ducens has irã & cõcupiſcẽtiam & ſenſum & ſecundum progreſſum motum. Hæ enim obedientes & ſuaſibiles ratione ſunt irrationabiles paſſiones:natę enim ſuaderi a ratione & ſubordinari:& mouet vt vtiq̃ iubet ratio in his quę ſecundum naturã hoib9.et infra.Coniungantur igitur intelligentia et appetitus in homine:vt non inuoluntarie patiamur quæ irrationalium rationales exiſtentes.Ecce q̃ in homine diſtinguit appetitum et intelligentiam:et appetitui tribuit gubernare et ſub freno ducere: qđ non eſt niſi principaliter imperantis.Intelligentię aũt tribuit ſecundũ rationem in ſuadendo iubere: ſed non impellendo ad actum ſicut facit volũtas. Et ſecundum hunc modum loquendi poſſet exponi illud qđ de intelligentia ſpeculatiua dicit philoſophus.iii.de anima.Non iubet aũt timere quaſi ad intellectum practicũ hoc pertineat.qđ non eſt verũ:ga vt dicit ibidẽ Themiſti9,practicus intellectus nõ eſt dominus mot9.dñs autem motus eſt ille cuius eſt principaliter iubere atq̃ p̃cipere.Et ſic intellectus non proprie dicit fac hoc,niſi per modum conſilii:nec eſt ipſius ordinare principaliter niſi cõſulendo. In exequendo aũt et imperando ſolius voluntatis eſt ordinare:ſed intellectus ſubordinare,vt dicit Damaſ.et hoc ſecundũ modũ quo ei cõuenit iubere vt dictum eſt.Nec eſt voluntas ſolũ modo in imperando primũ mouẽs quo ad exercitium actus exequẽdi ab intellectu vt perueniat ad determinandum illud qđ debet imperari:ſed proximũ quo ad impoſitionẽ actus illis viribus a quibus debet per imperium exequi:licet hoc quodãmodo fiat in virtute intellectus ſecundum dictum modum. Et ſecũdum hoc nullo modo actus voluntatis poteſt eſſe imperatus a ratiõe,ſicut nec aliquis alius ſiue ſuus ꝓprius ſiue alteri9:ſed gcgd impaſ intus et extra a volũtate impaſ.Et hoc cõuenit ei ſecundum iam dicta ex ordine ad intellectum: et ſimiliter ad omnes alias vires animç:quia ſuperior omnibus aliis eſt.Et ſic primo cõſideraſ q̃ impare ſit actus voluntatis non intellect9 ex ha

V

X

Y bitudine ipetãtis ad illũ cui imperiũ dirigitur.Secũdo aũt idẽ cõsiderat partim ex habitudine eius cuius est imperare ad illum cui dirigi debet imperiũ:partim ex cõditione eius qđ imperat:qm̃ ipe-
rans sic debet esse superior illi cui imperat,ꝙ cõpellere possit aliquo mõ inferiorẽ ad exequendũ im
peratũ:quia imperio in superiore respondet obediẽtia in inferiore.q̃ si non respõdet naturaliter,nõ habet imperiũ naturali ordine sup illud.Quæ in inferiori nõ rñdet qñꝙ quidẽ,ga nõ est in sua po-
testate actus imperatus.Nõ em̃ intellectus põt obedire voluntati si pręcipiat itelligere qđ est supra suam potestatẽ:vt veritatẽ supnaturalẽ:vel si p̃cipiat ei dissentire cõclusioni demõstrationis mani festę:licet cum suo iperio possit retrahere ne de illa cogitet.Secũdũ quẽ modũ volũtas virib9 vege tatiuę nihil habet imperare:ga nõ sunt natæ obedire. Qñꝙ vero nõ respõdet obediẽtia in inferiori perfecte:ga partim est in sua potestate & ptim non:quẽadmodũ appetitus sensitiuus partim depen det a dispositiõe organi:& sic nõ est in potestate illius obedire imperio rõnis:q etiã ex hoc aliqñ nõ põt ꝓueniri a rõne:partim vero dependet a vi aĩæ:& sic cum instat volũtas & suadet ratio,necesse habet obedire.Propter qđ dicit phs primo Pol. ꝙ rõ dominat irascibili & cõcupiscibili principatu politico:qui est patris ad liberos:sed mẽbris dñatur principatu despotico,qui est dñi ad seruos:in quo non habet locũ contradictio:& hoc inquãtũ motus mẽbrorũ regulat a viribus sensitiuis:sicut
Z regulat in motu secũdũ locũ:vt patet ex dictis in p̃cedenti q̃stione.Vñ qñ motus multo plus est a dispositione organi q̃ a vi aię sensitiua in aliquibus mẽbris:illa mẽbra in ꝙbus habent esse hmõi mo tus:quo ad illos motus nõ sunt nata obedire rationi:sed mouent motu inuolũtario aut nõ volũta rio.De quib9 dicit phs in fine de causis motus aĩaliũ. Quõ mouent motib9 volũtariis aĩalia,& ꝓ-
pter quas causas,dictum est. Mouent aũt & aliꝙb9 inuolũtariis q̃dã partium:pluribus aũt nõ volũ tariis.Dico aũt inuoluntarios:vtputa eũ q cordis & eum qui pudẽdi. Mouẽt em̃ apparente aliquo non tñ vidente intellectu mouẽtur . Nõ voluntarios autẽ vtputa somnum & vigiliam: & respira-
tionẽ:& quicũꝙ alii tales sunt.Nullus.n.dñs est horũ simpliciter:neqꝙ phãtasia neqꝙ appetit9. Nota ꝙ nõ loquit de motu cordis in attractione & pulsione ad causandũ motũ progressiuũ de quo habi tũ est supra:ille em̃ pure volũtarius est,& cadit sub iperio voluntatis & appetitus:sed de illo qui fit in pulsu:q pure est naturalis:nec a phantasia motus aut appetitu:vel de eo q fit ꝑter imperiũ volũ-
tatis:sed ꝓuenit ipsum naturaliter,de quo dicit in.iii.de Aĩa. Multotiẽs cogitat intellect9 in aliquo timoroso,aut in aliquo delectabili:sed nõ ꝓpter hoc erit timor aut delectatio, cor autẽ mouet . De quo etiã dicit de causis motuũ.Phantasia aũt & intelligentia habent rerũ virtutẽ &c.vt in q̃stione p̃cedente.Vñ & causam hmõi motuũ post supradicta in eodẽ assignat dicẽs.Causæ aũt motuũ,cali
ditas & frigiditas,quędã foris,& quędã intus existẽtes naturales. Et ꝑter rationẽ vtiꝙ facti motus dictarum partiũ alteratione incidente fiunt:& hoc vel præter phãtasiã & intellectum p̃cedẽtes: vel excitati a phantasia & intellectu inquãtũ sũt factiui passionũ offerendo species factiuorum: vt in p̃
fectio illius mixti inquantũ organicum eſt ſcđm iã dicta:forma ſua inquantũ organicum eſt agit mixtũ illud in nutrimentũ:& cõuertit ipm aſſimilando formę mixti.Licet em̃ ſit ſcđm rẽ alia forma q̃ eſt aĩa:& alia q̃ eſt mixti in hoie & nõ in bruto: tãtũdem tñ aĩa rõne potentię ſuę vegetatiuę vim habet aſſimilãdi nutrimẽtũ mixto nutriẽdo & augmẽtãdo ſcđm q̃ mixtũ ẽ, quãtũ habet forma bruti potẽtia & intẽtiõe vegetabilis. Nec refert ad ꝓpoſitũ ſiue vis illa vegetatiua ſit ĩ eadem forma re cũ forma mixti:ſiue nõ. Per idẽ patet in pte ad ſecundũ. dicendũ eſt enĩ ſcđm Cõmẽ. ſup.vii.Metaphy.q̃ ſemina ſunt illa quę dant formas rerũ generatarũ ex ſeminibus ꝓ formas quas dederũt ſemina generantia:quę ſunt virtutes naturales diuinę,generãtes ſibi ſimilia:ſcđm q̃ artes generant artificiata.Et ideo dixit Ariſtotel.in libro de aĩalib9,q̃ iſtę virtutes aſſimilãtur intellectui quia agũt actione intellectus:nõ ꝓ inſtrumentũ corporale.Et in hoc differũt a virtutibus naturalibus q̃ in corpore aĩalis agũt ꝓ inſtrumenta determinata,ſed vlr nõ agit niſi ꝓ calorem q̃ eſt in ſemine.Semina erga q̃ deſcindũtur ab hoie & brutis & plantis ĩ calore naturali habẽt impreſſas virtutes formarũ pfectarũ illorum a q̃bus deſcindũtur:& in virtute illarũ ſemen,ſcđm phm.ii.Phyſi. &.v.Metaph.actiuũ eſt & mouet ad generationẽ ſilis ſcđm formã: ita q̃ ſi in materia ſeminis tota forma eius a quo ſemẽ deſcindit eſt ĩ potẽtia:ipſam pfecte totã educit de potẽtia ĩ actũ: & generat ſilẽ in ſpecie & forma pfecta:vt plantã ex ſemine plãtę:& brutũ ex ſemine bruti.Si vero in materia ſeminis nõ fuerit in potẽtia tota forma eius a quo deſcindit:ſed aliq̃d eius:agit tñ trãſmutãdo ac ſi totã poſſet educere de potẽtia materię ĩ actũ:et q̃ totã nõ poteſt,ꝓducit qđ ex materia eſt ꝓducibile ſcđm eãdẽ pfectionẽ formę qua nata eſt eſſe in eo a quo ſemẽ deſcindit:& quo ad illud perfecte aſſimilat. Quis ergo forma bruti rõne qua eſt aĩa.ſ.rõne vegetabilis aut ſenſibilis itẽctionis nobilior ſit forma mixti in hoie,vt mixti eſt:quẽadmodũ quo ad hoc forma inferioris vermis nobilior eſt forma cęli:ſi nõ eſt ſubſiſtẽs ꝓ animã,& viuẽs: rõne tñ qua eſt forma mixti ſimpliciter, multo nobilior eſt illa forma mixti generãda in hoie de potẽtia materię:& eſt multo nobilior mixtio q̃ in quocunq̃ alio:quãto nobilior eſt vis generatiua aĩę hois imprimẽtis virtutẽ in ſemine qua ſemen eſt actiuũ:q̃ vis generatiua cuiuſcũq̃ alteri9 creaturę. dicẽte Alga.v.Metaph.Ex oĩb9 cõmixtionibus illa eſt pfectior q̃ fit ſperma hois:qđ habet aptitudinẽ recipiẽdi formã humanã. Licet em̃ hoc nõ exprimat:exprimit tñ Auic.cuius expoſitor fuit,vt dicetur iam.a quo etiã nũq̃ diſcordabat aliquis phorũ.Qui em̃ ponebant q̃ ĩtellectus eſſet vnus in oĩbus & nõ forma ſed motor corporis tm̃ plane ponebãt q̃ homo nõ erat in genere entiũ abſq̃ aliqua forma ꝓter animã. Qui etiã ponebant q̃ in diuerſis eſſent diuerſi:etiã ponebãt corpora ꝓpagari & ꝓparari a generãte naturali: et tũc animã a creatore infundi.Dicit em̃ Auic,iiii.Metaph.ſuę. Non poteſt eẽ vt ei qđ pmaneat exiſtẽs ꝓ ſe nõ in ſubiecto nec de ſubiecto,vllo modo ſit eſſe poſt non eſſe:ſed oportet vt pendeat aliquo modo a ſubiecto ad hoc vt ſit.Cũ aũt fuerit,non eſt res quę eſt exiſtẽs ꝓ ſe:ſed ẽ ex aliquo, vel cũ. Primũ eſt ſicut corpus:qđ eſt ex hyle & forma.Secũdum eſt ſicut animę rõnales cũ generatione corporũ. Et tunc pluralitas ſui eſſe pendebit ex illo.Et infra.Igitur cũ ſit corpus,verbi gratia,ſicut ignis nõ eſt pluralitas ſui eſſe niſi vt fiat ex materia & forma:igitur pluralitas ſui eſſe habet ſubiectũ.& hoc eſt materia.Igitur res ex qua fit primũ eſt forma quę fit in materia: & fit corpus ex cõiũctione eorũ. Aĩa quoq̃ nõ ꝓuenit niſi ꝓ eſſe ſubiecti corporalis,& pluralitas ſui eſſe in illo eſt exiſtens ꝑ illud propter hoc q̃ illa materia appropriat ſibi.Et quia aĩa nõ habet eſſe poſt non eſſe:niſi cũ fuerit eſſe corporeũ,ſcđm modũ cõmixtionis ꝓ quã adaptat fieri inſtrumentũ eius:ꝑ quã diſcernat certitudo ſuę nouę inceptionis: non q̃ certitudo eius ſit in illa: tũc cũ fuerit in illis corporibus pluralitas hui9 cõmixtionis: tũc erit pluralitas eſſendi animã. Hoc etiã reuera ſenſerũt antiqui doctores.

C Vñ dicit magiſter Guliel.Altiſſ.in ſũma ſua.In gñatione hois primo eſt materia ſub vili forma.ſ. ſub forma ſeminis:poſtea recipit meliorẽ formã quouſq̃ habilitata ſit habilitate vltima ſiue organizatione ad receptionẽ aĩę.Et ſcđm hoc alias determinauim9 q̃ ſimul ĩ eodẽ inſtãti iſta forma mixti generatur & anima creatur:& dat illa forma mixta eſſe corporeũ vt ſit cõpoſitũ ex hyle & materia:qđ eſt pars vna hominis,& anima eſt pars alia. dicente Auicen.v.Metaphy.Dicim9 q̃ corpus dicitur genus hominis,& dicitur materia hominis.cũ autem fuerit materia hominis,ſine dubio eſt pars eius.Impoſſibile ẽ aũt partem ꝓdicari de toto,Qđ nullo modo eſſet verum ſi corporeitas eſſet a ſubſtãtia animę rationalis: tunc enim corporeitas nõ eſſet niſi intentio in qua fundatur ratio generis: qđ vt confuſum & indeterminatum prædicatur de eo cuius eſt vt de determinato. Nec eſſet aſſignare differentiam inter corpus qđ eſt pars,& inter corpus qđ eſt genus,plus in homine q̃ in brutis,In bruto enim ſecundum ponentes vnã formã in ipo ꝓter hyle:non eſt accipere ptes niſi ſcđm intentionẽ generis & differẽtię vt ĩ bruto:vt ſcđm rõnẽ differãt corp9 vt eſt ps,&

corpus vt eſt genus. In homine aũt corpus vt accipit ſicut quid determinatum in forma naturali corpereitatis differentis a corporeitatibus exiſtẽtibus in aliis cui aduenit forma alia pręter corporeitatẽ addita illi & in ea ſuſtẽtata, ſic eſt pars. Vt vero accipitur ſicut qd indeterminatũ in corporeitate q̃ in bruto aliq̃ differẽtia ꝑprię corporeitatis determinat: & in hoīe aliqua alia nobiliori differẽtia corporeitatis determinat, differẽtibus ſolũ inter ſe determinato & ideterminato ſicut intẽtiones nõ ſicut res diuerſę: ſic corpus eſt genus hois ſicut bruti: qđ deſcẽdit in hoīe ꝑ nobiliorẽ differentiã corporeitatis. Et eſt illud cõpoſitũ ſcđm rõnẽ ex intẽtione generis & differẽtię, includẽs in ſe materiã corpus qđ eſt pars hois. illi em̃ aduenit aĩa rõnalis vt differẽtia qua cõſtituit in ſpecie ſpecialiſſima: & in qua habet triũ differẽtiarũ intẽtiones ꝙbus diſtinguit a vegetabilibus & brutis & angelis: vt differẽtia ꝑprię corporeitatis ꝑprie differat ab inanimatis: differẽtia ꝑprię vegetabilitatis a plãtis: differẽtia ꝑpriæ ſenſibilitatis a brutis: differẽtia rõnabilitatis ab angelis. Eſt em̃ cõ- D
finiũ homo corporaliũ & incorporaliũ creaturarum: differẽs ſuo rõnali a brutis ſic ab irrõnalibus. Hinc dicit Auic. de corpe qđ ẽ gen⁹. Prędicat de cõpoſito ex corporeitate q̃ eſt ſicut materia, & ex aĩa. Collectio em̃ horũ ſubſtãtia ẽ: q̃uis ſit cõiũctio ex multis. Vnde ſi vegetatiuũ in hoīe eſſet forma corporeitatis educta de potẽtia materię ſicut in brutis: & aĩa rõnalis cũ ſola potẽtia rationali ſiue intellectuali eſſet ab extrinſeco: tũc cõſimili modo aĩal vno modo eſſet genus hois, alio modo pars: & eſſet hõ cõpoſitus ex aĩali, & aĩa rõnali. dicẽte Auic. Si accipiat aĩal tali cõditione vt nõ ſit in ſua ſubſtãtialitate niſi corporeitas & vegetabilitas & ſenſualitas: & vt id qđ eſt ꝓter hoc ſic pręter ipm: tũc nõ erit lõge quin ſit materia homini & ſubiectũ: cuius forma eſt aĩa rationalis. Ex quo claret multũ: quomõ brutũ nullo mõ poteſt dici cõpoſitũ ex corpore & aĩa ſicut homo. Patet ergo reuertendo ad ꝑpoſitũ, ꝙ licet ſcđm rationẽ vitę vermis nobilior eſt cęlo: ſcđm tñ aliã rationẽ formę ſuę: qua. ſ. eſt generatiua formę vermis: eſt multo nobilior q̃ ſit vermis, aut aliqđ inferiorũ quæ generari habẽt a cęlo. Semp em̃ agens ꝑſtãtius eſt patiẽte, & ꝑducens ꝑducto in ordinatis eſſentialiter: ſcđm ꝙ ordinãtur cęlũ, & iſta inferiora ab ipſo generata. SIC ergo patet qđ ex ꝑte corporis E
Chriſti potius tenẽdũ eſt ſcđm vſum hactenus obſeruatũ, et ſcđm dicta ſanctorũ, ſignari nomine corporis. Et ſequit inquirendũ quid potius tenendũ eſt ex ꝑte ipſius cõuerſionis in corpus Chriſti in quid. ſ. tota ſubſtãtia panis & ſcđm materiã & ſcđm formã ponẽda eſt cõuerti: quia ſupponẽdum eſt ꝙ nihil ſubſtãtię eius permaneat cõpleta cõuerſione. quia cũ verũ corpus Chriſti cõuerſione pfecta ponendũ eſt ibi eſſe & vere eſſe: licet nõ vt in loco vel ſicut ſubiectũ ſub accidẽtib⁹, qđ ꝑ priis accidẽtibus cõmenſurat loco: nec ſicut in ſigno tm̃: ſed quodã modo huic ſacramento ꝑprio. Et nõ eſt ibi ꝑ aliquã loci mutationẽ: quia tũc deſcendẽs de cęlo nõ maneret in cęlo. Secũdũ em̃ ꝙ dicit magiſter Guiliel. Altiſſi. in ſumma ſua, ſine aliquo deſcẽſu & motu eſt corpus Chriſti in altari: & ſine aliquo aſcenſu forma panis definẽte eſſe eſt corpus Chriſti in cęlo. vnde ſimul eſt in altari & in cęlo. Corpus aũt vnũ non poteſt localiter eſſe in diuerſis locis, vt infra videbit. Aut ergo erit ibi ſcđm modũ ꝑpriũ huic ſacramẽto: aut erit ibi ꝑ conuerſionẽ alterius in ipſum illo nõ manẽte qđ cõuerſum eſt: licet nõ annihilato. Si em̃ aliquid qđ erat, aliud fuerit effectũ: nõ vtiq; oĩno nõ erit. Si em̃ oĩno nõ eẽt ꝑ annihilationẽ, vel oĩno eſſet manẽdo id qđ prius, nõ eſſet cõuerſio: neq; ꝑ illã tranſubſtãtiationẽ eſſet ibi aliqd qđ prius ibi nõ erat. Et depẽdet pars iſta oĩno a ꝑte ꝓcedẽte. In id em̃ qđ ſcđm vſum eccleſię & dicta ſanctoꝝ obtentũ eſt appellari verũ corpus Chriſti, tenẽdum eſt fieri cõuerſionẽ panis. Vnde ſicut nõ eſt obtentũ appellare corpus purã materiã habẽtẽ partẽ extra ptẽ: nec tenendũ eſt ꝙ in illã ſolã fiat cõuerſio: maxime cũ tenet vſus, vt dictũ eſt: ꝙ tota ſubſtãtia panis & ſcđm materiã & ſcđm formã cõuertat. ga ſi alterũ maneret hoc fieret ſpeciali miraculo, vel ponẽdo materiã ſine forma ſubſtãtiali vel ecõuerſo: cũ tñ hoc nõ eſt cõſuetũ poni niſi miraculũ cõuerſionis: & ꝑ illã corpus Chriſti eſſe vbi prius nõ fuit: & accidentia ꝑ ſe ſubſiſtere. Si aũt & materia panis & forma eius ſubſtãtialis cõuerterent in materiã: cũ minus eſſe habeat ma- F
teria q̃ forma ſubſtãtialis: tũc habẽs magis & verius eſſe cõuertere⁊ actione diuina in habẽs minus eſſe: qđ eſt icõueniẽs. Quia ſicut ſcđm Auguſt. lxxxiii. q. Deus nõ eſt cauſa tẽdẽdi i nõ eſſe: ſic nulli eſt cauſa tẽdẽdi in minus eſſe: quia vterq; modus eſt tẽdere in defectũ. Siliter ſicut nõ eſt obtẽtum appellare corpus materiã ſcđm rõnẽ eſſe corporei abſq; re ipſius forme incluſę in rõne corporis: ſic nec eſt obtẽtũ ꝙ fiat cõuerſio i tale corp⁹, maxie cũ tale eſſe abſq; re ipſi⁹ formę nõ eſt ꝓter materiã niſi ratio ſeu intẽtio pura. & ſic nõ eſſet cõuerſio in corpus verũ reale: ſed rõnis vel itẽtionis ſolũ. Siliter ſicut nõ eſt obtẽtũ appellare corpus materiã cũ aĩa rationali incluſa i rõne corporis: ſic nec ab antiquo obtẽtũ eſt cõmuniter ꝙ fiat conuerſio in tale corpus: vt materia panis cõuertatur in materiã Chriſti: & forma panis in animã Chriſti: ſicut neq; ꝙ in diuinitate Chriſti. Dico nõ ſolum

in animã vt eſt animans: ſed nec in rem quę eſt anima rationalis. Sed hoc ponit quædã poſitio nouiſſima: dicens ꝙ anima eſt forma corporis dans ei totũ eſſe ꝑfecti, ſ. eſſe corporeũ & eſſe animatũ: & ſic de aliis. Cõuertitur ergo ſcđm iſtos forma panis in formã corporis Chriſti. ſ. in animã rationalẽ ſcđm ꝙ dat eſſe corporeũ: non aũt ſcđm ꝙ dat eſſe animatũ tali aĩa. Quẽadmodũ ſiquis poneret ꝙ vegetatiuũ & ſenſitiuũ ſint potentię quędã in forma mixti: eductę de potentia materię: ſicut cõtingit in brutis, ſcđm negantes gradus formarũ in ipſis: diceret ꝙ cõuerſio fieret in formã illam
G quę eſſet anima ſenſibilis ſcđm ꝙ dat eſſe corporeũ: non aũt ſcđm ꝙ dat eſſe animatũ tali aĩa. Sed ſi ita eſſet, tũc nõ eſſet cõuerſio in corpus generatũ de virgine: quia aĩa rõnalis ſcđm nullã rationẽ eſt generata. Qđ falſum eſt, dicẽte Ambroſ. Prẽter naturę ordinẽ genauit virgo: & hoc qđ cõficimus corp⁹ de virgine eſt. Quẽ ſequẽs Guiliel. Alti. dicit. Intellígit ĩ hoc ſacramẽto corpus Chriſti verũ qđ traxit de virgine. Prẽterea cũ corpus nõ habet eſſe a forma niſi ſcđm ꝙ eſt in materia: cum in triduo mortis aĩa nõ fuerit in corpore nec in materia corporis Chriſti: nõ potuit dici ꝙ corpus Chriſti fuit in ſepulcro niſi ſcđm materiã: quare nec ĩ triduo potuiſſet facta fuiſſe cõſecratio niſi in nudam materiã: & nõ in corpus: quia deficit cõuerſionis terminus: eo ꝙ corpus, vt dicũt, non eſt corpus niſi ab aĩa in ratione corporis incluſa. ita ꝙ ſecundum ꝙ dicũt in illo triduo nõ fuit idẽ corpus mortuũ qđ prius viuũ, niſi vnitate diuini ſuppoſiti. Et ſic pro eodẽ corporę vnitate corporeitatis ſcđm ſe non fuiſſent tunc vera iſta verba conſecrationis: Hoc eſt corpus meum: pro quo erãt vera ante triduũ, immo nec oĩno erant vera in triduo: quia nec erat vere corpus vt dictũ eſt. Prætẽrea ſi hoſtia cõſecrata ante mortẽ cõtinẽs in ſe ſacramẽtũ corporis Chriſti ex cõuerſione materię panis ĩ materiã Chriſti, & formę panis in ſubſtãtiã aię ſcđm ꝙ dat eẽ corporeũ, fuiſſet reſeruata: cũ in triduo mortis aĩa fuit ſeparata a materia: et ꝑ hoc nõ manſit corpus vt dictũ eſt: tũc manẽtib⁹ ſpeciebus defeciſſet ſacramẽti res: & nõ fuiſſet corpus Chriſti ſub ſpeciebus: etſi forte ꝑtes fuiſſent ſub ipſis ſeparatę. Quare cũ hęc ſint icõueniẽtia: nec poſſint euadi ſcđm ꝙ mihi apparet, niſi ponẽdo corp⁹ Chriſti ab alia forma q̃ a forma animę ſcđm p̃dictũ modũ: ideirco licet nõ velim damnare opinionẽ aliã, nullo modo tñ videt mihi ſecurũ ſed ſumme ꝑriculoſum tenere illã. Vnde ſicut ſcđm hunc modũ cõſuetũ eſt appellari corp⁹, ſcđm eũdẽ modũ teneri debet (quãtũ mihi videt) ꝙ in tale corpus fit cõuerſio: qđ ſemp manſit etiã in triduo mortis, vt dictũ eſt. Et ſic corpus conſecrari potuit in triduo mortis idẽ qđ prius: & prius conſecratũ remãſiſſet ſicut prius: niſi ꝙ hora mortis Chriſti in cruce mortuũ fuiſſet ꝑ ſolius aię ſeparationẽ: qđ prius erat viuũ. dicẽte magiſtro Guiliel. Alti. Si ponat ꝙ aliquis ex diſcipulis reſeruaſſet corpus Chriſti ĩ pyxide ꝑ totum illud triduũ: iſta cõcedẽda eſt, corpus Chriſti moritur in pyxide per violentiã corpori illatam in cruce: ſeparatur anima ab eodẽ corpore Chriſti qđ eſt in pyxide. Cũ aũt cõceditur iſta: corpus Chriſti mo ritur in pyxide: nõ intellígitur aliqua noua ꝓprietas aduenire: ſed ís eſt ſenſus: anima Chriſti incipit nõ eſſe hic. Et ſic nec eſt ponendũ ꝙ maneat materia nuda ſine forma: nec ꝙ aliqua forma cadaueris noua introducatur. Et ſecũdũ hoc ſtat qđ ſemp conſuetũ eſt poni: ꝙ deitas & anima Chriſti quo ad rem quę ipſa eſt: nõ habẽt eſſe in ſacramento ex vi conſecrationis, ſed ſolũmodo ex reali cõcomitãtia: vt. ſ. deitas ſicut ſemp erat cõiũcta corpori Chriſti: ſic ſemp fuit, eſt, & erit in ſacramẽto. Et ſimiliter anima quãdo fuit ĩ corpore. Sed in triduo quãdo anima fuit ſeparata, ſi fuiſſet cõſecratũ nõ fuiſſet aĩa Chriſti ſub ſacramẽto. quẽadmodum ſi ſanguis Chriſti fuiſſet oĩno in triduo extra corpus Chriſti: tũc cõſecrato corpore ſolo nõ fuiſſet ibi ſanguis ꝑ concomitantiã. Et ſi hoſtia prius cõſecrata qñ ſanguis & anima fuerũt in corpore, fuiſſet cõſeruata in tẽpore qñ ambo erant ſepata a corpore: tũc quãdo ſcđm rẽ ſeparabant a corpore: nõ remanebant diutius ſub ſacramento corporis. ſed hoc nõ ꝓpter defectũ aliquẽ in ſacramẽto vel in verbis cõſecrationis eius: ſed ſolũmõ ſcđm rei variationẽ vt dictũ ẽ. Sed qđ moderni ꝙ tenẽt ꝙ cõuerſio fiat ĩ aĩam Chriſti ſcđm ꝙ dat eſſe corporeũ, dicũt ſępius animã nõ eſſe ſub ſacramẽto ex vi cõuerſionis & formę verborũ: ſed per ſolã realem concomitantiã: quia vbi eſt vnũ naturaliter coniunctoꝝ ibi eſt & reliquũ: debet exponi ꝙ anima non eſt ibi niſi ꝑ quãdam cõcomitantiã, inquãtum dat eſſe vegetabilis ſenſibilis aut rationalis: ſed ſolũ eſt ibi ex vi conuerſionis inquantũ dat eſſe corporeum ſcđm dictũ modũ. Quẽadmodũ ſi in corpus bruti virtute diuina fiat alicuius conuerſio, dicendo: hoc eſt corpus bruti: eſt ibi ex vi verborũ anima bruti inquantũ dat eſſe corporeum: ſed ꝑ cõcomitantiã inquãtũ dat eſſe ve-
H getabile & ſenſibile. Sed ſi ſubtilitatem iſtam intellexerint antiqui deus nouit: ad minus in docendo eccleſiam de ipſa nullam ꝓnitus faciebant mentionem quantum apparet ex ſcriptis antiquis: immo potius faciebant mentionem de contrario, ſicut dicit Præpoſitus in ſumma ſua: auctoritatẽ inducens doctorum ſui temporis. Magiſtri noſtri dicunt ꝙ ſub vtraq; ſpecie tantum panis

tranſubſtãtiatur in corpus:& tm̃ vinũ in ſanguinem. Q2 dicitur ergo vtrũq; eſſe ſub ſpecie panis: Reſpõdet q; ibi eſt corpus & ibi eſt ſanguis:qa corpus nõ habet eẽ ſine ſanguine:aliogn eẽt inaiatũ corpus.nam & anima eſt ibi. Non tm̃ dicim9 q; panis in animã tranſubſtãtiatur.Ecce q; non ponit animã eſſe cũ corpore per trãſubſtantiationẽ ſicut neq; ſanguinẽ:ambo tm̃ ibi eſſe cũ eſt viuũ:& q; ambo poſſint abeſſe eidẽ cum fuerit mortuũ.Hinc etiã dicit magiſter Guiliel. Q2uis panis trãſubſtantiatur in corpus Chriſti:& vinũ in ſanguinẽ:tamen ſub vtraq; ſpecie eſt Chriſtus integer.non enĩ corpus Chriſti eſt ſine ſanguine & anima:nec ſanguis ſine corpore & anima.Sed non valet hec argumentatio:ſub forma panis eſt corpus Chriſti & ſanguis ex trãſubſtãtiatione. ergo aliquid eſt tranſubſtantiatũ in ſanguinẽ.Et patet inſtantia in anima Chriſti:quæ ibi eſt ex tranſubſtantiatione:nihil tm̃ tranſubſtantiatũ eſt in eã.Intellígo ſicut neq; in ſanguinẽ:quia aliter non eſſet inſtantia in anima:nec eſſet eodẽ modo p concomitantiã cũ ſanguine & cum corpore:in quo tm̃ nullã differentiã inſinuat:immo conuenientiam magis,vt patet inſpicienti. Mihi igitur ex iam declaratis magis videt tenẽdũ q; homo ſit corpus ab alia forma p̃ter animã:& q; in corpus ex materia & illa forma cõpoſitũ ſit conuerſio:ita q; ſemp in formã q̃ dat eſſe corporeũ,terminat cõuerſio:vt ipſa habeat eſſe in ſacramẽto ex vi cõſecrationis:& nõ p cõcomitãtiã. Vñ cũ in bruto nõ eſt forma dãs eẽ corporeũ niſi eius aia:ſi virtute diuina fieret cõuerſio alicuius in corpus bruti dicẽdo hoc eſt corpus bruti:anima bruti eſſet ibi vi verborũ & nõ p cõcomitantiã quo ad id qd̃ ẽ ſcdm rẽ: licet bene quo ad rõnẽ vegetabilis & ſenſibilis,vt dictũ eſt,aut nõ eſſet conuerſio in corpus ſed tm̃ in mate

Ad arg. prĩ. riã,& partes eius:quæ corpus non appellatur vt viſum eſt.AD Primũ:q; cõuenienter ponitur q; I ſola anima ſit in homine q̃ dat eſſe corporeum:ergo &c.Patet reſponſio ex dictis,quomodo conueniẽter ponitur,& quomodo non.Licet em̃ ſola anima dat eſſe corporeũ organicũ:non tamẽ dat eſſe corporeũ ſimpliciter.Nũc aũt cõuerſio nõ fit in corpus ſcdm q; eſt organicũ, hoc em̃ non eſt niſi ab aia p̃ſente in corpore:ſed ſolũmõ ſcdm q; eſt corpus ſimpliciter:qd̃ eſt ab alia forma:in quo ſepaꝛta anima nõ manẽt organa inquãtũ organa:ſed figurę organorum tm̃.Vnde cũ vt dicit Damaſc. de duabus naturis Chriſti:Chriſtus habuit inſtrumentalẽ formationẽ:teſtis quę caput vnguento & pedes rigauit lachrymis:& claui q; fixi in palmis & plantis pedum: lancea quę aperuit latus: & recumbens ſuper pectus diſcipulus:lingua q̃ dixit:Siquis ſitit veniat & bibat: os qd̃ tradidit ſanctum ſpiritum:dentes & guttur diuidentes paſcha & ſtomacho trãſmittẽtes hoc: & hepar in ſanguinẽ conuertens & cętera hmõi:Horum oĩm veram figuram retinuit verum corpus Chriſti manens idem numero in triduo mortis:Et hoc propter vnitatem formę corporalis manentis:non ſolum propter vnitatẽ ſuppoſiti verbi retinentis vnionem cum corpore quã prius.Non tamen retinuit in illis organorum rationẽ, quã nõ dedit niſi praeſens anima in Chriſto,ſicut neq; in aliis hominibus.Propter qd̃ in triduo mortis organa & corpus inquantum organicum ex organis conſtitutum ęquiuoce erant & in mortuo & viuo:& non erant idem numero niſi ſecundum materiam & formam mixti ſolum in Chriſto & verbi ſuppoſitum. Oculus enim quãdo non poteſt in propriam operationem:et formam ſuam quę eſt vis viſiua,amiſerit: de qua dicit philoſophus ſecũdo de anima:Si oculus eſſet animal,viſus eſſet eius anima:etiam ĩ viuo homine oculus æquiuoce eſt. Q2uis enim ſit membrum viuens a ſubſtantia animæ et vi nutritiua:non tamen eſt ſentiens nec organum ſenſus.Et ſic non eſt inconueniens idem manere æquiuoce ratione formæ amiſſę: et vniuoce ratione formę manentis qua manet idem numero.Et ſic huiuſmodi partes organicę manent eędem numero non ſolum ſecundum materiam remotam:quę nihil aliud eſt q̃ materia:ſed etiam ſecũdum materiam propinquã:quę eſt ſimpliciter conſtans ex carnibus, oſſibus, muſculis, neruis et cęteris hmõi homiomeris:in quib9 omnibus eſt vna forma mixti:quę ſolummodo differũt ſecũdum diuerſas paſſiones coagulationis ex calido et frigido: vt habetur ex fine quarti Meteororũ. Propter qd̃ omnia hmõi vniuoce et eadem numero ex ſua forma erant manẽtia in corpore Chriſti viuo et mortuo:et in ipſa fit conuerſio.Vnde ſub ſpecie panis totum verum corpus Chriſti cõſtitutum ex carne oſſe neruis et huiuſmodi continetur ex vi ſacramenti. Q2 enim Chriſtus ſacramentum hoc potius exprimit nomine carnis,hoc non facit niſi aſpiciendo ad vſum ſacramẽti.

Ad ſecũdam partem. Io.vi.Caro mea vere eſt cibus,quoniam homines potius ſolent manducare carnes q̃ oſſa. AD K ſecũdũ:q; cõueniẽter ponit vere dici corpus a ſola materia: dicẽdũ q; nõ eſt verũ.ſcdm em̃ p̃dicta non dicitur corpus ſubſtantia niſi ab aliqua forma ſubſtãtiali:nõ a ſolis ptibus eius. Et q; aſſumit bruta quę ex ſe mouẽtur,diuidũtur in animã vt p ſe mouentẽ:& in materiã vt p ſe motã: & nõ eſt per ſe motũ niſi corpus:ergo materia vere poteſt dici eſſe corpus:Dicẽdũ ſcdm ſupra deterĩata de motu animaliũ:q; licet in motu locali aialiũ p ſe mouens ſit anima:& hoc ſcdm ibi expoſita nõ niſi

vt habet eſſe in ſigno determinato organi motus localis: per ſe tamen motum non eſt materia. Nec ſimiliter totum aial eſt motum per ſe ratione materiæ, quemadmodum contingit in motu grauis & leuis ſecundum prædeterminata. Non enĩ animal motum localiter ex ſe mouens ratione animæ, æque primo & per ſe mouet ſecundum omnes partes ſuas. qđ contingeret ſi ex ſe moueret per ſe ratione materiæ: ſicut per ſe mouet ratione animæ. Graue enim ex ſe mouens ſe rõne formæ & ex ſe motum ratione materiæ, æque per ſe & prĩo mouetur ſecundum omnes partes ſuas. & hoc multo verius q̃ graue mouetur per violentiam ſurſum æqualiter ſcđm oẽs ſuas partes. Proiiciens enim graue, principaliter pellit partẽ quã immediate tãgit, & per cõtinuationẽ ad illam ſimul pellit alias. forma aũt grauis mouẽs æq̃liter mouet i qualibet pte grauis & materiæ. Sed in motu aialis ſecundum locum anima vt exiſtens in ſigno determinato & requieſcens in vna parte, pellit a ſe aliam, vt requieſcens in ſiniſtra pellit a ſe dextram verſus anterius: & viciſſim ecõuerſo requieſcẽs in dextra ſecundum modum ſupra expoſitum. Et ſic licet per ſe mouens ſit anima, hoc non eſt aia ſecundum ſe, ſed vt ſe tenet cum parte quieſcente: per ſe autem motum non eſt niſi pars altera, & hoc viciſſim. Propter qđ totum aial per ſe mouetur ſecundum ptes, ſed per accidens ſecundum totum. & ſic eſt diuiſibile in duo: quorum vnum eſt per ſe motum, vt eſt aliqua partium eius ſub in differentia modo vna mõ altera: & aliud per ſe mouẽs, vt eſt anima exiſtens in ſigno quieſcente in parte altera. Sed quia non mouet niſi p alterius partis quietem, vt dictum eſt ſupra, poteſt dici q̃ p ſe mouens ſit anima cum parte quieſcente, q̃ per ſe poteſt dici moueri ratione animæ mouentis vt in ea quieſcit: quemadmodum ſacramenta nouę legis dicuntur cauſa gratiæ: quia deus vt in eis exiſtit, confert gratiam, ſecundum q̃ alibi expoſuimus. Et econuerſo pars mota per ſe poteſt dici moueri ratione materiæ. vt ſecundum hoc animal ex ſe motum dicatur diuidi in duo: quorum vnũ eſt per ſe mouens, ſed hoc ratione alicuius qđ eſt in eo forma, vt eſt altera partiũ eius: & alterum p ſe motum: ſed rõne alicuius qđ eſt in eo materia, vt pars reliqua, & hoc viciſſim. Nõ tamen ita principaliter motũ dicitur moueri ratione materiæ, ſicut mouens dicitur mouere ratione formæ. Forma enim eſt q̃ in quieſcente exiſtens principaliter mouet: non autẽ ipſum quieſcens: ita q̃ dicendũ eſt partem quieſcentem mouere quia anima mouet, & non econuerſo. Econuerſo autem materia exiſtens in moto non principaliter mouetur, ſed pars in qua eſt: ita q̃ dicendum eſt partem totam per ſe moueri, & non materiam: niſi qa eſt in parte & aliquid eius. Per ſe enim ſubiectum motus ſecundum locum non eſt niſi ſubiectum exiſtens in actu dimenſionatum. Per ſe autem agens motũ iſtum eſt ipſe actus exiſtens in parte quieſcente. Vnde non dicitur pars quieſcens mouere per animam ſicut per inſtrumentum: quemadmodum dicitur ignis calefacere calore: ſed ſi comparemus animam ad totum animal, vt eſt mouens & motum, tunc ipſum animal ſimpliciter eſt per ſe mouens vt agens principale: ſed anima exiſtente in parte quieſcente vt inſtrumento naturali, licet nõ ſit per ſe motum, ſed ſolum per partem, vt dictum eſt. TERtiũ concedendum ẽ, & vt arbitror ſtrmiter tenendum.

L

CIrca ſecundum arguitur, q̃ materia panis poſt conuerſionem maneat: quia non habet aliquid corrumpens, eo q̃ non habet contrarium: & tale manet eo q̃ eſt ſymbolum: qđ in tranſmutatione naturali manet eo q̃ non habet contrarium corrumpens. CONtra. tunc non eſſet conuerſio aut tranſubſtantiatio, qđ falſum eſt. ergo &c. Dicẽdum q̃ aliud eſt quærere vtrũ materia maneat poſt cõuerſionem, & vtrum aliquid maneat abſolute in hoc ſacramẽto. Hæretici enim aliqui non ponentes aliquam conuerſionem, aut tranſubſtantiationem fieri in hoc ſacramento, ponebant q̃ in hoc ſacramento tota illa ſubſtantia panis manet poſt conſecrationem. Putabant enim illud Luc. xxii. Hoc eſt corpus meum, ſpiritualiter eſſe intelligendum: & non eſſe ſic dictum niſi vt in ſigno & figura: moti ex hoc, q̃ cum Chriſtus dixiſſet Iudæis. Ioan. vi. Niſi manducaueritis carnem filii hois, & biberitis eius ſanguinem &c. et dictũ eſt ei. Durus eſt hic ſermo. reſpondit eis. Spiritus eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt qcq̃. quaſi diceret, quicquid de corpore meo & ſanguine dico intelligatis ſpiritualiter. Sed fide firma tenendum eſt in ſacramento eſſe verum corpus Chriſti ſicut verba ſonant quibus dicit Hoc ẽ corp⁹ meũ. vt nõ ſit hic veritas ſicut in ſolo ſigno, ſicut erat in ſacramẽtis veteris legis. Vñ illud Matth. vlti. Vobiſcũ ſum vſq̃ ad conſũmationẽ ſęculi, itelligere debemus de veritate corporalis præſentiæ in ſacramẽto, vt corpus qđ eſt vno modo eſſendi p ſens ſolummodo in cælo, alio modo eſſendi præſens nobis eſt in ſacramento. & hoc in veritate eadem eiuſdem corporis eſſendo præſens ibi & hic, quod ſola fide deprehenditur. Secundum enim q̃ dicit Auguſt. ſurſum eſt dominus: tamen hic nobiſcum eſt dominus. Corpus enĩ in quo reſur-

Quæſt. ix. Arg. princ.

In oppoſitũ. Reſponſio.

rexit vno in loco esse oportet. Veritas autē eius vbiq; diffunditur. Vnde istud: Hoc est corpus meū nullum requirit spirituale intellectum. Sed illud, Nisi manducaueritis, quodammō literalem, quo dammodo spiritualem requirit. Literalem quo ad id quod manducatur, qa secūdum Ambrosium de sacra. sicut verus est dei filius dominus Iesus Christus, ita vera Christi caro est quam accipim⁹. Spirituale quo ad modū manducādi: qa dicit Augustin. super psal. iiii. exponens verbum prædictū spiritualiter, quæ locutus sum: quia. s. non in propria specie dentibus laniando carnem Christi manducamus, quemadmodum Iudæi intellexerunt manducationem, cum dictum est eis, Nisi mā ducaueritis. Hoc enim modo caro non prodest quicq̄: sed sub specie sacramēti manducandum cor poraliter: illud verum corpus manducando spiritualiter. Propter qđ dicit Augustin. super Ioan. Vt quid paras dētes & ventrē? crede & māducasti. Vnde manducando sacramentū corporaliter, corp⁹ Christi manducandum est in fide spiritualiter. Sic enim spiritus est q̄ viuificat. Quare cùm opor tet ipm corpus Christi verum sub specie panis esse in sacramento: & vt iam dictum est supra, non habet ibi esse per aliquam loci mutationem, oportet q̄ hoc sit p alicuius mutationem quod prius ibi erat, quēadmodū ignis p corruptionē aquæ incipit esse vbi prius nō erat, q̄ si nec sic, nec p loci mutationē illuc adueniret, nullo modo esset ibi. & tunc habet locum dubitatio magis generaliter M
q̄ ppositā est. s. vtrum post cōuersionē maneat substātia panis tota, vel aliquid eius, vt materia: de qua propositā est quæstio. Et erat opinio aliquorum q̄ non manet: reputantium conuersionē vni⁹ naturæ in aliā fore impossibilem. Cum em̄ necesse habebant ponere secundum iam dicta q̄ sub spe ciebus sacramenti erat verū corpus Christi, & q̄ nō cōuersa substantia panis, & manēte nō posset ibi esse verū corpus Christi absq; loci mutatione illi⁹ quam nō ponebant fieri, necesse habebant po nere q̄ substantia panis non maneret, & per eius absentiā statim ibi fieret corpus Christi. Quoꝝ ali qui posuerunt q̄ substantia panis non manet, quia oīno adnihilatur. Alii vero quia resoluitur ī pri mā materiā. Primum horꝝ non põt poni, qa deus immediate & solus est causa per se eius qđ fit in isto sacramento. Ipse autem vt dicit Augustin. lxxxiii. q. nullius est causa tendendi in nō esse. Præter ipsum non est causa aliqua sufficiens ad hoc. Similiter secundum non potest poni, quia resolu tio in materiam primam non est nisi formæ quæ erat in potentia in illa. Ista ergo resolutio non N
potest esse nisi formæ panis in materiam panis, ita q̄ ipsa materia panis existat sine forma panis quia materia vlterius in materiam resolui non potest. In illa ergo materia resoluta forma panis ipsa materia aut manet intra species illas, aut exit. Q̄ exiens de sub illis speciebus, siue fiat sub aliis speciebus, siue non, siue materia maneat sine forma substantiali, siue non: hoc non po test poni: quia hoc est respectu specierum sacramenti purus defectus & priuatio: qui ex se nullius est positiuus. Per hoc ergo non posset poni ibi de nouo esse corpus Christi. Si vero materia illa ma net sub illis speciebus: aut ergo in illa fit alia forma sub speciebus illis, aut non. Si sic, tunc erit idē impedimentum qđ prius, ne possit ibi de nouo esse corpus Christi: quia resolutio formæ panis nō est causa essendi ibi nisi illius alteri⁹ formæ. quia corruptio vnius formæ quā cōcomitatur gñatio alterius, non est causa nisi generationis illius. Si autem non fit alia forma in illa materia sub illis spe ciebus, adhuc ipsa sola tātū impediet præsentiam corporis Christi quantum si fieret sub noua for ma: quia sic manere forma resoluta in ipsam, non est nisi purus defectus: qui ex se nullius positiu⁹ est: neq; ex aliq̄ virtute ꝓcedit: sed poti⁹ ex virtutis defectu. Prę̄sentia aūt corpis Christi sub specieb⁹ panis debet esse agēte virtute illa q̄ agit q̄ sub specieb⁹ panis nihil habet esse substātię panis. Nec est ergo dicere q̄ substantia panis aut annihilatur, aut in primam materiam resoluitur. Propter O
qđ alii oēs ponunt substantiæ panis conuersionem in corpus Christi: & per illā ibi esse de nouo cor pus Christi: & q̄ ad hoc nulla alia trāsmutatio circa substantiā panis sufficeret, quēadmodū nulla sufficeret trāsmutatio vt sub specieb⁹ symbolis aeris cū igne fieret ignis q̄ gñatio ignis ex aere. Sed dicūt aliqui q̄ ista cōuersione facta nō manet substātia panis cōuersa, licet nō annihiletur, sicut nō sequitur q̄ si aer ex quo generatus est ignis non sit ibi vbi erat: sed aliud vice ipsius: q̄ sit annihila tus, sed cum non maneat, in eo q̄ non manet, aliquo modo ad min⁹ est non ens: quia si nullo modo esset non ens factum, omnino maneret ens non annihilatum: aut in eo q̄ non annihilatum, ad mi nus aliquo modo est ens. Aliter enim esset omnino nihil factum, & ideo annihilatum. Non est ergo dicendum simpliciter q̄ ista conuersione facta substantia panis non manet, sicut nec est simpliciter dicendum q̄ manet, sed est dicendum q̄ quodammodo manet, & quodammodo non manet. Et qa qđ sic manet vt dicunt aliqui non potest manere secundum rationem formæ, sed tm̄ secundum ra tionē materiæ: Materia enim quia ē ens in potentia: medium est inter non ens simplr̄, & oīno ens actu, secundum philosophum secundo Metaphysicæ: idcirco dicunt q̄ forma panis resoluitur in

ſuam materiam, & materia ipſa ſic vnitur materię corporis Chriſti vt fiat vna materia cum illa, virtute diuina vniente materiam panis cũ materia corporis Chriſti: quẽadmodũ fit vna materia nutrimẽti cũ materia eiꝰ qđ nutrit, cõuerſione facta virtute agẽtis naturalis. Hoc nõ põt ſtare quo ad primum articulum, ſ. ꝙ forma panis reſoluatur in materiam: quoniam non eſt tenẽdum ꝙ hic fiat aliqua trãſmutatio niſi virtute verborum, ꝗbus dicit, Hoc eſt corpus meũ. quæ nõ ſignant cõuerſionẽ fieri niſi ī id qđ demõſtrat̃ p ly hoc. Quare cũ p ly hoc demõſtrat̃ vniformiter cõpoſitũ, aut demonſtrationi pſupponit nõ tã materia panis ꝙ forma: vniformiter ergo fit cõuerſio tã materiæ in corpus Chriſti ꝙ formæ. Nõ ergo reſoluit̃ forma in materiã: nec vlteriꝰ materia panis ī materiã corporis Chriſti vnit̃: ſed totum conuertitur, immo totũ toto. Illud enim repugnaret formæ verborum qua dicit̃, Hoc eſt corpus meum. Corpus em̃ vt dictum eſt nõ purã materiã, ſed formã cũ materia ſignat. Quo ad ſecundum autem articulũ, ꝙ fit conuerſio materiæ panis ī materiã corporis Chriſti manente materia panis, ſic ꝙ vna fiat materia ex illis: incõueniẽs eſt, ꝙa tũc ſeqret̃ ꝙ Chriſtus materia panis aduenięte nutriretur, aut ſaltem augeretur, aut aliqd haberet virtute ſacramẽti de ſubſtantia ſua qđ prius non habuit: & eſſet in ipſo plus de materia ꝙ̃ prius: & ſic ſemper toto tẽpore quo ſacramẽtũ hoc cõficitur, materia Chriſti eſſet habẽs plus & plus in ſubſtantia, vel aliqd qđ priꝰ nõ habuit, & eſſet mutatio realis ex hoc ſacramẽto circa Chriſtũ. qđ vt credo hæreticũ eſt
p dicere. Ideo videtur mihi eſſe dicendũ ꝙ tota ſubſtãtia panis, & ſecũdũ materiã, & ſm formã cõuertit̃ in corpus Chriſti, nõ amboī materiã ſolã, nec amboī formã ſolã: ꝙa hoc eſt cõtra formã verborꝫ quibꝰ dicit̃, Hoc eſt corpus meũ. Corpus enim non ſignat materiã tm̃, nec formã tm̃, ſed cõpoſitũ ex materia & forma, nõ forma i materiã, ꝙa tũc eſſe formæ panis innouaretur quodãmõ, vt dictũ eſt iã ſupra. Relinquitur ergo ponendũ ꝙ materia panis conuertat̃ in materiã corporis Chriſti: & forma ī formã, & ꝙ neutrũ illorꝫ manet id qđ erat priꝰ, ita tm̃ ꝙ neutrũ eorũ deſinat eſſe ſimpliciter, imo vtrũq; illorꝫ deſinẽdo eẽ id qđ erat ī ſe, iã cõuerſũ eſt ī aliud. & hoc quẽadmodũ dicit Aug. loquẽdo de cõuerſione ſeu cõuertibilitate aĩæ rationalis in corpus, dicit. n. ante finẽ de ĩmortalitate aĩæ. Videtur effectũ eſſe ratiocinatione hac vt animꝰ ad nihilũ puenire non poſſit: conuerti aũt in corpus forſitan poſſit. Si em̃ qđ erat animus ī corpus fuerit effectũ, non vtiq; omnino nõ erit. Et ſic ſm ꝙ dicit magiſter Guilielmꝰ Altiſſ. panis trãſit in corpus Chriſti, ita ꝙ nihil de pane remaneat ſed trãſit in id qđ priꝰ erat, in quo nõ annihilat̃. Quorũ vtrũq; bene ĩuenit̃ ſigillatim in creaturis, licet nõ ambo ſimul. Primũ em̃, vt dicit, ĩuenit̃ in tranſitu formarũ, ꝙa nihil de tranſeunte manet. Secundũ non, quia nõ fit tranſitꝰ in id qđ erat. ſ. quo ad eiꝰ eſſe cõpletũ reſpectu eẽ eius qđ nõ manet in ſe, ſed in alio: qđ tũ prius non erat. propter qđ nõ annihilat̃. & hoc ſm ponẽtes in eodẽ gradus formarum modo p̃dicto ī q̃ſtione de cõpoſitione ſcientiæ. Cum em̃, vt dicit, in generatione hominis primo eſt materia ſub vili forma, ſ. ſub forma ſeminis: poſtea recipit meliorem formam quouſq; habilitata ſit habilitatione vltima ſiue organizatione ad receptionem aĩæ, ibi manifeſtũ eſt ꝙ forma tranſit in formã: & tm̃ nihil de forma tranſeũte remanet. Secundũ vero inuenit̃ ī nutrimẽto Nutrimentum em̃ tranſit in corpus qđ erat, ſed primũ non inuenitur: ꝙ aliqd de nutrimẽto relinquitur in nutrito. Vm̃ iſta duo ſimul nõ inueniunt̃ in naturis, ſed in differẽtiis quo ad cõuerſionẽ dictã: & fit illa conuerſio ſic, ꝙ in toto tempore platonis verborum ſubſtãtia panis eſt id qđ prius erat in ſe, ſed in vltimo inſtanti conuerſa eſt in aliud nõ manẽs aliqd qđ ipa prius erat, aut qđ iam facta eſt, ſed tm̃ manet in aliquo. ſ. in qđ iam conuerſa eſt. Et cõuenit iſta tranſmutatio cum aliis ꝙ eſt in ea ordo huius poſt hoc, ſicut & in aliis. Eſt em̃ ſub illis ſpeciebus corpus Chriſti poſtq̃ ſub eis fuit corpus panis, ſicut in creatione id qđ prius non eſt poſtea eſt: & in gñatione qđ prius eſt aer, poſtea eſt ignis. Et cõuenit iſta cõuerſio cũ creatiõe, quia ī neutra ẽ aliqd cõmune ſubiectũ p̃exiſtẽs in actu, & ſubſiſtens ambobus terminis. In quo ambo differũt a tranſmutatione naturali q̃ nõ eſt ſine cõmuni ſubiecto. Propter qđ cũ dicitur in generatione naturali, qđ prius erat aliud modo ẽ hoc ly qđ ſupponit pro ſubiecto cõmuni. Cum vero dicit̃ in creatione, qđ prius nõ erat nec eſt, ly qđ ſupponit pro eſſentia: q̃ eſt quaſi cõmune ad eſſe & ad nõ eſſe. Cũ aũt dicitur in iſta cõuerſione, qđ priꝰ erat ſubſtantia panis modo cõuerſum eſt in corpus Chriſti, ly qđ primo ſupponit ſubſtantiã panis pro ſubſtantia panis ſecundũ ſe: ſcđo ſupponit ſubſtantiã panis non pro ſubſtantia panis, ſed pro eo in quod eſt cõuerſa: qđ eſt corpus Chriſti, & non ẽ ſubſtantia panis. Et ſic ſicut in creatione de eo qđ eſt nihil in exiſtẽtia actuali, fit aliqd: ſic in hac conuerſione id qđ eſt aliqd ſecũdũ ſe, cõuertit̃ in aliud: nec fit annihilatio eius: non tamen mediante aliquo eius qđ prius in ſe erat. Et differunt ſpecialiter in hoc termini huius conuerſionis & generationis naturalis: ꝙ in hac conuerſione terminus tranſit in terminum, vt panis in corpus Chriſti: ibi vero non tranſit terminus ī terminum

vt aer in ignem,ſed ſubiectum commune tranſit ab vno in alterum.In quo conuenit quodammõ hæc conuerſio cum generatione naturali:ꝙ hic accidentia cõmunia mõ habẽt ſub ſe vnã ſubſtãtiã modo aliã,ſicut ibi ſubiectũ mõ habet in ſe vnã formã mõ aliã.Differt aũt ſpecialiter a nutritione quia in nutritione aliqd corrũpit in potẽtiam materiæ vt forma nutrimẽti: & aliqd manet in alio vt materia in nutrito: hic autem nihil corrumpitur in potentiam materię,nihilꝙ manet ſubſtãtię panis:nec ipa manet aliqd omnino:vel qđ prius erat,vel qđ poſtea facta eſt:nec tñ annihilatur,quia manet in aliquo,ga in eo in qđ eſt conuerſa:qđ tñ nec prius erat:nec poſtmodũ facta eſt. EX pdictis ſequitur modus prædicãdi inter terminos,quia eñ ſe habent ꝑ ordinẽ, vn⁹ eorũ nõ ꝑdicatur de alio abſolute per verbũ eſſendi.Nõ eñ dicim⁹ ꝙ panis eſt corp⁹ Chriſti, aut ecõuerſo, ſicut nec ꝙ ens eſt non ens,aut aer eſt ignis,vel ecõuerſo.Prædicaẽ tñ vnũ de altero mediante prępoſitione ex,dicendo ex pane factum eſt ſub ſpeciebus corpus Chriſti: vt tamen omnem trãſmutationem intelligamus circa panem, & nullã circa corpus Chriſti.& hoc ꝑ ly ex denotando ordinis circunſtantiã nõ ſubiecti circa iſtã cõuerſionẽ.Quęcũqꝫ.n.circũſtantia cõnotans ſubiectũ manẽs,nõ admittiẽ in ꝑdicatione huius conuerſionis aut creationis.Vnde nec in hac conuerſione ſicut nec ĩ creatione dicit ꝙ vnũ poteſt eſſe aliud,inquãtũ ly poteſt eſt nota ſubiecti,ſicut dicitur in gñatione,ꝙ aer põt eſſe ignis,& eadẽ rõne nõ recipitur in iſtis prædicatio per de,dicendo de pane fit corpus Chriſti,ſicut recipit illa: de aere fit ignis,nec ſimiliter prædicatio de præterito,aut futuro, dicendo corpus Chriſti fuit panis:vel panis erit corp⁹ Chriſti,ſicut dicitur aer fuit ignis,vel erit ignis.Siĩr nec per verbũ fieri,dicẽdo panis fit corpus Chriſti,vel factus eſt corpus Chriſti:licet propter accidẽtia cõia aliquo modo prædicationes hic poſſent recipi q̃ ibi recipiuntur, ꝓpter commune ſubiectum.Magiſter tñ Guilielmus Altiſſ.concedit ꝑdicationes q̃ fiunt ꝑ ly fit,dãs talẽ regulã. Oẽs locutiones quæ ſignant tranſitum cõcedẽdę ſunt,ſicut hæ: panis tranſit in corpus Chriſti,vel tranſſerẽ,vel tranſubſtantiaẽ,vel mutatur,vel fit corpus Chriſti. Oẽs illæ negãdæ ſunt,in quibus nõ ſignatur trãſitus,ſicut iſtę:panis eſt corpus Chriſti:panis erit corpus Chriſti:panis poteſt eẽ corpus Chriſti.Sed mirum eſt ꝙ concedit illam,panis fit corpus Chriſti,quia fieri non dicitur aliquid niſi ſicut terminus ad quem,quemadmodum dicitur creatura fieri cum creatur,vel ſicut ſubiectum cõe manẽs,vt dictũ eſt.Non aũt dicitur fieri terminus a quo , niſi ſumendo fieri ordinaliter,ſicut ſi diceremus ꝙ mane fit meridies.i.poſt mane.Et ſic forte cõcedit illã,panis fit corpus.Sed ordinaliter nõ ſolet poni ly fit niſi mediante prępoſitione,dicendo ex mane fit meridies.Et ſecundũ hoc ſumendo ly ex ordinaliter,& nõ ſubiectiue:quidam concedũt iſtas:ex pane fit corpus Chriſti, corpus Chriſti factum eſt ex pane.& hoc tota tranſmutatione importata per fieri intellecta circa panem, & nulla circa corpus Chriſti,vt dictum eſt. AD primum in oppoſitũ,ꝙ ſubſtantia vel materia panis manet,quia nõ habet cõtrariũ corrũpens:Dicendum ꝙ verum eſſet ſi iſta conuerſio fieret actione naturæ:q̃ nõ fit ſine contrario corrũpẽte qđ nõ manet.Nũc aũt ga fit actione ſupernaturali, licet nõ ſit proprie corruptio:tamen bene poteſt nõ manere in ſe,quia manet quoquo modo ĩ oppoſito termino:quod in nulla alia trãſmutatione cõtigit.Et ꝙ aſſumitur,materia panis eſt ſymbolũ commune pani & corpori Chriſti:Dicendum ꝙ in tranſmutatione naturali,quia fit per cõtrarium,nõ fit alicuius corruptio niſi quatenus eſt contrarium.Nũc autem ſecundum phum quĩto Metaphyſicę Cõtrariũ eſt vel extremũ extremo,vt calidũ frigido,vel mediũ extremo. Quorũ primũ eſt ꝑ ſe cõtrariũ formaliter.Propter qđ non ceſſat forma agentis quouſqꝫ illud omnino corrumpat. Secundũ vero non eſt contrariũ niſi propter diſpoſitionẽ intenſi vel remiſſi in forma. propter qđ ceſſat forma agentis a corrumpendo,cũ intenſum vel remiſſum ad æquale & ſibi proportionale perduxit. Talium eñ neutrũ ab altero natũ eſt pati,aut corrumpi,ſed potius conſeruari . non eñ corrũpũt niſi excellẽtiæ. Quare cũ materia nulli habet cõtrarietatẽ,nec primo modo,nec ſecũdo,oportet ꝙ maneat in omni actione agentis naturalis:quale nõ eſt agẽs ĩ iſta cõuerſione:ſed ſupernaturale:qđ poteſtatem habet ſuper totã ſubſtantiã,propter qđ poteſt ipſam ſubſtantiã panis in ſubſtantiam corporis Chriſti conuertere,ne maneat id qđ erat,aut aliqd eius,nõ tñ annihileẽ, quia tũc nõ cõuerteret,nec per eius annihilationem inciperet eſſe corpus Chriſti vbi pri⁹ nõ erat. & quia nõ annihilatur,manet quoquo mõ in eo ĩ qđ cõuertitur,vt ꝓpterea videatur poſſe dici,qđ tñ nõ aſſero ꝙ ly hoc,dicendo,Hoc eſt corpus meũ:nõ ſolũ demõſtrat qđ eſt ſub ſpeciebus pro inſtanti finitę ꝓlationis & conuerſionis factæ, vt ipſum corpus Chriſti in qđ facta eſt cõuerſio, ſecundum ꝙ alias expoſuimus:ſed ꝙ pro toto tempore prolationis demonſtrat ſubſtãtiam panis pro ipſa, & in dicto inſtanti demonſtrat eam vt iam conuerſa eſt in corpus Chriſti:& ſic non pro ſubſtantia panis,ſed tantũmodo pro eo in qđ iam conuerſa eſt,& in quo manet quo ad hoc ꝙ non annihilatur. Ex hoc

Ad arg.pri.

Q

R

hoc eñ ſolo q manet in illo, quoquo modo dicit̃ non annihilari: & per hoc demõſtrat ipſum corp⁹ Chriſti in quod facta eſt conuerſio: pro quo & verificat locutionem, nullatenus annihilato aliquo qđ prius erat de ſubſtantia panis: nec tamen aliquo eius pmanente, ſed totaliter in corpus Chriſti conuerſo: & hoc poteſtate diuina: cui ĩ hoc obediẽs eſt oĩs creatura: vt in quãlibet conuerti poſſit pro libito ſuæ volũtatis abſq; omni annihilatione, & cuiuſq; permanẽtia cõuerſi. ARgumẽtum in oppoſitũ concedendum eſt.

Quæſt. x. Arg. princ. In oppoſitũ.

S Circa tertiũ arguitur: q in his verbis, Hic eſt calix ſanguinis mei, conſiſtit forma ſanguinis: quia niſi verbis iſtis platis iam facta eſſet cõuerſio, & ibi eſſet ſanguis falſa eſſet iſta platio, cõſequẽs falſum eſt, ergo &c. Cõtra. Luc. xxii. dicitur, Hic eſt calix noui teſtamẽti in meo ſanguine: vbi aliquid interponit̃, nec magis determinatũ de dicto vnius Euangeliſtæ q̃ alteri⁹, in quo forma verboꝝ conſecrandi conſiſtat, ergo &c. Dicẽdũ q generaliter in illis q̃ pertinent ad fideliũ obſeruãtiã, iquãtũ in facto conſiſtit, maxie vbi ſimplr nihil certi determinat ſcriptura, tenẽdus eſt vſus eccleſiæ qui ab apoſtolis deriuatur: qui multa in obſeruantiis dimiſerunt eccleſiæ, quę in ſcriptis authenticis non redegerunt. Quare cum forma verborum cõſecrationis in facto puro cõſiſtit, & ad obſeruantiã ptinet corũ q̃ Chriſtus fecit & faciẽda inſtituit, nec de illa aliqs apoſtoloꝝ certũ quid expreſſit: eo q verba in quibus conſiſtit forma, & p q̃ habet fieri conuerſio, a diuerſis euãgeliſtis, qbus in hac parte exhibetur auctoritas, diuerſimode exprimũtur, & in numero & in ordine & qualitate verborum: de forma igitur verboꝝ cõſecrationis in hoc ſacramento tenendus eſt firmiter vſus eccleſiæ ſup hoc qui in miſſali conſcriptus eſt, q̃ creditur traditus eſſe ab apoſtolis, & hoc ſecundum formã ſm quã viderũt & audierũt Chriſtum cõſecraſſe. Sed cũ plurima verba cõtineant̃: vbi certum eſt cõtineri formam verborũ ſuper conſecratione ſanguinis q̃ cõnexa ſunt, cũ dicitur vt habet̃ in miſſali, Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti myſterium fidei: q pro vobis & pro multis effundet̃ in remiſſionem peccatorũ: certũ tñ non eſt vtrum omnia verba hæc ſint de forma: vt non niſi omnibus prolatis ſub vno contextu fiat conſecratio: an aliqua illorum. Vnde qa in dubiis ſecundum Auguſt. ſemper tenendũ eſt certum, & dimittendum incertum, & hoc p̃cipue in facto: q̃q̃ propter aliquas perſuaſiones potius videatur verum minus certum: idcirco in cõſecratione ſanguinis cum ſumma diligentia & intentione omnia verba prędicta ſub vno contextu ſunt proferẽda, qa certũ eſt q tunc conſecratũ eſt cũ oĩa dicta ſunt, nec eſt ſuper hoc tãta certitudo parte aliqua verborum prolata. Aeſtimat̃ tamen ab aliquibus q illud vltimũ Qui pro vobis &c. poti⁹ pertineat ad effectum ſacramẽti iam cõſecrati per præcedens, q̃ ad formã & neceſſitatẽ cõſecrationis. Vlterius arbitratur ab aliquib⁹, q pars illa, Noui & æterni teſtamenti myſterium fidei, poti⁹ exponit virtutem ſacramenti q̃ pertineat ad formam eius, & ad conſecrationis neceſſitatẽ, vt ſm hoc in ſolis verbis illis, Hic eſt calix ſanguinis mei, conſiſtat forma verborum: quibus cõplete dictis ſtatim conſecratum eſt. & hoc quia verba quæ ſunt de forma huius ſacramenti, nõ tm̃ ſunt ſignificatiua, ſed & effectiua eius quod ſignificãt, & hoc per aſſertionem quæ exercetur in ipſis. Quare cum verba dicta non ſunt aſſertiua eius quod pertinet ad veritatem huius ſacramenti niſi quo ad illa, Hic eſt calix ſanguinis mei: totum autem reſiduum potius aſſerit conditionem ſacramenti quo ad eius virtutem & efficaciam: in illis ſolis ergo verbis, Hic eſt calix ſanguinis mei, vt videtur tota forma verborum conſiſtit. & hoc non minus q̃ in conſecratione corporis forma verborum præciſa conſiſtit in iſtis verbis, Hoc eſt corpus meum: vt ſecundum hoc plena ſit cnoformitas verboꝝ cõſecrationis & corporis & ſanguinis Chriſti. Quod ego potius arbitrarer ſi ĩ tanto myſterio aliquid liceret arbitrari. Sunt tñ aliqui qui dicunt q oĩa quæ ſequũtur dicta verba, Hic

T eſt calix ſanguinis mei, uſq; illa, Noui & æterni &c. ſunt etiam de ſubſtãtia formæ, ea videlicet rõne q ſunt quædam determinationes ſanguinis: & ideo pertinent ad integritatem locutionis, & ad integritatem cõſecrationis, licet p prima, Hic eſt calix ſanguinis mei, ſignificet̃ ipſa conuerſio vini in ſanguinẽ, eo modo quo in forma cõſecrationis panis. Sed planũ eſt q illa ratio falſum ſupponit. Illi enim genitiui noui & æterni non ſunt adiectiua huius ſubſtãtiui ſanguinis, ſed illius ſcilicet teſtamenti, vt patet ex verbis q̃ ponit Lucas, aſſumptis in argumento contra. Qđ etiam patet conſtruenti & punctanti poſt illa verba noui & æterni. Tunc enim nullius ſenſus perfectionem importarent verba ſequentia, Teſtamenti myſterium &c. Et conſtruuntur ambo illi genitiui ſanguinis teſtamenti, cum illo nominatiuo calix tranſitiue, ſubintellecta copula: & poſt ly mei, & ly myſteriũ conſtruunt̃ cũ illo nominatiuo calix ſpecifice. Et qđ addũt q p pria verba, Hic ẽ calix ſanguinis mei, ſignatur cõuerſio vini in ſanguinẽ eo mõ quo in forma conſecrationis panis, dicẽdo, Hoc eſt

corpus meũ,patet ꝙ apta ẽ cõtradictio.Cũ em̃ vt dictũ est verba ista nõ solũ sunt significatiua:sed & effectiua eius qđ significãt: si ergo per illa verba,Hic est calix sanguinis mei,significatur conuer sio vini i sanguinẽ,sicut p illa,Hoc est corp⁹ meũ,significaꝫ cõuersio panis ĩ corpus Christi:ergo illa efficiunt conuersionem vini in sanguinem,sicut ista panis in corpus. Q2 si sic,nullũ ergo verbo- V
rum consequentium est de forma vt dictum est. ARgumenta pro & contra non habent efficaciã
Ad arg. pri. nisi probabilem,maior tamen efficacia videtur esse in primo q̃ in secũdo, quia procedit secundum pertractationem iam dictam,probando ꝙ in illis solis verbis, Hic est calix sanguinis mei,sit tota forma.Potest tamen responderi ad medium,cum dicitur:nisi in his verbis forma consisteret,falsus esset sermo ille,Hic est calix sanguinis mei,quia in veritate non esset ibi sanguis ipsis platis. Et est dicendũ:ꝙ scđm ꝙ alias dictũ est,& iam tactũ est supra de forma verborũ in cõsecratione corporis ly hoc non demõstrat aliqd ꝑ tempore suæ prolationis,sed ꝑ termino plationis totius sermonis:& secundum hoc veritatem habet ille sermo,Hoc est corpus meum.Sic dico in proposito,ꝙ demõ- strat ly hic non pro tempore in quo profertur:nec solum pro tempore in quo profertur illud,Hic est calix sanguinis mei,sed etiam pro tempore in quo profertur totum residuum.Et similiter ꝙ ille sermo,Hic est calix sanguinis mei,non significat & asserit aliquid pro tempore in quo ipse profer- tur præcise,sed pro toto tempore in quo ipse cum toto residuo profertur. Vel potest dici ꝙ ly hic non demonstrat nisi substantiam vini,vt est aliquid qđ est in se vsq; ad prolationem totius:& toto prolato demonstrat sanguinẽ Christi,& vinũ non nisi pro eo qđ habet esse ĩ illo,sicut iam supra di ctum est de demonstratione ly hoc circa substantiam panis. & secũdum hoc verba illa prima nihil
Ad secũdũ. significant vel asserunt pfecte vsq; ad prolationem totius:& ideo nec prius aliquid efficiunt. AD X
secundum ꝙ Lucas aliquid apponit qđ non posuit alius euãgelista: qui ponit p̃cise illa verba,Hic ẽ calix sanguinis mei . Dicendũ ꝙ etsi aliquid apposuit Lucas,hoc non fecit ad exprimẽdum aliqdqđ erat de forma,sed potius pertinens ad expositionem virtutis & efficaciæ sacramenti,vt dictum est.

Quæst.xi. Arg.princ.

Circa quartum arguitur:ꝙ cum voto virginitatis simpliciter non stat verũ & p- fectũ matrimoniũ, quia tradẽs marito ptãtẽ plenã sui corporis,cõsentit ĩ carna lẽ copulã:quia ad illam tradũt corpora sua in matrimonio mutuo inter se con- trahentes,hoc autẽ repugnat voto virginitatis simpliciter,dicẽte Hiero,Vouẽ- tibus non solum nubere,sed velle nubere damnabile est,sed sic tradit potestatẽ sui corporis marito contrahens verum & perfectum matrimonium. ergo &c.

In oppositũ. Contrarium apparet in dei genitrice virgine Maria:quæ verum & perfectum matrimoniũ cõtra-
Responsio. xit cũ Ioseph,& habuit votũ virginitatis simpliciter. HIC solet distĩgui de tempore emissi voti,qa V
aut emissum est ante matrimoniũ cõtractũ,aut post.Et dicũt ꝙ si primo mõ(vt dicũt aliqui)ꝙ cũ voto virginitatis simpliciter emisso non stat verum matrimonium:nec post tale votum potest ali- qua persona sine peccato cõsentire matrimonio . tũ qa piculo,imo necessitati amittẽdi virginitatẽ se exponere vellet ĩ dãdo viro ptãtẽ plenã corporis sui,tũ qa p hoc ĩ carnalem copulã,& virginita- tis amissionem quoquo modo consentiret,ad minus implicite.Sed cum voto virginitatis simplici- ter & solenni emisso post matrimoniũ & ante copulam,bene stat verum & perfectum matrimoniũ absq; omni peccato & discrimine.Vnde dicunt ꝙ Maria sciens vtrunq; bonum magnũ,virginitatẽ scilicet & fœcunditatẽ,vtrũq; illorũ amabat & desiderabat,sed virginitatem tanq̃ optimum & deo acceptissimum præferebat.dicẽte August.in sermo.quodã de natiuitate virginis. Hæc duo ipsa iu cundius amabat:virginitatem scilicet & fœcunditatem. Virginitatem,quia hanc deo per omnia placere intelligebat.Fœcunditatem,quia sine hac maledictum legis quæ adhuc carnaliter custodi ebatur , incurrere metuebat. Vicit tamen amor in ea seruandæ virginitatis. Virgo igitur totam intentionem suam,totum amorem suum,totum studium suum ad hoc intendit vt corpus suum & animam deo virginitate perpetua consecraret.Sciebat quia quãto sanctius eam cõseruaret,tan- to sublimius ei qui omnium castissimus,immo qui ipsa castitas est,appropinquaret.Et quia sic vir ginitatem præferebat : studium habuit atq; desiderium ipsam consecrandi per votum & solenne votum,quia sciebat opera perfectionis esse perfectiora & magis laudabilia,cum ex voto celebran- tur. Verum qa lex Moysi adhuc carnaliter obseruabatur:vt oporteret tam viros q̃ mulieres car- nali generationi insistere per matrimonium: ideoq; ipsa maledictum legis si non contraheret , & generationi prolis ex viro vacaret,metuebat incurrere,non creditur(vt dicũt)vouisse virginitatẽ anteq̃ despõsaretur Ioseph,licet eã in desiderio habuit,qđ tamen diuino arbitrio committẽs,vt le- gis maledictum euaderet se Ioseph matrimonio copulauit : secundum ꝙ mores illius temporis

exigebant, ſed poſtmodum ſimul cum eo votum virginitatis emiſit. Aliis vero videtur q̃ ante matrimonium vouit, ſed tantummodo voto ſimplici expreſſo in corde, cum firmo propoſito tenendi ipſum. & hoc non abſolute: ſed ſub conditione niſi deus aliter ordinaret. Et ideo diuinitus certificata ex ſpeciali ſpiritus ſancti conſilio q̃ Ioſeph erat in conſimili propoſito, virginitatem ſuam deo committens, Ioſeph ſe matrimonio coniunxit, & poteſtati eius tradidit, & conſenſit ſimpliciter & abſolute in copulam coniugalem, tradendo alteri corporis ſui poteſtatem: in quo conſenſu conſiſtit verum & perfectum matrimonium quantum eſt de prima perfectione rei quã attingit ex forma ſibi eſſentiali, & ex fine ſuo intra. Forma enim eſſentialis matrimonii non eſt niſi idiuiſibilis coniunctio animorum in traductione poteſtatis corporum, per quam coniuges ſibi mutuo fidẽ conſeruare tenẽtur. In copulam autem carnalem (vt dicũt) nõ conſenſit ſimpliciter & abſolute, ſed ſolummodo ſub conditione, ſi deo placeret: q̃. ſ. copularetur carnaliter: qđ & deo non placuit: ſed vt voueret conſenſũ viri obtinuit: qui in cõſimili deſiderio erat: & ſic poſt cõtractũ matrimoniũ cũ ipſo ſolenne votum virginitatis emiſit. Et eſt opinio magiſtri ſententiarum libro quarto diſtinctiõe xxx. cap. Præmiſſis. vbi dicit ſic. Sane credi poteſt non ſolũ Mariam, ſed etiam Ioſeph apud ſe diſpoſuiſſe ſeruare virginitatem, niſi deus aliter iuberet: eoſq̃ ſic conſenſiſſe in coniugalem ſocietatem vt vterq̃ de altero reuelante ſpiritu ſancto intelligeret q̃ virginitatem ſeruare vellet niſi deus aliter inſpiraret. Sed illam voluntatem verbis non expreſſerant: poſtea vero expreſſerunt, & in virginitate permanſerunt. Conſenſit ergo Maria in maritalem ſocietatem, ſed non in carnalem copulam, niſi de ea ſpiritus ſanctus preciperet: cui⁹ conſilio in maritalem conſenſit copulam &c. Q̃d confirmat ibidem auctoritate Augu. Vnde ſi prolem diuinitus non concepiſſet, matrimoniũ illud nõ fuiſſet perfectum quantum eſt de perfectione rei ſecunda: quã attingit exercendo opus debitũ formæ: quo conſequitur finem ſuum extra. Opus enim extra eſt carnalis copula: quo proles quæ finis eſt extra, procreatur. Quæ quidem copula quia nõ erat conſecuta, quo ad hoc non fuit perfectũ
Z matrimonium. Sed quia in actu qui eſt ꝓpria rei operatio non conſiſtit rei perfectio niſi quia per ipſum aſſequit finẽ, ita q̃ ſi abſq̃ omni operatione res aliqua finem ſuũ cõſequit, nõ eſt ex hoc imperfectior, immo multo perfectior q̃ ſi opatione illam attingeret: dicente philoſopho in ſecundo cæli & mundi: q̃ quædam ſunt res imperfectę q̃ nulla operatione pfectionẽ poſſunt attigere: q̃dã vero pluribus operationibus ſuã pfectionẽ attingunt: quædam vero pauciorib⁹, aut vna, & modica: q̃ ideo perfectior eſt: quædam vero habet ſuam perfectionem abſq̃ omni operatione, & illa eſt perfectiſſima: licet ergo matrimonium Mariæ cum Ioſeph operatione copulæ carnalis perfectionem non habuit: non minus tamen perfectum fuit. dicente Ambroſio in libro de virginitate, vt habetur xxvii. quæſt. ii. cap. Cum initiatur. Defloratio virginis non facit coniugium, ſed pactio coniugalis. Deniq̃ cum coniungitur viro coniugium eſt, non cum viri admixtione coniungitur. Super illud Pactio eſt. Gloſ. ſcilicet conſenſus de præſenti. Sed hoc maxime in matrimonio Mariæ: quia licet matrimoniũ inter ipſam & Ioſeph ex matrimonio per carnalem copulam non habuit prolem progenitam: tamen prolem habuit matrimonialiter a Maria & Ioſeph educandam: & idcirco ſimpliciter perfectionẽ matrimonii quo ad bonum prolis & finem eius, licet abſq̃ copula carnali: & ideo perfectius habuit. Omne itaq̃ (vt dicit Auguſtinus primo de nuptiis & cõcupiſcentia) nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides, & ſacramentum. Prolem cognoſcimus ipſum dominum Ieſum. Fidem, quia nullum adulterium. Sacramentũ, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptiarum concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat ſine vlla carnis concupiſcentia. Vnde & per talem prolem ſic conceptam virgo Maria maledictum legis euaſit, dicente Auguſtino in ſermone prædicto. Dedit ergo ei vt & virgo, qđ magis optabat permaneret, & vt nemo illam a maledicto legis liberrimam dubitaret, fœcunda fieret. Et vnde fœcunda? fœcunda ſpiritu ſancto qui omnia fœcundat. vt ſecundum hoc edictum legis quantum ad intentionem Legiſlatoris de matrimonium contrahendo non erat niſi propter prolem habendam ex copula, ita q̃ ſi poſſet ab aliqua haberi proles ſine copula, caſum iſtum intellexit Legiſlator exceptum, vt ſimul exiſtens perfectus Legiſlator & Epieices: vt talis mater intelligeretur excepta a legis maledicto & edicto ſi nec matrimonium contraxiſſet, ſicut nec copulam ſuſtinuit. Vnde in edicto legis & maledicto non erant niſi ſterilitas & ſubtractio partus voluntaria. Deuter. ſexto & ſeptimo. Non erit apud vos ſterilis vtriuſq̃ ſex⁹. Propter quod cauſa cõtrahendi matrimonium in Maria non fuit proles ex matrimonio generanda, ſed educanda, & vt ſuſpitio tolleretur qua de inceſtu genuiſſe ſuſpicaretur. Sic ergo dicunt q̃ votũ Mariç qa ſimplex fuit, verum matrimonium contraxit. quia non votum ſimplex, ſed ſoleune impedit matrimoniũ

contrahendum.& quia ſub conditione fuit:ſuper qua reuelatione diuina certificata erat: & in illa conditione cõtinebatur implicite diſpoſitio dei de eius conſenſu in matrimoníalem copulam:ideo non peccauit. & licet non conſenſit in carnalem copulam:quía talis huiuſmodí conſenſus non fuit appoſitus & expreſſus,ideo matrimonium non impediuit, quia expreſſus impediuiſſet:quia.ſ.eſt contra bonum matrimonii.ſ.plem procurandam,& omnis talís conditio appoſita oĩno tollít matrimonium.& ſic nec implícite in carnalem copulã conſenſit:quía nec ſuper hoc conſiliũ ſpũs ſancti habuit. Quo ad hoc ergo ꝙ dícunt aliqui Mariam ante matrímonium affectaſſe & deſideriũ habuiſſe ſeruandæ virginitatis: bene verum eſt,quia forte non continuo poſt habitam diſcretionem habuit deliberationem de virginitate perpetuo conſeruanda niſi ſtatím habuiſſet reuelationem ſpíritus ſancti: quã forte non habuit.Ex deliberatione enim virginitatem ſe ſeruaturã ſine reuelatione aut aliqua certificatione non diſpoſuit,aut voluntate etiam abſq; voto firmauit,qm̃ ſi abſolute vouiſſet, aut diſpoſuiſſet cuſtodire perpetuam virginitatem abſq; aliqua certificatiõe, aut reuelatione ſuper hoc habita:& maxime ſi voluntatem ſuam ſuper hoc voto etiam ſimplící confirmaſſet,q̃uis ſub conditione talí, niſi deus aliter diſponeret & inſpiraret eí ꝙ eam vellet conſentíre in copulam:tñ quantum eſt ex ſe,ſimpliciter copulam abnegauit. Talis em̃ conditio de voluntate ſuperioris pro non adiecta habetur.Et ſic quantum eſt de ſe legi contrariaretur voluntate, etſi non voto ſolenní expreſſo verbis,& voluntate etiam abſq; omní voto,ſiue contrahens matrímonium ſiue non contrahens peccaſſet:et nõ minus abſq; voto q̃ cum voto,& ſine matrimonío q̃ cum matrimonío:quia ſi cum matrímonio,tunc cum hoc ꝙ contrariaretur legi per voluntatem, perículo contrario voto ſe exponeret.Propter quod dícitur.xxvíí.quæſt.íí.in.§.Sed quare. Quía nunq̃ ſe cognituram propoſuerat,ſed contra ſuum propoſitum poſtea conſenſit in carnalem copulam,rea facta eſt voti virginalís mente etſi non corpore violati.qđ de ea ſentíre nefas eſt.Propter qđ q̃ſtiõí reſpondendo inducit cap. Auguſt. Beata virgo propoſuit ſe ſeruaturam vígínitatem níſi deus aliter reuelaret.Committens ergo virginitatem ſuam diuinæ diſpoſitioní conſenſit in carnalem copulam,non illam appetendo,ſed diuinæ inſpiratíoní in vtroq; obediendo.Gloſ.ſuper íllud.Reuelaret.Inde eſt ꝙ lícite potuit contrahere matrímonium deo reuelante: etſi vouiſſet etiam ſolenníter quía votum fuit ſub cõditione.Immo quantũcunq; abſolutũ ſit votũ, ſemper intellígitur excepta auctoritas maioris,vt extra de iureiurã. Venientes. Sic ergo vt mihi videtur,beata virgo etſi ante matrímonium affectum & deſiderium ſeruandæ vírginitatis habuit abſq; reuelatione aut certificatiõe, nihíl ſuper hoc firmauit ſiue volũtate ſimplící,ſiue voto.Sic ergo neceſſe eſt ponere ꝙ reuelationem aut certificationem habuit de præſeruantia in virginitate anteq̃ ſuper hoc alíquid volũtate firmauit,aut vouit:poſtq̃ autem talem certificationem habuit,æqualiter voluntate firmare,& vouere etiam ſolenníter quãtum ẽ ex ſe potuit.Quare cũ hmõí certificationem æqualíter potuit habuiſſe ante matrímonium,& poſt:æqualiter ergo ante & poſt potuit vouiſſe etiam ſolenníter quantum erat ex ſe. Q2 autem dicta opinio dícit ſecũdum prædictum modum Maríam prius ſe matrímonio Ioſeph coniunxiſſe q̃ vouiſſe,non videtur mihi tenendum,quía Augu.in princípio de ſancta virginitate videtur ſignificare eã primo vouiſſe,deinde cõtraxiſſe:& tertio filium dei cõcepiſſe.dícit enim ſic,Prius q̃ conciperet iam deo dicatam de qua naſceretur elegit.Hoc índicant verba quæ ſibi fœtũ annunciánti angelo María reddidit,Quomodo (ingt) fiet iſtud,qm̃ virũ nõ cognoſco.Qđ ꝓfecto nõ diceret niſi deo ſe virginẽ ante vouiſſet.Ecce qa ante vouit q̃ cõcepit.Q2 vero ante vouit q̃ nupſit,índicat qđ immediate ſequitur. Sed quía hoc Iſraelítarũ mores adhuc recuſabant,deſponſata eſt víro iuſto.Sed ne aliquís poſſet dicere:verum eſt,ſed prius q̃ vouit:ſeqtur continue. Nõ violenter ablatura:ſed potius contra violentias cuſtoditura qđ illa iam vouerat nõ violéter ablaturo,ſ.ne a víro volente eã violare,violaretur,vt Chriſtus de ea virgine exíſtente conciperetur.ſecundum ꝙ præmiſit ante verbum præaſſumptũ dicens.Ideoq; virginitas eíus gratior & acceptior:quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo quã cõſeruaret,ꝓripuit,ſed prius q̃ conciperetur &c.vt iam ſupra.Non præripuit voto caſtitatis poſt coniugiũ emiſſo,ſed íam deo dicatã ante.ſ. coniugium elegit. Qđ bene índicat Aug.in eo ꝙ addit,Iam illa vouerat.Quid inquã vouerat de præterito: niſi ꝙ ꝓpter Iſraelitarũ mores deſponſanda eſſet víro iuſto non eam violaturo,ſed cuſtodituro! Qđ eam vouiſſe pri9 nullo modo erat opportunũ niſi vt prius q̃ ſciret ꝙ Chriſtus de ea naſceretur vouereť libere abſq; alterius conſenſu ante contractũ matrímonium:ne iam contracto matrimonío de eius conſenſu vouereť,vt de cætero non haberet neceſſitatem ſeruiendi eí in copula carnali etiam ſi vellet.& in hoc exemplum eſſet virginum futurarum,vt ſcílicet ante matrímonium vouerent.& ſic gratioſior eſſet virginitas Mariæ dependens ex abſoluta electiõe

propria:non ex consensu viri & necessitate seruiendi eidem,vt sic secundum Ansel. virgo tanta pu
ritate polleret qua maior sub deo esse non posset. Vnde & ꝙ filium dei esset cõceptura nõ prius no
uerat q̃ ipsi iam in matrimonio existenti hoc angelus nunciauit. Hinc Aug. cõtinue post verba prę
dicta. Qđ ipsa iã nouerat, subdit. Q̃ q̃ etiã si hoc solũ dixisset, s. quomodo fiet istud : nec addidisset
qm̃ virum non cognosco:non quęsiuisset vtiq; promissum sibi filium quõ fœmina paritura esset si
cõcubitura nupsisset. Poterat & nubere & virgo permanere:in qua dei filius formam serui congru
enti miraculo acciperet:sed exemplum sanctis futura virginibus, ne putaretur sola virgo esse de-
buisse,quę prolem etiam sine concubitu cõcipere meruisset, virginitatem deo dicauit:cum adhuc
quid esset conceptura nesciret:vt in terreno mortaliq; corpore cęlestis vitæ imitatio voto fieret,nõ
præcepto, amore eligendi, non necessitate seruiendi. Itaq; Christus nascendo de virgine quæ anteq̃
sciret quis de illa fuerat nasciturus,virgo statuerat pmanere:virginitatem sanctam approbare ma-
luit q̃ imperare:& sic etiam,vt in ipsa fœmina in qua formã serui acciperet,virginitatem esse libe-
ram voluit. Vnde quia multo liberius est votum virginitatis non dependens ex consensu viri post
matrimonium:& multo purior non consentiendo simpliciter in copulam carnalem q̃ sub quacun
q; conditione:etiam sub illa si deo placeret: quæ semper intelligeretur etsi non apponeretur : & sic
vt dupliciter esset exemplũ futura sanctis virginibus:vouit ante conceptũ partus cælestis:ne puta
retur sola virgo esse debuisse:quæ prolem sine concubitu concipere meruisset:& etiam ante contra
ctum coniugium:ne putaretur consimili ratione nulla virgo esse debuisse quin prius coniugio co-
D pularetur. Sic ergo dicendũ ꝙ Maria ante matrimonium vouit:sed non nisi certificata de perseue-
rantia sua in virginitate. Qđ etiã intellexit Aug. per id qđ dixit supra:Qđ ipsa iam nouerat. Pro
pter quã certificationem contraxit absq; omni periculo de virginitate amittenda: & non consensit
in copulam carnalem:nisi sub conditione nisi deus aliter ordinaret:quã apposuit non qa dubitauit
se virginem perseueraturam:secundũ.n.ꝙ dicitur in.§.sed quare,nouit se Maria virginem perseue
raturam. Vnde angelo ait. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? sed illam conditio-
nem apposuit:quia illam certitudinem a se ipa nõ habuit. Sed est intelligendũ ꝙ in carnalem copu
lam potest esse consensus dupliciter:vel quo ad actum copulę,vel quo ad potentiam copulandi. Et
propter veritatem matrimonii secundum legem celebrandum,vt dictum est, consensit simpliciter
in potentiam copulandi si maritus petere vellet:& hoc vel implicite vel explicite. Implicite enim il
la consentit quæ nec omnino in contrahendo de copula cogitauit. Sed propter voti integritatem
non consensit in actum copulæ carnalis:nisi sub conditione dicta:sciens ꝙ nunq̃ peteret:aut si pete
ret ꝙ deo disponente nunq̃ ad actus executionem perueniret. & propter simplicem consensum in
potentiam:& consensum in actum:licet sub tali conditione expressum : verum erat & perfectum
matrimonium modo prædicto. Vnde qui per sponsalia promisit se contracturum matrimoni-
um, si propter promissum implendum contrahit de præsenti: & nulla apponatur conditio expres-
sa:& non consentiat in actum copulę omnino:verum contrahit matrimonium: si tamẽ consentiat
in potentiam tradendo se simpliciter potestati mulieris:licet cum firmo proposito sese statim sub-
trahendi propter ingressum religionis. Est tamen in proposito perfectum votum circa actum. quia
illa conditio votum non impedit:& apponere eam necessariũ non fuit. Licet enim cõditio depẽdens
a voluntate humana apposita impedit votum simpliciter : vt siqua voueat virginitatem si placet
matri suæ:illa tamen quæ pendet omnino a voluntate diuina:non impedit:nec votũ diminuit:qa
subintelligitur semper etsi nõ apponatur. Vnde siqua alia sub lege vouisset sicut Maria vouit,non
certificata:ipsa cõtra legem egisset & peccasset:nec votum valuisset. Si qua vero modo post edictũ
ecclesiæ ne valeat matrimonium post solẽnitatem voti quã instituit ecclesia,post votum tale cõtra
hat matrimonium non consentiendo in actum copulę:sed in alia & etiam in potentiã ad copulam:
modo quo beata virgo consensit:etsi forte matrimonium contraheret verum, sicut & beata virgo
contraxit:tamen si non esset certificata de actu : ꝙ sic a domino puideretur sibi ne vnq̃ veniẽdi ad
actum haberet necessitatem:ipsi sic velle nubere damnabile esset:quia contra edictum ecclesiæ face-
ret:& periculo faciendi contra votum se exponeret:& sic etiam implicite in copulam consentiret fa
cto:licet explicite dissentiret animo. Sed vbi est certitudo de voluntate diuina, consensus in potẽtiã
E nullo mõ ponit cõsensum in actũ:nec etiã iplicite:qa tunc nõ depẽdet sic potentia a volũtate viri
ꝙ possit reduci ad actum stante illa certificatione, quẽadmodum prædestinatus licet absolute po-
test damnari:actum tamẽ impossibile est poni stante prędestinatione. Vnde quando consensus in po
tentiam propter certitudinem nullo modo implicat obligationem ad actum : nullo modo derogat
voto:quia votum non est nisi respectu actus & intentionis exercendi actum. Ecõuerso aũt dissensus

in actū nullo modo derogat matrimonio:quia petere vel non petere actū,relinquit voluntati cōtra hentium.Possunt enim ex consensu superueniente se obligare ad non petendū . Quia vt dicit Au guſt.sanctiora sunt cōnubia pari voto continentium,in epistola ad Editiam.Et similiter ex cōsensu precedente eadē ratione:dū tñ sit in vtroq; potētia:vt actum non excludat necessitas:sicut cōtingit in spadonibus:cū quibus non contrahitur matrimonium:sed voluntas:sicut cōtingit quando am bo sufficientes essent ad copulam si vellent.Sed quid dicemus ad Aug.cuius literam inducit magi ster ad confirmationē suæ opinionis?Ad cuius intellectū sciēdū:q; circa votum beatæ Marię est cō siderare triplicē conditionē,s.affectum siue desiderium de continendo: & votum simpliciter emis sum per se deo siue mente sola,siue etiam voce emissa inter se & deum:& votum solenne verbo ex pressum in prēsentia Ioseph ex cōmuni cōsensu vtriusq;.Affectum aūt siue desiderium tale non est dubium quin semp habuit postq̄ ad annos discretionis deuenit:qđ tñ nō vouit nec voluit siue dis posuit firmato proposito quousq; certificata prędicto modo fuit,vñ in,§.prdicto, Virum nō cogno sco,i.me non cognituram ꝓposui.Neq; enim quia tunc virum non cognoscebat,necesse est inquiri quomodo posset habere filiū:sed quia nunq̄ se cognituram̄ proposuerat.Intelligo quātū erat ex se:ni si lex ad hoc constringeret.vnde dicit glos. Sic ergo patet q; Maria nō vouebat continentiam : sed proposuerat vouere & virginitatē cōseruare.intelligo quātū in se erat ex parte electionis suę,nec ta men simpliciter ꝓposuit:quin ꝓpter legis necessitatē disposuit contrahere:quę prolē suscitare prece pit.Votū aūt occultū simpliciter factum inter ipsam & deum,secūdū p̄dicta,emisit ante matrimo nium.quando etiā quātū ex se erat potuisset ipsum solennizasse:siqua forma solēnizandi tunc fuis set:qđ forte & fecit vt esset perfectius votum: volēs tamen satisfacere legi quātū potuit consentien do in matrimoniū:scđm p̄dictū modū.qđ demū postq̄ Christū cōceperat,vna cū marito solēnizauit quātū potuit.Et de tali solēnizatione voti loquitur Aug.in ca.qđ magister īducit ꝓ se. & plane cō stat per eundē q; sic ex mutuo consensu amborū solēnizauit.Ioseph em̄ erat in consimili ꝓposito:cū Maria:quod forte ei Ioseph reuelauit:si tamen aliter sup hoc certificata nō fuit de sua virginitate: vt iam supra habitum est:q; votū aliqđ simpliciter emisit priusq̄ sciret q; filiū dei conciperet.Vnde litera Aug.sic legēda est,Beata Maria ꝓposuit se pseueraturā virginē etiā ex voto occulto simplici qđ tamē non excluditur per ꝓpositum:sed includitur:& respicit voti solēnizationem cū marito fu turā.Cætera exponantur secūdum prædicta:vsq; ibi.Postea vero.vbi sequitur in litera magistri.Si mul cum viro labiis expressit:& vterq; in virginitate permansit.Et magister intellīgit q; prius nul lum votum simpliciter expressit:qđ nō est verum.Magister ibi literam omittit qua Aug.intelligit quando votum illud labiis expressit:quam exprimit decretum : in quo integre ponitur dicta au ctoritas,§.prædicto,dicit enim sic, Postea vero q̄ filium genuit, quem corde conceperat simul cum viro &c.Ad qđ etsi non esset auctoritas,ratio innitēs auctoritati hoc declarat ex parte Ioseph:qm̄ li cet ipse quātū erat ex parte sua erat in simili desiderio vouendi virginitatem cū Maria:cū tñ ꝓ illo tēpore non minus erat astrictus legi ad prolem in matrimonio procreandā q̄ Maria:quare nec vo luntate firma nec dispositione nec voto debuit se astringere ad virginitatem custodiendam potius q̄ Maria:quare cum illa sine peccato non disposuisset vel vouisset custodiā virginitatis nisi sup hoc habuisset specialem reuelationem aut certitudinem : nec similiter Ioseph . Quare cum supponen dum sit q; sine peccato simul vouit cum Maria qa scriptura dicit eum virum iustum fuisse:suppo ponendum est q; votum illud non fecit simul cū Maria sine speciali super hoc reuelatione aut cer titudine:sicut nec fecit Maria. De Ioseph aūt dicit Amb.sup illđ psal.defecīo tenuit me,Ioseph cui desponsata erat Maria:cū eam grauē vtero vidisset, cum esset iustus noluit eam traducere:& vtiq; nullum adhuc audierat oraculum.ergo ante conceptum nullum habuit oraculum siue reuelatio nē.Si ergo ex reuelatione vouit cum ipsa,nō vouit nisi post Christi conceptum.& qđ Ambro.dicit: Quia nullū adhuc audierat oraculū:intelligat̄ de Christi cōceptu.Q; si aliam ante habuerat de vo uēdo:aut ergo sciuit q; Maria simile habuit oraculum:aut non.Si nō,dimisisset eam vouere cū iu stus esset:quia vt dictum est peccasset.Si vero sciuit q; oraculū de vouendo habuit:nullo ergo mo do suspitionem de adulterio cōtra ipsam habuisset:quā tñ habuit:vt ibidē textus Ambrosii insinu at.Reuelationē ergo de vouēdo cū Maria nullo modo habuit ante oraculum,quo ipsam de spiritu sancto impregnatā cognouit.Verum est ergo q; istud votum Maria cum Ioseph tā solenniter nō fecit:nisi postq̄ filium genuit intus in vtero.Sed præter istud expresse ponit Augu.aliud precessisse de sancta virginitate vt dictum est:de quo est dubitatio an fuerit ante matrimonium an post.Et ea dem dubitatio manet in litera Magistri:quia propter eius truncationem non determinat tempus. Sed tempore determinato sicut est in Decreto,de illo voto non manet dubitatio: & sic nihil valet

F

G ad probandū ꝓpoſitum ſuū.Ex quo patet q̄ Hugo cuius ſententiam in q̄ſtione ꝓpoſita Magiſter ſententiarū tenuit,Bedā qui tenuit Mariā ante mr̄imonium vouiſſe,minus iuſte reprehendit,ſic in quiens in ſentētiis ſuis.Beda in expoſitione ſup Lucā vidēt affirmare beatam Mariā anteq̄ iniſſet cū Ioſeph cōiugiū,decreuiſſe q̄ vitā duceret virginalē.Qđ eqdē a veritate vidēt deuiare:cū beata virgo prudētiſſima eſſet:& nouiſſet q̄cunq̄ pie ꝓmitterent eſſe fideliter perſoluenda: veriſimile eſt q̄ ab adoleſcentia ſe deo totā cōmiſerat,parata ſiue ad nubendū ſiue ad continendū: quēadmodū deū velle cognoſceret,qđ teſtat Aug.in lib.de nup.& cōcup.his verbis. Illud credēdum eſt,q̄ beata virgo mente dūtaxat.i.conſenſu mentis fuerat coniunx Ioſeph: & q̄ ꝓpoſuiſſet ꝑmanere in virginitate ſi placeret deo:& aliter agere ſi ipſe vellet.Ex hac auctoritate & ex hoc q̄ ipſa non renuit deſponſari,manifeſte apparet eam anteq̄ deſpōſareť continentiā nō vouiſſe: quā tamē certum eſt eā & virum eius poſtea promiſiſſe:ex quo vtriq̄ myſterium dñicę incarnationis angelo reuelāte innotuit. Reuera prudentia virginis fecit eam prę̄eligere virginitatem vt dictum eſt: & certificauit eam vt etiam ante coniugiū voueret,vt iam diceť:parata cum hoc ad nubendū ſecundū q̄ prudētia ſua deum velle cognouerat:& prius q̄ certificata erat:& ante coniugium potius in virginitate permanere ꝓpoſuit:licet aliter ageret ſi de⁹ vellet. Vñ ex auctoritate Aug. et ga certificata nō renuit deſpōſari,nullo modo eā apparet anteq̄ deſponſareť cōtinentiā nō vouiſſe.Certū etiā eſt ex dictis eā vouiſſe abſq̄ viro prius q̄ myſterium incarnationis alicui eorum innotuit:etſi ipſa poſtmodū cū viro votum ſub maiori ſolēnitate iterauit.Dicta aūt auctoritas quā Hugo ponit Aug.de nup.& con cup.non eſt in illo libro. vñ neſcio an ſit Aug.& vnde eam ſumpſerit.Sic ergo Marię cū Ioſeph ſimpliciter verum & perfectū erat matrimoniū ꝓpter ꝓlem & conſenſum vt dictum eſt: & ſimpliciter votū virginitatis etiā ante matrimoniū ꝓpter reuelationē & certificationē.nec matrimonii veritati & pfectioni eſt derogatū p̄ p̄cedēs votū: quia erat ſub conditione ſtante ex certificatione ſup hoc habita aut reuelatione.Nec ipſum votum in aliquo eſt violatum per ſequēs matrimonium:qa nō erat in copulam carnalem.Nec reſtat ergo dubitatio niſi de mō quo Maria ſup p̄dictis fuit certificata.& dicunt aliqui q̄ Maria ſup p̄miſſis certificata fuit ſpeciali ſp̄ūs ſancti conſilio.Cui non contradico ex parte virginis:quia contra hoc expreſſam auctoritatem non vidi:ſicut nec dicētem hoc.Videť tñ mihi q̄ alius modus certificationis eius cōuenientior & ſufficiēs ſine illo poteſt ſumi ex verbis Aug.in prędicto ſermone: q̄bus dicit ſic.Vicit amor in ea ſeruādę virginitatis:& excluſit ab ea timorem incurrēdæ maledictionis.& infra poſt illa quę ſuperius ſunt poſita in principio.Amplectēdo igitur qđ acceptabilius eſſe cognouit domino legis ſperauit & credidit ſe plene euaſurā male dictum datę legis,reputans ſecū illum tantę bonitatis:tantę ſapientiæ: vt dum ſe nullatenus iuxta conſcientiam ſuam melius ſcire aut poſſe facere q̄ faciebat aduerteret,certū conſilium ne quid peccati in iſtis ſubrepęret inueniret.Nec decepta eſt:q̄s eñ ſperauit in dño & derelictus eſt ab eo?Deni q̄ vbi tam ſanctā intentionem eius,tam caſtū propoſitum eius,tam firmā fidem & conſtantē ſpem & indeficientem vidit charitatem eius:eo miſericordię ſuę intuitu ei⁹ circa illam : vt nec ſanctitas intētionis ei⁹ fruſtraretur: nec caſtitas propoſiti eius violareť:ne aut firmitas fidei infirmata a ſpei cōſtātia titubaret:aut charitatis ī ea plenitudo deficeret. Dedit ergo ei vt & virgo qđ magis optaH bat ꝑmaneret:& vt nemo illam a maledicto legis liberrimam dubitaret,fœcūda fieret.Sic ergo ex iudicio rectę rōnis adiuta gr̄a virginitatē meli⁹ qđ iudicauit fœcūditate ex copula mr̄imoniali. Et vt Aug.dicit ibidē,licet p reuelationē ſp̄ūs ſancti apli edocti fuerint oēm veritatem: incomparabiliter tñ manifeſtius ac eminētius ipſa per eūdem ſpiritum ipſius veritatis intellīgebat ꝓfunditatem & hoc quātū pertinet ad propoſitum,quo ad diſtantiam inter bonum virginitatis & fœcūditatis ex matrimonio:propter quod deliberata electione amplexata eſt eam,tanq̄ ſciēs per eam magis deo placere:& ex hoc confidens de eius ſapientia & bonitate q̄ ei prouideret vt virgo ꝑmanēs maledictū legis effugeret.Et ſic dño ante mr̄imoniū caſtitatē vouit abſq̄ omni alia ſpeciali reuelatione, illuminata ſapientia naturalis induſtrię & gr̄ę:& mota ad hoc faciēdū volūtate bona,fide firmata:ſpe roborata & charitate inflāmata p̄ cæteris mortalibus ſub deo. Propter quod liberius & gratioſius eius votum erat.& ideo magis deo placuit q̄ feciſſet ſi motū & inſtinctū aut reuelationē magis ſpeI cialem ad hoc habuiſſet. Vnde & p hoc pri⁹ Chriſtum concepit mente q̄ corpore: dicente Augu. libro de virginitate.Materna propinquitas nihil Marię ꝓfuiſſet,niſi felicius Chriſtum fide q̄ carne geſtaſſet.Ipſa quoq̄ virginitas eius ideo gratior et acceptior &c.vt habitum eſt ſupra. Sic enim eū primo concipiendo promeruit quātum in ſe erat:vt eum poſtmodum conciperet carne.dicēte Auguſt.in ſer.prædicto.Nec ſummi ſapiētia dei vllā in maſſa gñationis humanæ viam inuenit:p quā vt diſpoſuerat in mūdum veniens luctuoſę perditioni ſubueniret:donec ad iſtam de qua loquimur

virginem ventum esset:sed hęc mox vt in mundum per humanę generationis lineam venit,tanta omnis boni virtute atq; constantia perfecte resplenduit:vt ipsa dei sapientia vere dignum iudicaret per quã in hominẽ veniens sola prę cunctis mediatrix effici meruit.Et sic qa Maria erat cõfiniũ veteris & nouę legis,& virgo erat & nupta: vt inchoatio consilii de virginitatis obseruantia ab ipsa inciperet ex libertate nouę legis:& nuptię virginum ex necessitate veteris legis in ipsam terminarẽtur:vt de cætero damnabile sit ex propria voluntate post votum nubere, siue fuerit simplex siue solenne: cuius solennizatio secundum certos actus in quibus votum causetur, solennizari instituta est ab ecclesia : & statutum ne de cætero post talem solennizationem possit contrahi matrimonium:& impeditur omnino ne contrahi possit.Sed ante solennizationem ab ecclesia institutam, nulla erat voti solennizatio:licet enim vnum potuit fuisse magis publice factum q̃ aliud, non erat in hoc nisi accidentalis differentia:quemadmodum modo est votum simplex siue fiat priuatim siue publice,præter actus illos in quibus ecclesia ordinauit votum solennizari:ita q̃ quomodocunq; fuisset factum, siue tempore legis Mosaicæ, siue tempore euangelii, præter actus solennizandi quos statuit ecclesia,semper tenuisset matrimonium sequens sicut & modo tenet:licet peccasset cõtrahens post votum simplex. Vnde si hodie coniuges ex communi consensu vouent voto simplici,& alter coniugũ velit frãgere votum, tam firmum est vinculum matrimonii q̃ alter debet reddere debitum,qđ potest sine peccato:licet non possit petere,propter quod periculosum est coniugibus vouere voto simplici. Q̃z ergo arguitur q̃ votum virginitatis simpliciter non stat cum perfecto matrimonio:quia tradens plenam potestatem corporis sui viro,consentit saltem implicite in carnalem copulam:qui consensus repugnat voto virginitatis simpliciter:quia post tale votum talis consensus damnabilis est:immo etiam omnino tollit matrimonium ne possit fieri:Dicendum secundum prædicta q̃ tradens plenam potestatem corporis sui viro cõsentit in carnalem copulam dum non est certificata q̃ sic prouideret sibi a deo ne vnq̃ veniret ad actum:certificata aũt nequaq̃ consentit in actum copulæ carnalis:licet consentiat in potentiam:qđ non repugnat voto virginitatis simpliciter:vt dictũ est.Sicut enim virginẽ posse in actũ copulę carnalis non repugnat voto virginitatis simpliciter:dum tamen perfecte non vult actum:sic dare alteri posse super corpus suum ad copulam non repugnat eidem:dum tamen certitudo adsit q̃ nunq̃ act9 continget.Talẽ aũt certitudinem habuit virgo Maria iam dicto modo,sciens q̃ etsi Ioseph non fuisset sic iustus quin voluisset petere ab ea actum copulę,qđ potuit pro illo tempore fecisse sine periculo amittendę iustitiæ:q̃ tamen dominus sic disponeret q̃ nunq̃ ad actum perueniret: absq; tamen suo peccato in denegando. Vnde q̃ sciret & certa esset Ioseph fuisse in proposito simili cum ipsa seruandi virginitatem & nũ q̃ petendi actum copulæ:hoc non erat necessarium vt sine peccato virginitatem simpliciter voueret cum proposito contrahendi propter legis necessitatem:sed sufficit alia prædicta. Nũc autẽ ista debet esse nobis regula,q̃ ad id qđ potest fieri vnico non requiramus plura:nec hoc qđ potest fieri sine miraculo,imponamus miraculo:nec id qđ potest fieri ex dono naturę imponamus dono gratię nec id qđ potest fieri dono supernaturali dato modo cõmuni,tribuamus dono supernaturali dato modo speciali. Vnde cum ex scientia naturalis industrię cum dono gratię datę modo cõmuni quo aliis solet dari,licet in maiori abundantia,potest poni Mariam certam fuisse secundum dictum modum q̃ deo prouidente nunq̃ veniret ad actum copulę carnalis : licet non fuisset certa ex speciali modo reuelationis sibi factę super hoc:& licet nõ fuisset certa de Ioseph q̃ sic iustus erat q̃ esset in consimili proposito cum ipsa:talem reuelationem sibi factam fuisse vt ante matrimonium simpliciter voueret:& postmodum perfectũ matrimoniũ contraheret:nõ oportet ponere. Si tñ sciuit q̃ Ioseph esset sic iustus vt eam non esset violaturus:sed tantũmodo custoditurus,sicut dicit Augustꝰ. ad hoc bene requirebatur specialis reuelatio.Propter dictam igitur certitudinem non erat Mariæ damnabile matrimonium dicto modo contrahere.Q̃z tñ modo post votũ simpliciter factum aliqua cõtraheret,nõ liceret:sed secundũ Hiero.velle nubere esset ei dãnabile:qa matrimoniũ mõ nec in p̃cepto nec in cõsilio:sed in sola p̃missiõe:qa post simplex votũ etsi teneret mr̃imoniũ, cõtrahẽs peccaret:qa nõ faceret hoc nisi quodãmodo in actũ carnalis copulę cõsentiret vt dictũ est,post votũ aũt solẽne fil'r peccaret.Et q̃q̃ apud deũ nõ minus obligat simplex q̃ solẽne:tamẽ propter eccl'iæ interdictum post votũ solẽne matrimonium non tenet.Vnde q̃ sub noua lege virgo cõtraheret post votum,ad hoc nihil omnino posset eam mouere nisi specialis reuelatio diuina : aut auctoritas ecclesiæ: cuius esset in hoc dispẽsare:qa ad damnationem suam quoquo modo in actum carnalis copulę consentiret:& periculo sustinendi illum se exponeret,qđ non sic erat de Maria:quia erat cõfinium vtriusq; legis:vt dictum est.Propterea eñ nulla speciali reuelatione indiguit (quantũ mihi videt)

Ad arg. prĩ. K

L

ſed ſolū certificatione prędicta ad faciendum qđ fecit,vt patet ex dictis.Quin tamē cū tali certifica tione reuelatio,quā multi ponunt,ei fuerit facta non penitus abnego:ga hoc in puro facto cōſiſtit. Sed ſiue ex tali reuelatiōe ſiue alio modo certificata fuerit:ſiue poſt matrimonium vouerit ſiue nō de quo nihil eſt ponendū niſi ſecundum ꝙ dictāt recta ratio & dicta ſanctorū factum fuiſſe perfe ctius:qđ ipſam p̄ſumēdū eſt feciſſe:tamē ex dictis patet ꝙ licite ante matrimonium perfectum ſubſe cuturum potuiſſet vouiſſe ſimpliciter abſolute.

Quæſt. xii. Caſus.

CIrca quintum ponat propter obiecta & ad maiorem intellectum quęſtionis caſus talis.Rex qdam potentiſſimus peregre proficiſcēs cū filio hęrede ſuo ſucceſſuro in regno,ſepulturam corporis ſui ſimpliciter elegit faciendam in eccleſia quorū dam monachorum.Mortuo autē rege prædicto in regione longinqua,viſum eſt filio ſuo iam ſuccedenti in regno oneroſum & periculoſum corpus deferre cum ſtreſtinis ad locum ſepulcri electū,& inteſtina extracta deſtinauit ſepeliri in eccl'ia quorūdam fratrum:ſed ad inſtantiam archiepiſcopi loci & canonicorum eccleſiæ matricis ꝓcurato ꝙ inteſtina in eccleſia eorum ſepelirent,qdam de ordine fratrū prædictorum procurauit erga dictū hæredem ꝙ cor ei conferret ad ſepeliendum in eccleſia ſua nō multū diſtante ab eccl'ia dictorū mo nachorū:quo facto,& corde cum corpore delato vſq; in ciuitatem regiam:abbas dictorū monacho rum cum ſuo cōuentu conſtanter petiit ſibi cor cū corpore tradi ad ſepeliendū:qđ cū eis denegare tur conſtanter ab hęrede iam nouo rege:tandē per proborum interceſſionē poſt multam contradi ctionem licet inuiti dixerūt dicti abbas & monachi ꝙ ſuſtinerēt hoc qđ rex de corde faceret,ex quo p̄ſumebat rex ipſos adhibere cōſenſum vt cor ſepeliretur in eccleſia dicti fratris & cōfratrum ſuo rum:qđ & ſic factū fuiſſe propoſitū erat.ſuper quo eſt quęſtio:vtrū fratres illi cor illud tenerent di ctis monachis reſtituere:& an monachi teneātur illud repetere. Et arguitur ꝙ ſic:quia dicitur.xii. q.ii.§.Nūc q̄ritur.in gloſ.Sīqs aūt in caſu non conceſſo receperit corpus alienū,etiam ſepultum red dere coget cum oīnibus quę a corpore ipſius receperat.Quare cum eadē ſit ratio in parte & in to to:cor ergo illud qđ erat dictis fratribus alienum:quia a defuncto cum corpore fuit collatum mo nachis:nec erat aliquo iure conceſſum fratribus vt ipſum ad ſepulturam acciperent:quia mortuus nec ꝑ corpore nec ꝑ corde ſepulturam apud fratres elegerat: fratres ergo cogendi ſunt vt reſtitu ant cor monachis:etiam cū omnibus quę a cor receperant:& ſi illi tenentur reſtituere,monachi te nent illlud repetere:ga aliter in hoc iniuriaret eccleſię eorū:& ipſi tenentur repetere ea in quibus ec cleſiæ eorum iniuriatur. ITEM ſi alicui legentur decem,& ſubtrahatur vnum:ſubtrahēs tenetur illud reſtituere,& ſi ſint legata eccleſię tutor eccl'ię tenetur repetere: quia in hoc eccleſia illa eſt de fraudata.ergo cū dictis monachis corpus ſimpliciter fuit legatum ad ſepulturā: & in corpore ſim pliciter legato legatur quicquid eſt de integritate corporis:ergo &c. IN cōtrarium arguitur mul tipliciter.Primo ſic.Qđ in nullius vergit detrimentum & alicui ꝓficit & cultum diuinū augmen tat:licitum eſt.factum in ſepeliendo cor eſt hmōi: quia ex hoc monachi nullum paſſi ſunt detrimen tū:qā non pauciores habuerūt oblationes aut emolumēta pro ſolo corpore q̄ ſi cor fuiſſet ſimul cū corpore ſepultum apud eos:& hoc multum profecit fratribus & animæ defuncti,diuinus etiam cultus augmentatus eſt:quia plures miſſæ celebrantur pro defuncto propter hoc, q̄ ſi ſimul eſſet cor ſepultū cum corpore apud monachos. ergo factum fratrum in ſepeliendo cor, licitum fuit, ex licite facto, nulla reſtat reſtitutio aut repetitio,ergo &c. SEcundo ſic,qua ratione monachi a di ctis fratribus tenerentur repetere cor & fratres reſtituere:eadem ratione tenerentur alia inteſtina repetere a prædictis canonicis:& illi ipſa reſtituere monachis,cū ergo hoc falſum ſit:ergo &c.TER tio ſic,ſecundum iura ciuilia:vbi ſepultum eſt caput ibidē cēſetur locus religioſus ac ſi totum cor pus ibi eſſet ſepultū:etiam ſi membra alia alibi fuerint ſepulta. ergo multo fortius vbi caput cum humeris et brachiis et aliis membris maioribus eſt ſepultum,& corpus ſimpliciter cenſendum eſt eſſe ſepultum.quare cum hęc ſepulta ſint apud monachos:corpus ſimpliciter apud eos cenſendum eſt eſſe ſepultum.nihil aūt aliud q̄ corpus ſimpliciter legauit eis ſepeliendum defunctus. ergo &c. QVARto ſic,in iure ciuili cautū eſt ꝙ princeps poteſt mutare tumulos:ꝙ ſi ſic,ergo multo forti⁹ poteſt non tumulatum corpus diuidere:& partem eius in tumulo ſeorſum ponere:cum ergo fra tres qđ fecerūt tumulando cor,auctoritate principis fecerunt:ergo &c.QVINto ſic, reges p̄dece ſſores ei⁹cui⁹ auctoritate & collatione fratres ſepelierūt cor,cōſueuerūt inteſtina patrū & vxorū ſua rū ptīri:& tradere ſepeliēda vbi voluerūt qñ in remotis ptib⁹moriebāt:ſed cōſuetudo dat ius maxie regib⁹ & prīcipib⁹.ergo &c.SExto ſic,qđ poſſunt aliq tumulare alicubi,poſtq̄ eis datū eſt p̄t defer re & tumulare alibi vbicūq;q̄re cū fratrib⁹ dicti ordīs data fuerūt oīa inteſtina,et potuiſſet ea ſil' in

Ad arg. prī Primum.

Secundum.

In oppoſitū Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

eccl'ia ſua ſepeliuiſſe ſi non fuiſſet aliter ordinatum,ergo potuiſſent illa vel aliquã partem ex eis de tuliſſe:& in eccleſia fratrũ vbi nũc cor ſepultũ eſt,ſepeliuiſſe.Quare cõſil' & frater ille qui obtinuit

Septimum. cor ſepeliendum apud dictos fratres,licite potuit illud deferre:& apud illos ſepelire,ergo &c. SEpti mo ſic,Qui põt aliquid tumulare poteſt illud alteri ad tumulandum dare:vel alter de illius conſenſu:quare cum cor cum inteſtinis datum fuit dicto archiepiſcopo & capitulo ſuo, ipſi potuerunt illud alteri ad ſepeliendum alibi dare : vel aliquis alter cum eorum conſenſu.quare cum rex de eorum conſenſu quibus data erant inteſtina dedit fratri cor ad ſepeliendum:vbi modo ſepultum eſt,

Octauum. ergo &c. Octauo ſic,Qui poteſt dare integrum,& partem ex illo,cũ ergo rex potuit integre inteſtina dediſſe ad ſepeliendũ non accepto corde ſicut dediſſet canonicis niſi frater cor petiuiſſet:& de derat cõfratribus illius,niſi archiepiſcopus ſe oppoſuiſſet:ergo & cor potuit dare fratri illi ad ſepe

Nonum. liendum vbi nunc eſt ſepultum:ergo &c. NOno ſic,qđ fit parte conſentiẽte & auctoritate ſuperioris aſſiſtente ſuper aliqua diſcordia,licitum eſt , ſed in ſepultura cordis faciẽda apud fratres pars conſenſit,ſ.abbas & monachi ad põces & voluntatẽ hęredis:auctoritas etiam ſuperioris, vt legati de latere papę,& epi loci,qui cor ad eccleſiam fratrũ attulerunt,& propriis manibus tumulauerunt. In quo ambo facto adhibuerũt auctoritatẽ ſepeliẽdi ibi cor:qđ nõ minus erat imo maius q̃ adhibere

Reſponſio. auctoritatẽ verbo tm̃,ergo &c. DIcẽdũ eſt ad hoc,q̃ factũ iſt đ dupliciter poſſum9 cõſiderare. Vno M mõ ſecũdũ naturã ſuiipſius in ſe.Alio mõ ſcđm q̃ ei ſupuenit diſpẽſatio auctoritate ſuperioris,& de ipſo hoc ſecundo mõ erit ſermo in diſſolutione vltimi argumenti.Si ergo loquamur de ipſo primo mõ,ſciendũ q̃ ſcđm q̃ ſcribitur,xiii.q.ii.vltima voluntas modis oĩbus conſeruetur , Gloſ. cũ eſt rõnabilis,cũ ergo vltima volũtas fuerit regis defuncti quã & ꝓpriis verbis exp̃ſſit,ſ. vt corpus ſuum ſimpliciter ſepeliretur:& ad hoc abbati & conuentui ſuo ipſum dedit,ſicut poſitũ eſt in caſu qui aũt ſimpliciter dicit nihil excipit:& qui ſimpliciter dat aliquid,de dato nihil dandum alteri retinet:vltima ergo volũtas regis quo ad ſepulturam corporis ſui fuit q̃ integre nulla parte excepta alibi ſepelienda:aut alteri danda:quare ſic implẽda fuit.Sed q̃ volũtas regis in hoc rationabilis fuit patet:& ex parte loci in quo elegit ſepulturam:& ex parte corporis ſepeliendi.Ex loco:quia ibi ſunt ſepulcra patrũ ſuorũ:& vt probat pluribus exemplis,xiii.q.ii.Ebron,& ibidẽ concluditur,in ſepultura parẽtum filiorũ corpora collocanda ſunt. vbi dicit gloſ.q̃ hoc conſilium eſt:& ideo ex electione moriẽtis dependet,qa tñ conſilium ex ratione procedit,melius & rationabilius eſt facere id qđ iure conſulit q̃ contrarium.Idcirco rationabilis fuit regis volũtas in eligẽdo ibi corporis ſui ſepulturã: & melius fecit aliis eiſdẽ exiſtentibus ibi eligendo q̃ alibi,illud enim fuiſſet ei quodãmodo ignominioſum,ſecundũ,n.q̃ dicit gloſ.ſuper prædictum cap,Ioſeph moriẽs in Aegypto rogauit fratres ſuos vt tempore viſitationis ſuę oſſa ſua ſecũ deferrent:& in ſepulcrum patrum ſuorum ea collocarent:quia ignominioſum erat tunc q̃ aliqs non ſepeliret in ſepulcro patrũ ſuorũ.Vnde eſt vnus caſus in quo locum ſepulcri a iure determinatũ põt aliquis dimittere,ſecundũ em̃ q̃ ibidẽ dicit gloſ. ſuper,§. Nunc quæritur, quilibet debet ſepeliri in eccleſia vbi audit diuinũ officiũ : vt extra de ſepulturis.In noſtra,niſi in trib9 caſib9,ſi velit tranſire ad epiſcopalẽ eccleſiã,vt,xiii.q.ii.Vbicũq̃,vel ſi elĩgit ſepulcrum in loco magis religioſo:vt extra de ſepulturis Fraternitatẽ,vel ſi velit ſepeliri in ſepulcris patrũ ſuorũ:vt,xiii.q.ii.Placuit.Ex parte vero corporis ſepeliendi ſil' rationabilis fuit regis N volũtas: in hoc,ſ.q̃ corpori ſuo ſepulturã in certo loco elegit ſimpliciter nullã partem excipiẽdo vl' ſeparando ad alibi eam ſepeliendũ.Eſt,n.multũ rationi cõſonũ vt corpus quãto integrius poteſt ſepeliat.Apl's,n.Ro.xii.diuerſis mẽbris in corpore cõparat diuerſas pſonas in eccl'ia : in hoc videlicet q̃ ſicut in idipſum p̃ inuicẽ ſollicita ſunt mẽbra in corpore,ſic debẽt eſſe pſonę in eccl'ia. Sollicitudo ergo quã debẽt habere pſonę ĩ eccl'ia diuerſę p̃ ſuicẽ ex volũtate illa,debet eſſe ad inſtar ſollicitudinis quã habent inuicẽ mẽbra in corpe ex natura.Cũ ergo ſic laudabile & rationabile deſideriũ voluntatis eſt inter ſeſe amãtes:vt mẽbra corporis eccl'ię quãtum poſſibile eſt fieri moriẽtes eligãt ſepeliri in ſepulcris amicorũ ſuorũ,maxime patrũ,& cõſanguinitate aut affinitate cõiunctorũ:vt patet ex iam dictis,vt parati ſint ad ſimul reſurgẽdũ in nouiſſimo die: vnde hoc p̃ cauſa aſſignando quare Ioſeph voluit oſſa ſua ſepeliri in ſepulcro patrum ſuorũ:dicit gloſ.ſuper p̃dictum cap.Vel qa in ſpũ viderat qa dñs reſurgere deberet ibi: naturale ergo deſideriũ & laudabile eſt in mẽbris vni9 corpis:vt inſil' & quãto magis cõiũcte poſſint ſepeliãt ſil' expectãtes reſurrectionẽ:vt magis quãtũ eſt ĩ ſe pati ad illã p̃ hoc.Et eſt tale deſideriũ p̃ naturã magis in mẽbris corpis: q̃ p̃ volũtatẽ in membris eccl'iç: maxie ex hoc q̃ vnũ mẽbrũ nõ poterit reſurgere niſi alteri cõiũctũ,qđ põt ibi pſona q̃libet quãtũcũq̃ ſit ab alia ſepata,q̃re cũ rõ & volũtas in hoie ad hoc ſũt q̃ laudabile & naturale deſideriũ corpis ſui debent implere quo ad id in quo deficit natura:vt rõ p̃ quolibet mẽbro diſponat

& voluntas eligat:& pro posse naturale & laudabile desiderium membri impleat: multū ergo laudabile & rōnabile est: ꝙ quilibet moriens corpori suo prouideat vt integre sepeliatur: quātum hoc fieri valeat : & hoc vt dictum est maxime in sepulcris patrum suorum. Vnde vt puto nullo modo placuisset Iacob ꝙ aliqđ ex membris suis vel interioribus vel exterioribus,filii sui postq̄ simpliciter elegit sepulturam in sepulcris patrum suorꝝ,sepeliuissent alibi.Pręsumendū est ergo cum sit rationabile & laudabile, ꝙ eligens sepulturā corpori suo simpliciter in aliquo loco,integre velit illud ibi sepeliri:nisi superueniat rationabilis causa:quā si pręuidisset moriēs,secūdū illā de corporis sui sepultura aliquid specialius ordinasset. quēadmodū Ioseph cū moriebatur:quia vidit ꝙ fratres sui non sufficerent ad deferendum corpus suum in sepulcrū patrū suorū sine magno periculo & grauamine:q̄q̄ desiderauit ibi corpus suum sepeliri:tamen non pręcepit nisi ꝙ ossa sua secū sepelienda in sepulcro patrum deferrent:& carnes manerēt incineratę in ægypto propter hmōi necessitatē.Iacob aūt sciēs ꝙ p potentiā Ioseph sine grauamine corpus suū integrū statim posset deferri sepeliendū in sepulcro patrum suorum,non pręcepit filiis suis tm̄ de sepultura ossium:sed corporis sui simpliciter. Vnde filii sui ex tali p̄cepto patris p̄sumētes integrū corpus suum velle deferri:& in sepulcro patrum sepeliri: non inuenīt ꝙ aliqd vt intestina corporis subtraxerint sepelienda in ægypto: vel in aliquo loco intermedio:sed ꝙ corpus simpliciter conditū aromatibus sepeliendum detulerūt & sepelierunt.Cum ergo voluntas regis rationabilis fuit in eligendo sepulturam suam apud dictos monachos:& hoc pro corpore suo simpliciter:in quo p̄sumitur ꝙ integraliter: dico ꝙ voluntas regis quo ad duo,ſ. & quo ad hoc ꝙ corpus suū sepeliretur apud dictos monachos: & etiam quo ad hoc ꝙ ibi integraliter sepeliret:adimplenda fuit:nisi forte causa rationabili superueniēte: pro qua p̄sumendū est ꝙ aliquid specialius de corporis sui sepultura ordinasset q̄ ordinauit si illam pręuidisset.Quare si forte nō superuenit rōnabilis causa ꝓpter quā cor regis sepeliri debuit & potuit apud fratres:de qua iā erit sermo in solutione argumentorū:& ipsi fratres cor alienum receperunt sepeliendum & sepelierunt : ideo cor sepultum reddere cogendi sunt cum omnibus quæ ab ipso receperunt:& tenentur cor restituere,& similiter monachi illud repetere:cū rex sepulturā apud eos elegit simpliciter:non tam in fauorem ipsorum, q̄ patroni,& sanctorū ecclesiæ,& sepulcri patrum suorū qđ apud illos est:vt licet aliqd factum in iniuriam alicui⁹ eorum personalē dissimulare possent: nō tamen tale qd qđ factū est in iniuriā ecclesiæ suę & sanctorū ei⁹ & patrū p̄decessorū regis:& qđ posset in posterum vergere in magnū detrimētum ecclesiæ:vt iam videbitur.Secundū hoc ergo cōcedenda est prima ratio,& similiter secūda:quia nihil concludunt nisi iam expositā. AD argumenta aūt in oppositum vsq; ad vltimū,in quo prosequemur secūdū membrū distinctionis ꝓpositæ in principio,respondendū.Et primo ad primū dicēdo ꝙ sepultura cordis apud fratres in nullius vergit detrimētum:Dicendum ꝙ non est verum,imo p̄r occasionem potest vergere in maximū detrimentū monachis. ex hoc enim facto qa principalius secūdū fictionē iuris naturę debet apud fratres iudicari corpus regis esse sepultum propter cor, q̄ apud monachos propter totum residuū:sicut iam dicetur:facilius rex filius suus posset inclinari ad eligendum sepulturam suam apud fratres:& ad ei⁹ imitationē successores & affines sui:& cōsimiliter illorum posteri : & fieret tumulus regum quo ad omnes succedentes apud fratres:qui apud monachos permansisset forte si talis occasio ex cordis sepultura data non fuisset:qđ esset eis summū detrimentum:sicut patet considerantī. Et qđ assumitur:ꝙ factū illud alicui vt fratribus ꝓficit:verum est temporaliter in oblationibus & quęstu tēporalium: obest tm̄ multū eis in spūalibus:quia fidē & charitatem quā deberent habere erga proxios amittunt:si tamen absq; causa rationabili & in casu non concesso cor sepeliendū receperunt,secundum ꝙ ꝓcedit primū argumētū īductū cōtra fratres. Si aūt rōnabilis causa supuenit ꝓpter quā licite cor concessum eis fuisse potuit:secundū ꝙ concludam in solutione vltimę rationis: tūc sec⁹ est & soluā scđm hoc argumēta ad oppositū. Et ꝙ assumitur tertio ꝙ p̄r factum illud cultus dei augmētat:dicendū ꝙ etsi augmētat quo ad substātiā facti:nō tm̄ quo ad modū faciendi,quē plus de⁹ respicit:intātū ꝙ nō placet deo factū nisi ꝓpter modū faciēdi & ecōtra.factum etiā de genere bonorū displicet ꝓpter īdebitū modū faciēdi.Propter qđ dicit Gen.iiii.Respexit dñs ad Abel: & ad munera eius.Ad Cain vero & ad munera eius non respexit.Glos.interlinea.Qui mētē offerentis non oblationē intendit quæ placet ex munditia offerentis.Si ergo fratres non modo competenti cor sepeliendum receperunt:& p̄rseuerant in hoc simpliciter non restituendo ablatum : quia secundum Augustī. aliter non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum:quicunq; diuinus cultus ex tali modo faciendi procedit : quia non plene placet deo : diuinus cultus non est reputandus. de quibus dicitur.xiii.q.ii.§.Sed alius.Contra Melchiadis papæ auctoritatem nititur,qui vanis persua-

O Ad primū in oppositū.

P

intelligibilia rerũ ſenſibiliũ cõſpexerit in phãtaſmatib9 p ſenſus receptis,a ſenſibus ſe ſubſtrahit & phãtaſmatibus:& per hoc attingit p̃dictas incorporeas rõnes in ipſa veritate incorporea exiſtẽtes. Sunt em̃ eadẽ,cognita & p̃dicta intellecta in phãtaſmatibus:& ipſę incorporeę ratiões in ipſa veritate æterna,nõ ſunt em̃ aliud q̃ ipſę naturę & eſſentia rerũ. Attingẽdo aũt illas incorporeas rõnes illuſtratione quadã ab illa ſpecie lucis æternæ: etſi non vt obiecto cognito,ſed vt ratione cognoſcẽdi,cognoſcit de illis ſyncerã veritatẽ:quã ex ſenſib9 & phãtaſmatib9 haurire nõ poſſet,ſcdm q̃ alibi diffuſius expoſuim9,& p hoc aĩa habitus veros ſciẽtiales acquirit eorũ q̃ intelligimus. Qui q̃dẽ habitus formãt in mente actibus intellectiuis formatis:nec tã ex ſenſibus & phãtaſmatib9 q̃ ex ipſa luce ęternę veritatis & illuſtratione rõnũ æternarum:quę ſunt ideales rõnes quibus deus ab ęterno illa nouit. ſecũdũ q̃ dicit loquẽs de p̃dicta ſpecie.vi.de trini.cap.x. Ars quędã omnipotẽtis dei ut q̃ ſapiẽtis plena omniũ rationũ viuẽtium incõmutabiliũ: & omnes vnũ in ea ſicut & ipſa vnũ:ibi nouit deus omnia q̃ fecit p ipſam. Et ideo cum ſuccedãt & decedãt tẽpora:non decedit aliquid vel ſuccedit aliquid ſcientię dei. Non em̃ quæ creata ſunt ideo ſciunt a deo quia facta ſunt:ac non potius ideo facta ſunt mutabilia qa immutabiliter ab eo ſciunt. Cum aũt abſtracti a ſenſibus & phantaſmatibus veritatẽ ſynceram intelligimus,coniuncti illis æternis rationibus ſtatim ſe opponũt caligines imaginum corporaliũ & nubila phantaſmatũ: & obnubilant ſerenitatẽ quæ primo ictu diluxit:vt dicit lib.viii.ca.iii. Manet tñ aliquid in memoria ad qđ redeundũ eſt:vñ formatt ſcientia vt dictum eſt,quia vt ait libro.ix.cap.vi.regulis ſupra mentem noſtram incommutabiliter manentib9 vel approbare apud noſmetipſos vel improbare cõuincimur:cum recte aliquid approbamus vel improbamus. Viget & claret deſup iudiciũ veritatis:ac ſui iuris ĩcorruptiſſimis regulis firmũ eſt:& ſi corporaliũ imaginum quaſi quodã nubilo obtexitur : non tamen inuoluitur atq; confunditur. Sed intereſt : vtrum ſub illa vel in illa caligine tanq̃ a cælo perſpicuo ſecludat: an ſicut in altiſſimis montiũ accidere ſolet,& ſereniſſimã lucem ſupra, & dẽſiſſimas nebulas ſubtus aſpiciã. Et ſparſim infra. Ipa vero forma incõcuſſę ac ſtabilis veritatis luce ĩcorruptibilis ſynceriſſimęq; rõnis & mẽtis meę aſpectũ & illã phantaſiæ nubẽ quã deſuper cerno,imperturbabili æternitate pfundit res quædã menti nunciata p oculos,memoriæq; tranſfuſa imaginariũ conſpectũ facit:ſed aliud mẽte conſpicio:itaq; de iſtis ſecũdũ illã iudicamus & illã cũ cernim9 rationalis mẽtis intuitu,& ſequit cap.vii. In illa ergo ęterna veritate ex qua temporalia facta ſunt oĩa: formã ſecundũ quã ſumus & ſecũdũ quã in nobis vel in corporibus vera & recta rõne aliqd opamur,viſu mẽtis aſpicimus:atq; ĩ
Z de conceptã rerũ veracẽ notitiam tanq̃ verbũ apud nos habemus. Quantũ cõiicere poſſum, dictum iſtud Aug.eſt acceptũ de philoſophia Platonis:qui poſuit formas ſeparatas eſſe principiũ cognitiõis formarũ ſenſibiliũ in materia exiſtẽtiũ. Vt em̃ dicit Augu.(qđ & ita arbitror eſſe) formę ſenſibiles ĩ materia exiſtẽtes p ſenſum nũciatę memoriæq; trãſfuſę imaginariũ faciũt ĩtellectũ mẽte concipiẽte intelligibilia in phantaſmatibus. Sed cũ forma icõcuſſę & ſtabilis veritatis quę eſt ars diuinæ ſapiẽtiæ,plena rationum viuẽtiũ,pfundit luce incorruptibilis ſynceriſſimęq; rõnis,& mentis aſpectũ & illũ imaginariũ intellectũ,quẽ Aug.appellat phãtaſiæ nubem:tunc in illa luce & per hoc in illa æterna veritate ex qua facta ſunt oĩa, mente conſpicimus formã ſecũdũ quã ſumus: & vniuerſaliter formas ſecũdũ quas habẽt eſſe illa de quibus habemus imaginariũ intellectũ:& ſecundũ illas vt ſecũdũ ſe cõſpicimus eas,iudicamus de eiſdem vt habẽt eſſe in materia: & per hoc habem9 de eis veracẽ notitiã:ſcdm q̃ pluribus auctoritatib9 in q̃ſtionibus ordinariis circa principiũ declarauimus. Et ſic per formas quæ ſunt eſſentiæ rerũ vt ſecũdũ ſe cõſpiciunt illuſtratione lucis ĩcreatę,cognoſcunt vera notitia ipſę eędẽ formę vt habẽt eſſe in materia,quæ conſpiciunt in phãtaſmatibus illuſtratione lucis creatę quæ eſt intellectus agẽtis:ſecũdũ q̃ alibi expoſuimus. vt ſecũdũ hoc intellectus agẽs illuſtrans mẽtẽ ad cognoſcẽdũ ſyncerã veritatem formæ materialis in conſpiciẽdo vl̃e in eſſentia formę ſecũdũ ſe abſtractę,licet nõ ſecũdũ ſe exiſtẽtis,ſed in ſola mẽtis notitia primo ĩ creatæ deinde creatę exiſtẽtis dicat ipſe deus:quẽadmodũ intellectus agẽs illuſtrans mẽtem ad cognoſcendũ imaginariã veritatẽ formæ materialis in cõſpiciendo vl̃e in phãtaſmate abſtracto a forma particulari exiſtẽte in materia extra,dicit aliqua virtus creata,vt potẽtia animę vel aliqd aliud Et ſecũdũ q̃ hmõi aliud eſſe habet in materia extra:aliud in ſola mentis notitia:ſecũdũ hoc ipſa dicit eſſe alia & alia:licet res ſit eadẽ,primo cognita & non exiſtens niſi in mente ſola: deinde cognita & exiſtens extra. Propter qđ dixit Auguſt.iã ſupra:q; res p oculos nunciata imaginariũ facit conceptum:ſed mẽte aliud conſpicio licet non ſit aliud re,licet differat intellectus agens qui eſt deus:& q̃ eſt potẽtia aię rõnalis. Agẽs em̃ q̃ eſt dẽ9 agit ſicut ars q̃ ponit formã ĩ materia artificii. Agẽs vero q̃ eſt potẽtia animę agit ſicut lumẽ circa phantaſmata:ſecũdũ q; alias expoſuimus. Sed in tali ſentẽ

tia Aristoteles multum nitit contrariari Platoni imponēdo ei ꝙ vniuersale posuerit separatum a particulari, quasi aliquid extra mētis notitiā. sic em̄ nō esset vle sed singulare: in re em̄ nihil existit nisi singulare ens: nec esset principiū cognoscendi id cuius est: secundum ꝙ bene ꝓcedunt rationes Aristote. Sed cum Plato nō sic posuit vle separatum a re cuius est: sed solū in mentis notitia, vbi vere rōnē vlis habet non singularis: sic bene scdm dictū modū Platonis & August. potest esse principium cognoscendi formam particularē existētē in materia, & nihil oīno cōcludunt rationes Arist. cōtra Platonē: vt patet inspicienti eas & ꝑdicta ꝓtractanti. Descendendo igitur ad quæstionē de intelligere abdito, dico secundū ꝑdeterminata ex verbis August. ꝙ hoc non intelligit Aug. de intelligere in habitu sed solūmodo de intelligere in actu: & hoc nō ab extra adminiculo sensus & phātasię & actus intelligendi ex phantasmate: sed de actu intelligēdi qui ꝓcedit oēm actū intelligendi ab exteriori: quē operat in mente illustratio sola lucis ętern̄e: a qua sicut a forma artis cuiusdā vera notitia sui in mēte describitur: quæ in ipsam ab arte illa non migrando, sed tanq̄ imprimēdo transfertur: sicut imago ex anulo in cęrā: & anulum non relinquit: secundum ꝙ dicit de impressione habitus iustitię in aiam iusti a lege ętern̄a, xiiii. de trini. cap. xv. in fine. Et fit in mēte ista impressio ipa luce vt ratione manifestādi ipsum obiectū intelligibile, & imprimēdi in mētē ipsam verā notitiā de ipsa re itelligibili: quēadmodū si lux ꝑsens oculo cū specie visibili in opponēdo ipsā visui ꝓmeret in ipm actū visiōis: & hoc secūdū magis & min⁹, scdm ꝙ magis & min⁹ dispositā ē virt⁹ receptiua. scdm modū quo dixerūt aliqui philosophātiū, ꝙ a splendore itelligētię in aiab⁹ nostris describebat forma notitię sic, ꝙ quanto aliqua earū esset purior & magis abstracta a sensibilibus & phantasmatibus, tāto plus de splēdore intelligentię resultaret in ea: & ampliore notitia informaret q̄ aliæ, quē admodum plus de splēdore lucis resplēdet in corpore terso & polito & lęui, q̄ in rubiginoso & aspero. Et est ille modus cognoscendi aię naturalis, vt est intelligentia q̄dā naturalis: & recepisset homo si stetisset in statu innocentię: magno splēdore: sed post q̄ cōiūcta corpori corruptibili qđ aggrauat aiam: hmōi splēdor tenebrascit: & plus phātasmatibus inuoluitur: & cū ꝑ amorē inhęserit cognitis imaginario intellectu ex eisdē: a quo tū quodāmō tāgit etiam cū ab illo auertit. vt dicit in cap. xv. ꝑdicto. Vt enim dicit libro. x. ca. v. multa per cupiditatē prauā tanq̄ sui sit oblita: sic agit. Videre em̄ q̄dam intrinsecus pulchra i prętātiore natura q̄ deus est: & cū stare debet vt eis fruat: auertit ab eo moueturꝙ, & labitur in minus qđ putat amplius. Qđ arguit in oppositum: impossibile est nos habere nobilissimos habitus, & nos lateant: Dicendū ꝙ istud dixit Aristoteles contra Platonē: q vt dictum est posuit animas ante corpora separatas: & cū incorporabant habitus secū deferre quibus singulare rememorando intelligebāt, sed August. non ponit illos habitus, sed luce æterna illustrari ad cōsimilē modū intelligēdi generatiuum habituum: qualē posuit Plato ex habitibus generatis. Et cum assumitur cōtra hoc ꝙ magis impossibile est in nobis esse nobilissimos actus, & lateāt nos: Dicēdū ꝙ act⁹ siue mot⁹ existētes i itellectu aut volūtate duplicit possunt se hēre ad ipsos. Aut em̄ oīno latēres: aut aliquo modo patētes: & hoc triplicit: aut patēt, sed trāsitorie: aut patēt, sed idistincte: aut patēt & distincte. Prio mō possunt eē act⁹ siue mot⁹: & latere ꝓpter puitatē & tenuitatē mot⁹: quēadmodū decimū millesimū milii mouet visū: sed fallit eū vt nō ꝓcipiat motū: sicut dicit i de sensu & sensato. Quia ergo ꝓpter aię indispositionē possunt ꝑdicti act⁹ eē minimi: bene possunt latere nos. Et eadem ratione secundū Platonem possent latere ipsi habitus: quia non cognoscuntur ꝓ actus si actus ex ipsis eliciti essent tam tenues vt laterent mentem. Secundo modo latent actus siue motus: quia etsi percipiuntur cum fiunt: non tamen sic imprimuntur vt recordationem habeant: quēadmodum cōtingit in sensu, secūdum ꝙ dicit August. xi. de trini. ca. x. Memoriā a sensu voluntas auertit: cū in aliud intēta nō ei sinit ihęrere ꝑsentia. Qđ animaduertere facile est: cū sępe loquē tē coram nobis aliquem aliud cogitando non audisse nobis videmur: falsum est autē: audiuimus enim & nō meminimus. Quare ga voluntas sensibilibus extra est intēta: actus interiores latere necesse est. Et eadē rōne secundū Platonē possent latere ipsi habitus. Tertio vero latēt actus siue mot⁹ ex vno mouente: quia nō possunt discerni ab actib⁹ ꝓcedentib⁹ ab alio mouente: quēadmodū actus amoris eliciti ex amore charitatiuo: ab actu amoris eliciti ex amore naturali aut carnali. aliter em̄ hō posset certitudinaliter scire: vtrū in suo actu esset dign⁹ amore vel odio. Quia ergo actus itelligē di lumine agētis vnius & alterius ꝑdictorū discerni nō possunt: bene possunt ambo non latere oīno sed alterū eoꝝ sic latere ꝙ ab altero discerni nō possit: vt ex hoc ambo credant ꝓcedere ab vno. quē admodū cōtingere pōt in ꝓposito de cognitiōe i mēte quā habet de re siue ab agēte vno siue ab altero & de aliis a se: secundū ꝙ dicit August. x. de trini. cap. viii. Quid tā in mēte q̄ mēs! Sed quia in his q̄ cū amore cogitat sensibilibus assueta est: nō valet sine imaginib⁹ eoꝝ esse in semetipsa. hic ei

Responsio. A

Ad Argu. in oppositum. B

oborīt erroris dedecus dũ rerum ſenſatarũ imagines ſecernere a ſe non poteſt: vt ſe ſolam videat, qm̃ dum ſe ſolã nititur cogitare: hoc ſe putat eſſe ſine quo ſe nõ poteſt cogitare. Cum ergo pręcipitur ei vt ſe cognoſcat: nõ ſe tãq̃ ſibi detracta ſit q̃rat: ſed id qđ ſibi addidit detrahat. & ifra. Cognoſcat ergo ſeipſam: nõ q̄ ſe neſcierit: ſed q̄ ſecum aliud amando cũ eo ſe cõfundit: & cõcernit quodã modo. Atq; ita dum ſicut vnũ diuerſa complectīt vnum putauit eſſe quæ diuerſa ſunt. Quare & actus quibus cognoſcunt, eadem ratione latere eſt neceſſe: & eadem ratione ſecundũ Platonem poſſent latere habitus quia non diſcernũt actus. Si vero quarto modo ſint actus patentes & diſtincti: ſic ſecundũ plm inconueniens eſt q̄ ſint in nobis nobiliſſimi habitus: quorum. ſ. nati ſunt actus eſſe patentes vt diſtinguãt ſuos act9 ab actibus aliorum & lateant nos: quia ſic patent actus, & ſimiliter habitus per act9. Vnde ſuppoſuit phs q̄ ſi eſſent alii habitus in nobis q̃ acquiſiti ex actibus noſtris: illi nullo modo poſſent eſſe eiuſdẽ rõnis cũ acquiſitis: nec actus habituũ illoꝝ poſſent eſſe vllo modo latentes, quia em̃ nihil poſuit niſi qđ ex motu & ſenſibilibus poſſet cõiici: oĩno negauit tales habitus: ſed non bono modo, etſi negandi ſunt: quia eadem ratione & multo fortius ſecundũ q̄ p̄cedit obiectio negaſſet act9 abditos quos ponit Aug. qui ī veritate ponẽdi ſũt: in ipſis em̃ conſiſtit perfectio cognitionis cõtemplantiũ modo naturę: & in ipſis fundat perfectio contemplantiũ mõ ſupernaturali ſecũdũ tertiũ genus viſionis intellectualis eorum quæ futura ſunt modo p̄phetico: de quibus nihil ad præſens.

Quæſt. xvi.

Quæſt. xvii.

Quæſt. xviii.

Argu. prin. primum.

Secundum.

Tertium.

In oppoſitũ.

Reſponſio.

C

D

E

SEquunt quęſita de hoĩe ex parte corporis. Vbi quęrebat vnũ p̄tinens ad ſtatum corporis humani ſupernaturalẽ, vtrũ. ſ. dos impaſſibilitatis ſit diſpoſitio poſitiua in corpore. Duo vero pertinẽtia ad ſtatũ ei9 naturalẽ. Quorũ vnũ erat ex parte ſubſtantię corporis. Vtrũ videlicet ſuppoſitis fundamentis phi ſit neceſſe ponere q̄ ſemp fuerit homo: & homo ab hoĩe ex parte ante in infinitũ. Alterũ vero ex parte conditionis trahẽtis ortũ ex corporis p̄pagatione. Vtrũ. ſ. nobilitas gñis ab iitio p̄ceſſerit ab ignobili. CIRca primũ arguīt q̄ dos impaſſibilitatis nõ ſit aliq̃ diſpoſitio poſitiua ī corpore, quia nõ naturę elemẽtaris: qa oĩs talis diſpoſitio corporale qđ eſt & corruptibile p̄ naturam cõtrarietatis ad aliqđ aliud elementare: dos aũt impaſſibilitatis non eſt corporalis: nec corruptibilis: nec contrariũ habet. Itẽ nec eſt illa diſpoſitio naturæ cæleſtis: quia illa nõ aufert naturam elementarẽ: eo q̄ non contrariat ei: & natura elementaris p̄pter contrarietatem neceſſario ponit paſſibilitatem. Item nec eſt illa diſpoſitio ab anima: quia anima non tollit naturã elemẽtarẽ vt prius, ergo &c. CONtra eſt illud apoſtoli. Mortale hoc induet imortalitatẽ: & corruptibile hoc induet incorruptionem. Incorruptio aũt ponit impaſſibilitatẽ, ergo &c. DIcendũ q̄ duplex eſt paſſibilitas: & ecõtra duplex impaſſibilitas, ſecũdũ plm ſecũdo de aĩa. Quędã eſt abiectio cõueniẽtis ex cõtrarii receptione: & quędã eſt receptio cõuenientis ex imperfectionis abiectiõe. Paſſibilitas primo mõ dr̃ corruptibilitas in maĩatis, & mortalitas in animatis. Paſſibilitas ſecũdo modo perfectibilitas quædam eſt. Sic em̃ intellectus patīt in recipiendo ſcientiam & in ſciendo, & ſenſus in recipiẽdo ſenſationem & in ſentiendo. Hęc ſecunda paſſibilitas non tollīt per dotẽ: nec cõtrariat ei: qa pertinet ad p̄fectionem naturæ, vnde in corporib9 ſanctorũ erũt perfectę operationes oĩm viriũ intellectiuarũ & ſenſitiuarũ. Volẽt em̃ & ſcient: videbunt & audient: & vlr̃ ſentiẽt quæcũq; ſunt eis & beatitudini eoꝝ conuenientia tam ex parte viriũ exteriorũ q̃ interiorũ. Prima vero paſſibilitas cõtrariat doti & p̄ ipſam tollit. Vnde non erit in corporibus ſanctorũ, multo minus q̃ in corporib9 cęleſtibus: de quibus determinãt phi q̄ non recipiũt peregrinas impreſſiones. Et propter hoc oportet ponere in illis dotem impaſſibilitatis quam requirit natura animæ humanæ: quia q̄ ſit in corpore hoc eſt ei naturale ſicut naturale eſt graui eſſe in centro: q̄ vero ſit extra corpus, hoc eſt contra naturam ſuam: ſicut eſt contra naturam grauis eſſe extra centrũ. Sicut aũt eſt ei cõtra naturam q̄ ſit extra ipſum: ſic cõtrariũ eſt eius naturę q̄ aliquid ſit ī corpore p̄ qđ neceſſe habet aliquando eẽ extra corpus: quãadmodũ cõtrariũ eſſet naturæ grauis ſi aliquid eſſet in centro quo aliquando neceſſe haberet expelli extra ipm̃. Quare cũ nihil habet eſſe p̄fectum quouſq; ſit liberũ & expeditum ab eo qđ eſt naturę ſuæ cõtrariũ: anima igit humana perfectionẽ ſuę naturę nõ habet quouſq; ipaſſibilitatẽ ſecum in corpore ſuo habuerit. Quare cũ aĩa non eſt data corpori niſi vt ſuã p̄fectionẽ habeat in illo: & hoc maxime p̄ ſtatu glorioſo: oportet igit q̄ glorioſorũ corpora oĩa ſint impaſſibilia & immortalia: quod cum non poſſint habere ex puris naturalibus ſuis quæ ſunt naturaliter contraria & corruptiua: oportet q̄ hoc ſit ex aliquo dono ſupernaturali: qđ appellamus dotẽ impaſſibilitatis: de quo eſt quęſtio quid ſit, & quõ habet eſſe, & quid agat in corpore. AD cuius intellectũ ſciendũ q̄ immortalitas ſiue incorruptibilitas quę ſequīt impaſſibilitatẽ, triplex eſt. Quarũ prima

erat in ſtatu innocentię hoſ:qua potuit nõ mori p diuinã cõſeruationẽ a morte & corruptione ex eſu ligni vitę,quouſq; raperet ad ſecũdã immortalitatẽ q̃erit corporũ glorioſorꝝ poſt reſurrectionẽ Secũda vero immortalitas erit corporum beatorꝝ,qua homo nõ poterit mori ab aliqua cauſa intrĩ ſeca vel etiã extrinſeca creata agente vel poſſibili agere ad corruptionẽ & mortẽ:qualis nec eſt in angelis nec in cęleſtibus corporibus ſecũdũ modum infra declarandũ. Tertia eſt immortalitas qua quis nullo modo poteſt mori:neca cauſa intrinſeca nec a cã extrĩſeca oĩno,q̃le ſolum eſt illud qđ eſt formalit neceſſe eẽ & vita:cuiuſmodi eſt ſolus de⁹:reſpectu cuius oĩa alia ſunt mortalia & corrupti bilia in nihilum niſi manu diuina tenerent:ſecundũ q̃ etiam teſtatur Plato:in hoc multo meli⁹ ſen tiens Ariſtotele:qñ dixit in ſecũdo Timęi,loquens immortalibus & incorruptibilibus creaturis.O dii deorũ quorꝝ opifex idemq; pater ego:opera ſigdẽ vos mea diſſolubilia natura:me tñ ita volente indiſſolubilia.Oẽ ſiquidem qđ cõiunctum eſt,natura eſt diſſolubile. At vero qđ bona ratione iũ- E
ctum atq; modulatũ ẽ:diſſolui velle non eſt dei:quapropter quia facti genitiq; eſtis, immortales q dem nequaq̃ , nec oĩno indiſſolubiles:nec tñ vnq̃ diſſoluemini:nec mortis neceſſitatẽ ſubibitis: ga volũtas mea maior eſt nexus & vegetatior ad æternitatis veſtrę cuſtodiã:q̃ illi nexus vitales: ex quibus æternitas veſtra coagmentata atq; compoſita eſt.Impaſſibilitatis ergo cauſam penes natu- ram non q̃rimus:illa eñ repugnat naturæ creaturæ:& ppria eſt ſoli naturę increatæ:nec illius pe- nes quã habeẽt immortalitas primo modo: ga illa nõ ponit neceſſitatem non moriendi ſed ſolũ poſſi bilitatẽ. Sed quęrimus cauſam impaſſibilitatis tertio mõ:penes quã neceſſe eſt quãtũ ex rõne prin cipiorum intrinſecorꝝ non mori.Nec poſſumus dicere q; illi⁹ cauſa ſit mera voluntas dei:ſecũdum q; dictum eſt de immortalitate & de incorruptibilitate deorũ in auctoritate Platonis: vt ipſa talis impaſſibilitas ſit ipſa dos,qñ diuina voluntas eſt cauſa extrinſeca reſpectu talis impaſſibilitatis:& reſpicit ppriẽ finalem corruptionem qua res decidat in nihilum.Nec poſſumus dicere q; illius cau ſa ſit aliquid tale quale in diis deorũ,ſiue ſint angeli ſiue corpora:quia illorũ incorruptibilitas ẽ ex puris principiis naturalibus: quia eſt abſq; oĩ contrarietate:ratione cuius etſi ſubtracta cuſtodia di uinę voluntatis caderẽt in nihilum: propter qđ dixit Plato,Immortales quidẽ nequaq̃ &c.non tñ hoc eſt ppter aliquã neceſſitatẽ ex principiis intrinſecis impellentib⁹ ad diſſolutionem:qualiter im pellunt miſcibilia mixtum. Nec poſſumus dicere q; illius cauſa eſt ablatio q̃litatũ actiuarũ & paſ G
ſiuarũ ab elemẽtis:qa ptinent ad pfectionẽ elemẽtorꝝ & formę mixti in corpore humano. Et nõ eſt ponẽdũ q; aliqd pfectiõis naturę auferet a corpib⁹ glorioſis.Nec poſſum⁹ dicere q; illi⁹ cã ẽ ablatio actionũ naturaliũ qualitatũ actiuarũ & paſſiuarũ q̃ ſunt calefacere aut ifrigidare & hmõi:q̃ nõ ma nebũt eo q; non ſunt de pfectione rei in ſe ppter neceſſitatẽ idiuiduí:ſed ppter pfectionẽ ſpeciei in alio extra:quales actiones nõ manebũt in corporibus ſanctorũ:ſed tñ actiones q̃ ptinent ad pfectio nẽ rei in ſe:qualis eſt calidi calere,in qualibus actionibus cõſeruabit mixtio & forma mixti in cor- poribus iuſtorũ:quia ſic impaſſibile & incorruptibile non eſſet corpus beatum ex aliqua diſpoſitio ne poſitiua ſed priuatiua tñ.Diceret eñ ſolummodo impaſſibile ex defectu agentis & inferẽtis paſ ſionem:quẽadmodũ ſi terra tota quieſcens in cẽtro dicat immobilis quia deficit virtus fortior ex- pellẽs ipſam a centro,q̃ ſit virt⁹ eius ppria qua ſe tenet in cẽtro,ſcđm q; dicit Auer.in fine de ſub- ſtantia orbis,q; terra habet perpetuã quietẽ quia habet ppetuã carẽtiã virtutis mouẽtis ipſam.Qđ aũt ſic dicit impaſſibile aut immobile,ſimpliciter eſt paſſibile & mobile quãtũ eſt ex ſe.qđ ei tale eſt natũ ẽ pati aut moueri,licet nunq̃ patiet aut mouebit.terra eñ ſimpliciter mobile qđ eſt:etſi nunq̃ habeat mouẽs.Similiter tale corpus ex ſe ſimpliciter paſſibile & corruptibile eſſet etſi deficeret cor rũpẽs. Nos aũt cũ hoc dotẽ ponimus aliquid poſitiuum in corpore ſup eius naturalia.Nec põt ad huc dici q; illud poſitiuũ ſit aliqd in mixto quo conſeruat ne quantum eſt ex ſe ab intra aliqua paſ ſione moueatur : quæ omnino præſeruat qualitates paſſiuas a paſſione quantumcunq; agant actiue:quẽadmodum Adam conſeruaſſet quoquo modo eſu ligni vitæ.Quod enim ſic eſt impaſſi- bile ab intra:nõ ex hoc pręcluditur quin poſſit pati ab aliquo extra:quẽadmodum terra etſi nõ ſo lũ geſcat in cẽtro ex carẽtia cauſę mouẽtis ipſã extra cẽtrũ,ſed etiã ex virtute poſitiua eadẽ geſcat i centro qua mouet ad centrũ: mobilis tñ dicit et paſſibilis ga moueri põt a cẽtro p virtutẽ exterio rẽ excedentẽ virtutẽ quietis eius,dicente pho de cauſis motus aialiũ. Oportet virtutẽ ęquare mo uẽtis & eã q̃ moti.Eſt eñ aliqua multitudo vigoris ſecũdũ quã manet qđ manet:quẽadmodũ & ſe cũdũ quã mouet mouens: & eſt q̃dã pportio ex neceſſitate: quẽadmodũ contrariorꝝ motuũ ſic & quietũ:& æquales qdẽ impaſſibiles abinuicẽ,ſicut eñ pellẽs pellit ſic pulſum pellit ſcđm virtutem. Si eñ aliqs excedat virtute actiua motus terrę quietẽ,mouebit ipſam a medio.Et virtus hęc q; nõ infinita,manifeſtũ,neq; eñ terra ifinita:q̃re neq; grauitas ipſi⁹.Qđ ergo hoc mõ eſt impaſſibile aut

ĩmobile, natũ est pati & mouerí: licet nũq̃ patiet aut mouebit: quẽadmodũ id qđ in cẽtro terrę visibi
H le est etsi nunq̃ videbit. Oportet ergo dicere q̃ illud positiuũ sit aliquid in mixto: quo cõseruat ne
omnino a quocũq; agente siue interiore siue exteriore possit pati, præter dictũ casum in nihilũ. Nec
põt dici q̃ illud sit aliqua virt⁹ corporis: ga nõ elemẽtaris, vt dictũ est: neq; cælestis: qđ aliq ponũt
dñarí ĩ corpore humano post resurrectionẽ, licet modo dominent elementa: ita q̃ sicut sunt modo
corruptibilia ꝓpter actionẽ elementoꝝ: sic tunc erunt incorruptibilia & impassibilia ꝓpter actionẽ
cęlestis corporis. Sed hęc fictio est: ga corpus cęleste scđm substãtiã nõ venit in mixtionẽ cũ elemen
tis, ga nõ cõmunicãt in materia, secundũ virtutẽ autem nõ immittit qbus elemẽta impędiat in sua
actiõe, sed magis vt expediat. Oportet igit̃ ponere q̃ illud positiuũ sit aliqđ supnaturale qđ ab oĩ
passiõe tã ab interiore agẽte q̃ ab exteriore pseruet corpus glorioſũ a dissolutiõe eoꝝ ex qb⁹ cõponí
tur: vt dicat impassibile & indissolubile quia necesse est id oĩno nõ dissoluí nec corrumpí. hoc em̃
ĩ corpore glorioso apostolus attribuit virtuti Christi. Phil. iii. Reformabit corp⁹ humilitatis nostrę
I &c. ET sunt aliq q dicũt q̃ illa dispositio nõ est aliud q̃ gloria animę: p quã corpus suũ erit ei ple
ne subiectũ. Propter qđ in corpore glorioso nõ poterit esse aliq̃ mutatio aut passio contra ei⁹ dispoſi
tionem: quia passio nõ fit ab aliquo agente in passum nisi ga dñium formę debilitat supra patiens.
Qđ nõ videt sufficiẽs: quãtũcũq; em̃ corpus sit subiectũ animę: si nihil receptũ sit in corpore p qđ
ex se sit impassibile: ga q̃ nõ patit̃ hoc est ex illa subiectione: ex hoc ergo vt prius habet bene q̃ nun
q̃ patiet: non tñ qn ex se maneat passibile & q̃ põt pati. Nũc aũt q̃rimus cãm talis impassibilitatis
qua necesse est ipm nec pati vnq̃ nec posse pati. Etsi em̃ nunq̃ dñium formę q̃ est aĩa, põt debilitari
sup materiã q̃ corpus est: & oĩs passio fit p victoriã agẽtis sup patiens: vt ꝓpterea materia q̃ est cor
pus nõ possit subiici cõtrario dñanti, tollẽdo dñiũ aĩę sup corpus: vel saltẽ ipm diminuendo: tñ dñi-
um vnius ex qualitatibus actiuis & passiuis etsi nunq̃ debilitaret ꝓpter dñiũ aĩę: posset tamẽ, vt di
ctum est, debilitari: et ideo posset ob hoc fieri passio a qualitate vincente in passum: licet nunq̃ fie-
ret: & sic vt prius adhuc eẽt vere passibile etsi nunq̃ pateret. Sed nos q̃rimus corpus impassibile qđ
sic est impassibile q̃ ex se necesse est nõ pati: nec aliquo modo possit pati, vt dictũ est. Vñ ex ista rõne
nõ põt poni corpus impassibile ꝓpter aĩę gloriã, nisi ponẽdo q̃ aĩa in hoĩe dat esse corporeũ: vt nõ
sit homo cõpositꝰ nisi ex substãtia q̃ est aĩa, & materia prima. Vbi nõ video aliquam mixtionẽ nec
formam elemẽti: nec illã quæ est ex elemẽtis, nec aliam corruptionem q̃ separationem animæ a ma
teria. Nunc autem non ponimus separationem animæ a corpore nisi propter dissolutionem immi
nentem aliquorum in corpore ex quibus cõponit̃: q̃ p suã pſentiã cõtinet forma illa q̃ est aĩa quãtũ
põt, vt dicit in fine primi de aĩa. Quare si sola aĩa eẽt forma in hoĩe, nõ video cãm corruptiõis aut
passionis, siue aĩa sit glorificata siue nõ. Quare si corpus hũanũ ex se passibile sit & corruptibile se-
cũdũ formã aliã ab anima: vt habitũ est supra: & debet scđm dictũ modũ esse impassibile; oportet q̃
hoc fiat ex aliqua dispositione positiua scđm se pter aĩam, & manet secũdũ hoc vniuoce corpus, cũ
sic fuerit factum de corruptibili & passibili incorruptibile & impassibile: & similiter ipse homo de
mortali factus fuerit ĩmortalis, nõ nouã vitã accipiẽdo/sed quẽdã casum siue passionẽ vitæ. Ita etiã
q̃ sip impossibile aĩa nõ glorioſa corpori exñti cũ tali dispositione cõiungeret, ĩmortalis esset homo
nec vnq̃ aĩa separari posset a corpore: & eadẽ ratione nec separari posset a materia: & esset hõ immor
talis si eẽt cõpositꝰ ex sola aĩa & materia: ga ipsa materia ita ĩcorruptibilis ẽ ex se, quãtũ datũ corpꝰ
K ex dicta dispositiõe quã appellam⁹ dotẽ. Quęrit̃ ergo a quo ẽ ista dispositio ĩ corpe glorioſo. Et ẽ di
cendũ q̃ radix passibilitatis, q̃ est abiectio, & corruptiõis naturalis ĩ materialib⁹ est priuatio existẽs
in materia. Priuatio em̃ vt dicit phs primo phyſi. est principiũ gñationis p accidẽs, & hoc respectu
gñati: sed tamen necessariũ generationi: vt dicit ibidẽ Cõmẽ. ga vt dicit generatio fit ex nõ ente p
accidẽs, ĩ. ex subiecto: cui accidit q̃ ĩ eo sit priuatio rei q̃ gñat̃: & si priuatio formę nõ ꝑcederet ĩ sub
iecto, nõ gñaret ex eo. Sed vt dicit phs in fine libri: priuatio multotiẽs imaginabit̃ ad maleficiũ. Cõ-
mẽ. Magis destruere q̃ esse. qm̃ scđm q̃ subdit: qui nõ cõcedit priuationẽ cũ materia: nõ põt dicere
quare appetit⁹ est materię ad recipiẽdũ formas post formas: & nõ solũ habet ex priuatione appeti-
tũ formę nõ habitę, sed etiã aptitudinẽ & potẽtiam ad illã. Ita q̃ scđm hoc siqua forma est in ma-
teria absq; priuatione ad formã cõtrariã, iã cessat aptitudo ad aliã formã & potẽtia, dico inquantũ
depẽdẽt a priuatione: licet nõ inquãtũ depẽdẽt a substãtia materię, & cessat etiã p cõsequẽs oĩs gña
tio & corruptio: & ẽt oĩs alteratio: ga nõ ẽ possibil' natural' alteratio vbi nõ ẽ possibilis gñatio: vt pa
L tet ex primo de gñatione. Dico ergo q̃ ex vnione aĩę glorioſę cũ corpore mũdo ab oĩ fomite pẽi
quale erat formatũ in statu innocẽtię, ex redũdãtia glorię aĩę in corpus corpori infundit̃ q̃dã dispo
sitio q̃ tollit illã dispositionẽ defectiuã q̃ erat priuatio: sicut tollit̃ aduenięte forma cui erat cõtraria

ita ꝙ amota priuatione etiã tollit oĩs appetitus materię,& oĩs potẽtia & aptitudo eius ad aliã formam q̃ sit illa qua est informata.Dico inquãtum appetitus potẽtia & aptitudo depẽdẽt a priuatione:licet nõ inquãtũ depẽdẽt a substãtia materię,& manet sic in materia pura carẽtia formę : cuius priuatio pri⁹ erat in ea:quẽadmodũ carẽtia formę elementi est in materia corporis cęlestis:si i eo fit materia:ꝓter hoc ꝙ in materia cęli nõ est appetit⁹ aptitudo aut potẽtia ad formã elemẽti:neq; quãtum est ex parte substãtię materię,sicut neq; quãtũ est ex pte priuationis.In materia vero corporis glorioſi,vt dictũ est,manẽt illa quãtũ est ex pte substantię materiæ:licet nõ quantũ est ex parte priuationis.Et cũ dicta dispositio infusa sustulerit illã dispositionẽ defectiuã:per hoc se ipsa ponit imortalitatẽ:& sic destructa inimica morte induit imortalitatẽ:& corruptibile induit incorruptionẽ.secundũ ꝙ dicit Apostolus primæ Corin.xv.Ita ꝙ stãte dispositione illa nõ plus corpus glorioſum est in potẽtia ad formã elementi aut alteri⁹ mixti,q̃ ipsum cęlum:nisi ꝙ cælum inquantũ est ex substantia materię sue & ex pte priuationis nullo modo habet po tentiã ad formam aliã:quã tñ habet aliquo modo corpus glorioſum quantũ est ex parte substantiæ materię sue:vt in hoc differẽs sit immortalitas & incorruptibilitas in cęlo & in corpore glorioſo.Vñ ga nihil patit nisi qđ ꝑ priuationẽ est cõtrarium & in potẽtia:ideo qualescũq; sint actiones in tali corpore, siue ab extra siue ab intra nõ plus patiet q̃ mõ patit sphęra lunę a calore ignis quẽ in sua cõcauitate cõtinet.& ꝑ hoc corpus hmõi simpliciter factũ ẽ impassibile & ĩcorruptibile:& homo secũdũ ipsum simpliciter imortalis & incorruptibilis,nõ quia vt dicit Augusł.xiii.de ciui.dei.cap.xxiii.corpus qđ de terra factũ est nõ ipsum erit: sed quia dono cęlesti iã tale erit vt etiã cęlo incolẽdo nõ amissa natura sed mutata qualitate cõueniat.Et vt arbitror dispositio ista qualitas est reducẽda ad naturalẽ potentiã de secunda specie qualitatis:nõ qua qđẽ habet agere de facili:a quali denoiant cursor & pugillator:nec qua habet solum difficile pati, a quali denoiat durũ:sed qua habet impossibile pati,vt dictũ est. Cõce M
Ad duo prima principa. dendum est ergo primũ argumentũ & similiter secundum:ꝙ dispositio illa q̃ est dos,non est ab alia qua corporali natura cęlesti aut elementari. AD tertium ꝙ non est ab anima:ga ipa non tollit naturam elementarẽ:Dicendũ ꝙ verum est quãtũ ad id qđ est de natura & pfectione substãtię elemẽtaris:quia tũc diminueret perfectionem corporis humani,vt patet ex dictis.bene tamen tollit aliquid qđ est defectus & imperfectionis naturæ elementaris,& in hoc eam amplius perficit.
Ad tertium.

Quæst.xvii. Argu.prin. In oppositũ. Circa secundũ arguit:ꝙ homo habet generari ab hoie in infinitũ ex parte ante secundum fundamenta Aristote,quia dicit in.vii.metaphyſi.Oẽ qđ gñat:gñat a sibi simili noie & definitione.Si ergo iste hõ gñatus est:ergo ab alio hoie gñatus est:& ille eadẽ ratione ab alio: & sic in infinitũ. CONtra.xii.metaphy. vult ꝙ oĩs forma in potẽtia in prima materia est in actu in primo motore,qđ vero est i actu i prio motore,in potẽtia aũt in materia,motor ex se sine alio põt ex materia
Reſponſio. ꝓducere,ergo &c. Dicendũ ꝙ sententia phi fuit:ꝙ sicut species rerũ nõ hñt esse extra intellectus N
notitiam nisi in singulari vnico aut pluribus:sic nec habent causari nisi i eisdẽ.Et bene dixit i hoc sed species illas q̃ subsistunt in vnico indiuiduo tm̃ nec gñabili nec corruptibili,posuit ęternas,non causatas ab alio vt a principio ꝓductiuo,secundũ em̃ ꝙ dicit.xii.metaphy.Cælũ nõ habet causam in esse:sed in motu. Species vero gñabiliũ & corruptibiliũ secũdũ rõnẽ speciei aliter non posuit producas nisi prout habent esse in suis indiuiduis ꝑ gñationẽ:quor̃ cãm ꝓximã ꝑter generans partículare i ꝓpagatis posuit cęlũ:ita ꝙ species ipa a deo nullo mõ habeat ꝙ sit causata ab ipo nisi ꝑ quãto generat in suis indiuiduis:& hoc non nisi mediante cęlo ex materia indiuiduali determinata:ꝑ quã species in indiuiduis indiuiduari habet & plurificari. Sed a cælo scdm cõmunẽ cursum aliter O
posuit species pfector̃ gñari in suis idiuiduis:aliter vero ipfector̃.Quia ipfector̃ ex solo cælo agẽte in materia vim seminalẽ absq; pticulari agẽte simili i specie posuit posse ex materia exire de potẽtia in actũ postq̃ desierat esse in oĩbus suis indiuiduis.Vnde loquẽdo de tali vi gñata in putrefactis a cęlo dicit in.iiii.meteoro.Calor disgregãs naturalis cũ fit,cõstare facit disgregata.In cęlo enĩ cõtigit aliqñ fieri aliquem aspectum & circulationem q̃ prius nõ erat:quor̃ effectus ꝓprius est aliqua species gñabilis & corruptibilis. Species vero pfector̃ nõ a solo cęlo absq; particulari agẽte simili i specie posuit exire in suis indiuiduis de potẽtia ad actũ.Sol em̃ & hõ generãt hominẽ: vt dicit.ii.phyſi. Tales aũt species posuit phs sempiternas:& nunq̃ defuisse:sed causatas tm̃ non abstractas absq; indiuiduis:& extra intellectũ existentes. nõ sic ꝙ singula species subsistat in aliquo idiuiduo sempiterno causata, sicut subsistũt species cęli & intelligẽtię:sed ga semp vnũ indiuiduor̃ gñatũ est ab altero semp in ꝑterito:& similiter generabit in futuro:& similiter species ipsa in quolibet eorum.ita ꝙ nũq̃ materia sic cœperit esse ꝙ nõ ꝑfuit:nec definit cẽ ꝙ nõ erit i posterũ.& quolibet idiuiduor̃ in

cipiẽte esse in ipso, incipit species eẽ: & desinẽte esse i ipso, desinit species esse. Et scdm ipm hoc mõ nõ sic species incipit esse quin semper pfuit: nec sic definet esse quin semper postmodũ erit. Equus em simpliciter etsi incipit esse p generationem huius equi, pfuit tñ in alio generante ipsum: & si desinit esse i vno per mortem eius, manet tñ semp in alio generato vel ab ipo vel ab alio. Et sic licet qd libet indiuiduum sub tali specie sic sit causatũ q non pfuit: sed penitus esse incepit: & similiter spe
p cies in illo: non tñ sequit q ipsa species sic esse cœperit: q penitus non pfuit. Falsa est em illa ppositio q dicit q species illa est noua & esse inceperit cum penitus non pfuisset, cuius qdlibet indiui duũ in pterito nouum erat: & sic cœpit esse q non pfuit penitus. Licet em quodlibet indiuiduum sic esse cœperit q penitus non pfuit: nullũ tñ eor scdm phm sic incepit esse qn aliud a quo esse cœ pit prefuit. Species aũt nõ habet esse, fuisse, vel fore solũmõ p eẽ aut fuisse aut fore vni⁹ indiuidui: sed cuiuslibet indifferẽter, est em propositio illa similis que dicit, oẽ pteritũ siue ppinquũ siue remo tum determinatã distantiã habet ad præsens: quia est aliquod tunc: ergo totum tempus præteri tum est finitum. Cui respondet Aristo. in. iiii. phys. dicens: q licet quodlibet tunc siue tempus pre teritum sit finitum; quia tamen in tempore est accipere tũc ante tunc: & præteritum ante pteritũ in infinitũ: ideo non est totũ tẽpus pteritũ finitũ. componit em ex finitis quantitate: numero aũt in finitis: & ideo in infinitũ habuit esse pteritũ añ pteritũ. Sic etiã licet nullũ sit hois indiuiduum qn esse cœperit cũ prius non fuisset: quia tñ indiuiduũ hois est ante indiuiduũ in infinitum scdm phi losophum: ideo secundum eũ homo non incepit esse cũ penitus non pfuisset, sicut nec tempus. Et est simile de partib⁹ temporis & indiuiduor hominis: quia sicut tempus pteritum simpliciter ha buit esse per quodlibet nunc & tũc: sic & homo & similiter species qlibet per quodlibet indiuiduũ suum. Et ideo scdm philosophum species equi non sic incepit esse quin semper pfuit: quia nunq in cepit eẽ vnum indiuiduũ eius quin aliud pfuit in infinitũ. qm speciei inceptio simpliciter nõ potest argui ex inceptione vnius aut cuiuslibet indiuidui sui secũdũ se, cum non pfuisset: sed solummodo ex alicuius indiuidui eius inceptione: cum nec ipsum nec aliud idiuiduũ illius speciei pfuisset, cũ pcedẽti ei speciei inceptiõe bene stat speciei æternitas: licet nõ cũ ista vt patet ex dictis. Et sic secũdũ philosophum celo & elementis existentibus sempiternis, equus potuit generari ab equo præceden te & homo ab hoie in infinitum absq omni repugnantia naturæ rei: vt non sit omnino ponere pri mum hominem aut primũ equũ. Immo qd plus est, secũdum philosophum impossibile est i quacũ q specie aliquod indiuiduum ponere qd nõ pcessisset aliud eiusdem speciei. & hoc siue in ppagatis in quibus non potest vnum procedere de potentia ad actũ nisi per aliud pcedẽs sue speciei: siue etiã in aliis quorum indiuidua pduci possunt virtute cæli solius. Cuius ratio est secũdum phm, q pri mum agens & mouens semp est & semper fuit agens & mouens. Ex quo ergo egit & mouit tẽpore infinito: impossibile est q habeat nũc aliquã virtutem aut dispositionem siue aspectum producẽdi aliqd indiuiduũ, quin prius habuerit consimilem virtutem pducendi simile: qd & eadẽ ratione p duxit. & hoc infinities in infinito tpe qd pcessit. Vt ideo secũdũ ipsum, qcũq species, quæcũq opi niones aut leges: religiones: sectę aut hereses sunt modo: infinities pcesserint: & circulariter eadem specie reuertent in futuro: & qualiacũq nũc sunt, talia infinities futura sunt, & similiter pcesserũt quis eor pter antiquitatẽ nõ restat memoria. Et sic si omes species quarum indiuidua generan tur p propagationem, possent generari a solo cælo: & species reparari omnibus indiuiduis suis ali quando corruptis: adhuc eadem ratione non contingeret ponere primum indiuiduum: quia infi nities secũdũ philosophum quælibet species talium fuisset corrupta oino & iterũ reparata. Omia Sententia au
Q ista ex falsa suppositione procedunt. s. q species rerum sunt eternę, & nulla noua nisi quatenus de ctoris.
pendet in esse ab indiuiduis gñabilibus & corruptibilib⁹, qd nec rerũ nature, nec rectę rõni cõcor dat. de creatura em alias sepi⁹ declarauim⁹ q nõ põt fuisse æterna. Si. n. potuisset fuisse eterna, absq icõueniẽte ex natura rei poni posset ab eterno fuisse: & si fuisset ab æterno, cũ secũdũ phm i æternis non differunt esse & posse, impossibile fuisset ab æterno actũ distantẽ fuisse a potentia: & sic impossi bile fuisset ipsam incepisse de nouo: quia per infinitum tempus precedens actus fuisset distãs a po tentia. Et sic ex alibi determinatis supponimus impossibile q ponantur celum, elementa, & cætera quorũ species subsistit in vnico indiuiduo, fuisse semp & ab æterno. de quo nõ qrit ista quæstio: sed suppositio q illa fuerint ab æterno: vtrũ secundum fundamẽta Aristote, necesse sit ponere q homo generauit hominem semp ex parte ante in infinitũ. Vbi duo sunt consideranda. Primũ: si omni ho mine aut equo corrupto incendio vel diluuio: virtute cæli possent reparari de terra. Secundum: si secũdum naturam rei possit poni cælo existẽte æterno hominem semper fuisse ab homine, equum ab equo, absq aliquibus primis equis & primis hominibus ante quos nulli. De primo istorum dat

Aríſtoteles dubiã ſiſiam:vbí dícit ſecundo politic.in fine.Veriſimile primos ſiue terrigenę erant,ſi ue ex corruptione quadam ſaluati ſunt:ſimiliter eſſe & contingẽtes & inſenſatos. Et probat ꝑ hoc antiquas leges eſſe mutandas:eo videlicet ꝙ homines illi per quos primo ciuitates ſunt conſtructæ & leges inſtitutæ poſt vniuerſalẽ deſtructionem viuentium vl̃i díluuio ignis aut aquæ: erant qua leſcũq; in moríb⁹ & fatui ſenſib⁹.Propter qđ leges irrationabiles inſtituerũt:& hoc ſiue poſt illã vni uerſalem deſtructionẽ fuerint illi hoíes terrigenę:ideſt geniti de terra a ſole: qđ quęrit q̃ſtio noſtra ſiue ex corruptione vl̃i in qua totũ genus humanũ perierat,ſaluati ſunt:ſicut Noe ſaluatus eſt per arcam tempore vniuerſalis diluuii aquæ: & Deucalíon per aſcẽſum montis tempore díluuíi ígnis qđ fuit in Greçia. Dícũt autẽ aliqui tenentes vnam partem:videlicet ꝙ virtutes cæli & ſtellarum R cõmixtę víribus elementorũ omnia formant & perficiunt:& ꝙ non indígetur ꝓpagantibus niſi ꝓ pter cõmodíus & frequentius generari: quẽadmodum expertum eſt de muribus primo genera tis de terra:q poſtmodum generant ꝓpagando.Sed quícquid ſit de aliis,hoc nullo modo poteſt po ni de hominibus,qm̃ non minus perfecti generanť homines ꝓpagatiõe q̃ generarenť a ſtellis,quía melíora fométa interiora dant ꝓpagantes q̃ darent ſtellæ. Sed videmus tantã imbecillitatem ĩ ſta tim generatis a propagantibus,ꝙ niſi foueanť exteriusarte & ingenio propagãtium , inedía & fa me eos mori neceſſe eſt:& ſic etiam ſi generarẽtur a ſtellís:quia ĩ cõſimíli imbecillitate aut maiore ab íllís generari neceſſe eſſet:cum non haberent fouentes,mori eos neceſſe eſſet prius q̃ ad perfectío nem peruenirent: & ſic per generatos a ſtellís genus humanũ reparari non poſſet:& quod ampli⁹ cũ natura ſcđm plm non deficit in neceſſariis,ſi ſtellis eſſet indita a natura vis hominũ generati ua:prouidiſſet eis de fouentibus eos poſt generationẽ.Quare cũ in hoc non prouidit eis:non eſt po nendum ꝙ habeant naturam generatiuã hominũ:& hoc conſimíli ratione qua ꝓbat philoſophus in fine de aía, ꝙ a ví vegetatiua nõ habet eſſe principiũ motus ſecundũ locũ,quia tunc natura ꝓ uidiſſet plantis in quibus eſt vis vegetatiua,inſtrumenta quibus mouerentur localiter.Et eadem ratíone probať ꝙ nec animalía ꝑfecta plurima,quoꝝ fœtus índígent nutrítione parẽtum, a ſtellis generari poſſent.Propter qđ q̃uís ſtellę ſufficiẽrer mouẽt ad ſpecies mixtoꝝ inanimatorum & ter ræna ſcentium & plantarũ:& ſimíliter animalíũ in corpore cõſimílíũ:vt ſunt ſerpentes & vermes: & ſimíliter aíalium imperfectorum non multũ díſſimilium:ſicut ſunt mures & veſpertílio nes:ta men non ſufficíenter mouent ad ſpecies animalíũ perfectoꝝ:nec in homine ad tam nobilẽ for mã mixtí:qualem requírit ſibí ſubiectã ín corpore qđ debet informare anima rationalis,Propter qđ po nendũ eſt:ꝙ quantũcũq; fuerit díluuiũ aquę aut ígnis:ſemꝑ deus aliquibus hoíbus ꝓuidit ſaluatío nis remediũ:vnde alíí ꝓpagarenť : & q̃uís ponamus nunq̃ díluuium generale fuiſſe níſi aquæ tem pore Noe:nec futurũ eſſe níſi ígnis ĩ die iudicíi:& hoc nõ naturaliter ſed poti⁹ miraculoſe. De ſe S cundo ergo prę míſſorũ reſtat perſcrutãdũ:Dicendo ꝙ philoſophus q̃uís ſecundũ prædictũ modũ ponat hominẽ ab homine procedere in infinitũ ex parte ante:tamen cum hoc ponit ꝙ naturaliter ſimplíciter & eſſentíaliter ſemen potius ꝓcedit ab homine q̃ homo ex ſemine.dicit enim.xii.meta. in reꝓhendendo illos qui dixerunt ꝙ principía rerũ non ſunt bonum aut nobile:quía ſunt imper fecta vt rerũ ſemína:ſed bonũ & ꝑfectum eſt in illís quæ ſunt ex eis:quia ſunt entia perfecta,vt plan tę & animalia.contra quos dicit ſic.Non eſt verum quod æſtímant quía ímperfecta vt ſemina non ſunt abſolute príncípia perfectorum ſed ecõuerſo.Semína enim ex quíbus ſunt entia perfecta,ſunt ex aliis præcedentibus perfectis,Primum enim vt dicit non eſt ſemen factum ſed a líqd perfectum. Verbi gratía:hominem oportet eſſe ante ſperma,non illud qđ fit ex hoc ſed alíud ex quo fit ſemen vt ſecundum hoc oporteat hominẽ eſſe ante ſperma:non illũ q fit ex ſpermate:ſed alíum ex quo fit ſperma.Ex quo patet ꝙ q̃uís philoſophus íſte ex fundamentís ſuís quibus principaliter ínnitebať T nõ poſuit hominẽ ante quẽ nullus:ſed ſemꝑ fuiſſe hoíem ante hominẽ:& hoíem ex ſpermate & ſper ma ex homine in infinitum:hic tamen ipſa veritate coactus aperte ponit ꝙ ſecundum veritatẽ & naturam rei ſimpliciter & naturaliter homo príus factus eſt ſemine:& hoc eſſentíali non acciden tali ordine:vt licet hoc ſemen præcedat hunc hominem factum ab íllo:hoc non eſt níſi quía hoc ſe men præcedit alíus homo ex quo habet eſſe illud ſemen:vt ſecundũ hoc quẽadmodum íſte homo præcedit illum accidentaliter:& ſimíliter accidentaliter hoc ſemen præcedit hunc hominem q fa ctus eſt ab illo:q̃q̃ homo ſimpliciter præcedat ſemen ſimpliciter eſſentiali ordine. Quare cũ ita ſit ín rerũnatura:& ꝙ primũ ordine eſſentiali non habet fieri naturaliter ex poſteriore:ſed ecõuerſo:id enim ex quo fit alterum,inquantum hmõí,eſt principiũ illi⁹ qđ fit ex eo:ſpecies ergo hominis aut equi ſimpliciter nõ habet fieri ex ſemine ſimpl̃r,hoís aut equi:licet nõ níſi ĩ índiuíduis eorũ:ſed ecõ uerſo,exigente hoc ordine eſſentiali,Quare cum licet in ordinatis accidentaliter proceſſus põt ire

in infinitum:in eſſentialiter tamen ordinatis vt probatur ſecundo metaphy,neceſſe eſt ponere ſtatũ.Quantũ eſt ergo de ratione ſpecierũ hominis & ſeminis & indiuiduorũ ipſoꝝ ſimpliciter ſtatus eſt: vt nõ ſemper procedat homo ex ſemine & ſemen ex homine:ſed ſimpliciter ſemẽ ex hoīe:& hoc
V in aliquo indiuiduo,hoc ſemine ꝓcedente ex iſto hoīe q non ꝓceſſit ex ſemine. Simpliciter ergo ꝓ ductionem hominis facti ex ſemine ſicut & ꝓductionem ſeminis reducere oportet ad productionẽ hominis facti non ex ſemine:& ideo ex aliqua alia ſua cauſa efficiente immediate aut cęleſti corpo re aut aliqua alia non cæleſti corpore,vt iam habitũ eſt,ergo a deo:& hoc non ſecundum ſpeciẽ ſeparatã:ſed in aliquo eius indiuiduo vno vel plurib9.Sic ergo etſi cælũ & elemẽta eſſent ętherna,q̃ i ſingulis indiuiduis facta fuiſſent a deo:tamẽ neceſſe eſt ponere aliquẽ vnum hominem aut plures immediate factos a deo:ante quos nulli & a quib9 cęteri.Quare cũ vnus homo vel plures idem nu mero nõ potuerũt facti fuiſſe ab ętherno:quia certa eſt periodus totius vitæ generabilis & corrupti bilis:neceſſe eſt ergo hmõi indiuidua a deo incepiſſe:cum nec ipſa nec alia indiuidua hominis præ ceſſiſſent.Et eadem ratio eſt de omnibus perfectis quæ immediate a cęlo produci nõ poſſunt:& ſic
X neceſſe eſt ſpecies omniũ talium incepiſſe cũ prius non fuiſſent.Non ẽ ergo verũ qđ dictum eſt ſupra ſecundum philoſophum:ſpecies generabiliũ & corruptibilium non eſſe cauſatas niſi per generationẽ vnius ab alio & a cęlo ex potẽtia materię,imo neceſſe eſt ipſas imediate cauſari a deo in aliquibus ſuis indiuiduis:& tunc primo ex ſemine illorum cũ virtute cæli produci indiuidua conſimilia in ſpecie ex materia:& aliter nõ.Et per hũc modũ cũ in diuerſis actus ſimpliciter ꝑcedat potẽtiam : licet potentia in hoc,præcedat actũ in illo:vt licet potentia in hoc ouo præcedit tempore actum in gallina ex illo generata:& ſic tempore ꝑcedit potẽtia actum:& actus in hac gallina potẽtiam in ouo ex quo alia gallina eſt generanda:hoc tñ nõ procedit in infinitũ,immo neceſſe eſt ſtare in gallina quæ non habet eſſe ex ouo:ſed quæ præcedit omne ouũ & oẽm gallinã generatã ex ouo & ſic actus ſimpliciter neceſſario ꝑcedit potentiam tẽpore.Qđ etiam ipſe Ariſtoteles teſtat eſſe neceſſarium.ix.metaphy.vbi dicit ꝙ licet in eodẽ ſecũdum numerũ qđ de potentia procedit ad actũ potentia tẽpore pręcedit actũ:idẽ tamẽ ſecundum ſpeciem in aliquo indiuiduo exiſtit in actu pri9 q̃ aliquod aliorum exiſtit in potẽtia,dico materiæ:vt ex qua aliquid procedit de potẽtia in actum.
Y Q2 ergo arguitur primo:ꝙ ſecundum philoſophũ homo ſemper generatur ab homine: Dicendũ Ad arg. prĩ.
Z ꝙ reuera hoc erat de mẽte ſua:ſed non eſt verum vt dictũ eſt. AD ſcđm:ꝙ formę in potẽtia in ma Ad argumẽ.
teria,ſunt actu in motore primo &c.Dicendũ ꝙ verum eſt appellando motorem primum deũ.Oia in oppoſi.
enim anteq̃ fiant ſunt in actu in eius notitia:& in eius ſubſtantia ſecundum rationes ideales & perfectionales vt habitum eſt ſupra:& bene poteſt ex materia omnia producere immediate:ſecundũ ꝙ produxit,vt habeť Geñ,primo,Sed hęc non eſt intentio philoſophi:q intendit ꝙ non poteſt ꝓducere aliquid qualitercũq exiſtat in ipſo,niſi mediante motu cæleſti:ſecũdũ ꝙ dicit Cõmẽ,viii,phy. Voluntas antiqua nihil nouũ facit niſi mediante alio antiquo,ſ,motu cęleſti.Et ſic argumẽtum in tẽdit concludere ꝙ motor primus naturali curſu mediante cælo poſſet omnia ex materia producere:vt nõ ſit opus hominẽ ſemp generari ab homine.Et eſt dicẽdũ: ꝙ licet oĩa ſint actu in prio motore q̃ ſunt in potẽtia in materia:non tamẽ ſic qn oportet vt perfecta ſint primo ab ipſo producta immediate ſicut & cælũ,& tunc mediante cælo & mediantibus perfectis ex materia producit i diuidua conſimilia in ſpecie vt dictum eſt.

A  Irca tertiũ arguiť ꝙ nobilis ſemp ꝓcedit ab initio ab aliquo nobili:quia cã ſemp Quæſt,xviii.
nobilior eſt ſuo effectu,ergo quanto quis recedit a primo ſtipite:tanto eſt min9 Argu.prin.
nobilis ſtipite,ergo &c. IN cõtrariũ eſt phs ſecũdo rhetо. Dicendũ ꝙ ſecundũ In oppoſitũ.
philoſophũ prio politic.Nihil aliud q̃ virtus & malitia determinant ſeruũ & li- Reſponſio.
berũ:& nobiles & ignobiles. Sed hoc nõ ẽ tã aſpiciẽdo ad habit9 gñatos,q̃ ad naturales diſpoſitiones ꝙbus hoīes nati ſunt recipe eos:vt habeť ſcđo Ethi,nec tam aſpiciẽdo ad diſpoſitionẽ hmõi vt habita eſt abſolute ab aliquo:q̃ vt diu tracta eſt ꝑ mlťos medios ab antiqs ꝓgenitorib9 nobilibus:q ꝓpter naturalẽ nobilitatẽ q̃ bñ vſi ſunt in actus nobiles exercendo:& ꝑ hoc habitus nobiles acquirẽdo:meruerunt præfici populis,& poſt hęredes ſui iure hęreditario.Et ſcđm hoc plis determinat ꝙ nobilitas reqrit antiqtatẽ.Cũ ergo q̃riť vtrũ nobilitas gñis ꝓcedat ab aliq̃ nobili an ignobili:Dicẽdũ ꝙ ſi loq̃mur de nobilitate ſimplr ſcđm naturã rei:ſic nõ oportet ꝙ nobilis ꝓcedat a nobili,imo ignobilis natura & moribus bñ põt gñare nobilẽ natura:q bono vſu naturæ fit vere nobilis habitu:ſicut ecõuerſo a vere nobili poteſt procedere vere ignobilis: vt
B iam diceť.Si vero loquamur de nobilitate generis ſecundũ quã vulgo ſolent appellari nobiles,qui ſę pius ſecundũ rei veritatem multum ſunt ignobiles:ſic nobilitas includit antiquitatem.Et tũc diſti

ad diligentiam adhibendum circa custodiam correpti possit inducere, per quam forte poterunt ipsum in suo peccato comprehẽdere. Ad quod tamen probandum non essent testes idonei nisi plures simul comprehenderẽt in eodem facto secundum numerum. Nec licet ad cognoscenda peccata aliena explorare, dicente Augustino in sermone prædicto. Admonet nos dominus noster non negligere inuicem peccata nostra, non quærendo qđ reprehendas, sed vidẽdo quid corrigas. Vnde post secretam monitionem si testes desunt qui sciunt peccatum, negotium vlterius deo debet committi cui de occultis committenda sunt iudicia. & hoc maxime inquantum de peccato occulto q̃rit correctio proximi prout vergit in nocumentum ipsius personale. De peccatis autem quibusdam occultis quæ etiam vergunt in detrimentum proximi & reipublicæ, dicunt aliqui: q̃ si delinquens nõ corrigatur ex secreta correptione, tunc debet tale peccatum prælato denunciando reuelare: & hoc quærendo de peccato illo correctionem delinquẽtis prout vergit in nocumentum publicum. Sed licet istud licitum esset, quia tñ in hac denunciatione non quæritur principaliter bonum delinquẽtis, sed publicum, ipa non pertinet ad pręceptum de fraterna correptione, in qua principaliter q̃rit bonum delinquentis. Vnde & fraterna correptio pertinet ad virtutem charitatis, & est de effectib⁹ eius: illa autem denũciatio & correctio intenta per ipsam pertinet ad virtutem iustitiæ, non priuatę sed publicę. & est de operibus eius. Illud autem exemplum qđ August. inducit in regula de vulnere corporali. Si autem frater tuus habet vulnus &c. Dicendũ q̃ August. sicut patet inspicienti literam secundum iam exposita, loquitur ibi de silentibus & non vocantibus testes, cum eos habere possunt ad arguendũ corã illis, vt si non emendetur correptus dicatur prælato tanq̃ medico spirituali. Quo ad hoc siquidem bene simile est q̃ iste crudeliter fileret in proposito, sicut crudeliter sileret vulnus fratris qđ vellet occultare in corpore. & secundum hoc processit primũ obiectũ principale ad q̃stionẽ adductã. Nec est simile quo ad hoc: q̃ sicut vulnus corporale qđ vulneratus vult celare oñino debet reuelare corporali medico ignorãti, licet illud solus sciat: sic vuln⁹ spirituale qđ vulneratus vult celare medico spirituali, vt prælato ignoranti reuelare, licet illud solus sciat, quoniam vulnus corporale non infamat, sicut facit vulnus spirituale: & propter solam famam custodiendam qđ quis solus nouit nulli debet reuelari. quia qđ est secretum quando solus nouit, postq̃ alteri reuelasset iam secretum non esset, & infamia inciperet. AD secundum argumentum principaliter inductum ad argumentum: q̃ Balliuus potest corripiendum a se nõ correptum præsentare regi vt ab ipso corripiatur: ergo & subditus corripiendum a se nõ correptum potest præsentare p̃lato vt ab illo corripiatur: & sic reuelare factum illius absq̃ monitione secreta pręcedẽte: Dicendũ q̃ non est simile, quia Balliuus neminẽ põt aut debet corripere nisi confessum, aut cõuictum per testes in publico iudicio, vel cuius factũ omnino est notorium. & sic sua denunciatio qua præsentat eũ regi puniendũ non infamat, sicut faceret denũciatio facta p̃lato, propter qđ vt dictũ est ista nullo modo est licita sicut illa. Est igitur ex eo qđ dictũ est iam secundũ Aug. Vbi cõtigit malũ ibi moriatur: Sciendum q̃ malũ aliq̃n contingit in secreto coram vnico solo. Aliquando cõtingit publice corã populo. Aliquando cõtingit medio modo coram duobus, vel tribus, aut aliquantulũ plurib⁹ paucis tamen. Et secundũ hoc qđ fit in secreto coram vnico, in secreto vnico corripiente solo si fieri potest moriatur. Qđ vero fit corã omni populo publice, publica correptione facta corã omnib⁹ moriatur. Qđ vero cõtingit coram duobus, aut tribus, aut pluribus, paucis tamen: si non mortuum fuerit vno solo corripiente secreto, moriatur vno corripiente coram vno, aut duobus, aut tribus, nunq̃ tamen coram illo qui non prius id aliunde q̃ a corripiente sciat.

Ad arg. i op.

VIrca tertium vero nullum proponebatur argumẽtum: & ideo statim respondẽdũ est ad ipm secundũ formam qua propositum est. Dicendo q̃ postq̃ vere sponsalia præcesserunt verbo & mente contracta, licet affectu venereo ad hoc fuit adductus: qđ nullatenus veritatem sponsalium impediuit: & post talia sponsalia carnalis copula est subsecuta: in qua non expresse cognouit se dissensisse in copulã cõiugalẽ: nec consensisse: præsumendũ est ex facto copulæ carnalis q̃ cõsensit in copulam coniugalem. Præsumendum dico & a seipso ĩ conscientia sua, q̃. s. implicite consensit, & etiam ab ecclesia tali psumptione cõtra quã nullam admitteret exceptionem in contrarium, sed sentẽtiãdo iudicaret verum esse matrimoniũ perfectum & cõsummatũ. Quare cũ tali modo astrictus vxori non habet potestatem subtrahendi se a consortio mulieris, defraudãdo eã debito qđ habet in eius corpore, sicut nec ecõuerso, dico sine suo consensu amborum: dicente Apost. i. Corin. vii. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier: propter quod nec possunt nec debent sibi in hoc defraudare nisi ex mu

Quæ. xxix. Responsio.

tuo conſenſu amboꝝ,ſecundum q̄ continuo ſubdit Apoſtolus. Nolite fraudare inuicem niſi forte ex conſenſu ad tempus,Super illud,Vir debitum reddat,Gloſſa,Poſtq̄ coniūcti fuerint, & ſuper illud,Poteſtatem non habet. Non ſibi alterutri negent,Poſt copulam enim carnalem neuter habet poteſtatem corporis ſui ad vſum ſui corporis denegandum alteri,Propter quod dicitur Roma.vii. Quæ ſub viro eſt mulier,viuente viro alligata eſt legi viri,& ſimiliter econuerſo,quia in hoc pares ſunt,vt dicit Gloſ.i.Corin.vii.ſuper illud,Nolite fraudare, Gloſſa.i.ſubtrahere debitum,vt etſi alteri eorum perpetua continentia placeat,niſi ex alterius conſenſu nō poſſit. Vnde nec q̄rere debet occaſionem diſſolutionis,dicente Apoſtolo in eadē, Alligatus es vxori: noli quærere ſolutionem. Gloſſa.Etſi inſtet neceſſitas. Propter quod dicit Apoſtol⁹ ibidē,Pręcipio nō ego,ſed dominus,vxorem a viro nō diſcedere.Intellige nec econuerſo.Idcirco dicendum q̄ talis religioni per votum nullo modo potuit ſe aſtringere,nec poteſt in ea permanere niſi obtento eius expreſſo conſenſu ſecundum ordinationem eccleſiæ,ſed oportet ipſum ad ſæculum reuerti,& matrimonium cum illa ſolennizare & tractare affectu matrimoniali.Sed q̄q̄ ſponſalia præcederent,& carnalis copula ſequeretur,ſi conſenſus non interueniret,non eſſet matrimonium quantum ad deum:nec etiam quantum ad eccleſiam,ſi conſtaret eccleſiæ q̄ conſenſus non interueniſſet,vt extra de ſponſalibus. cap.Tua nos.Sed poſtq̄ illud eccleſiæ conſtare non poteſt,ſtabit pro eo qđ ei factum conſtat.

Quæſt.xxx.

Quæ.xxxi. Arg.prī.

SEquuntur quæſita circa ſubditos eccleſiaſticos non religioſos.Et erant duo.Primum pertinens ad boni temporalis adeptionem,vtrum beneficia eccleſiaſtica legitime conferuntur pueris ſcientia vel ætate.Secūdum pertinēs ad boni temporalis ſubtractionem:vtrum clerici teneantur ad exactiones quas laici ſoluunt ciuitatib⁹ & dominis temporalibus. CIRCA primum arguitur:q̄ beneficia eccleſiaſtica non legitime cōferunt pueris ſcientia vel ętate,quia Orige.ſuper Exodū.xviii.dicit.Ad hoc ſolū miniſtri eccleſiæ debēt ſumere tēporalia vt miniſtrēt ſpiritualia.q̄re cū tales pueri ſpiritualia miniſtrare nō ſufficiāt, qa miniſtratio eoꝝ reqrit ætatē & ſcientiam,ergo &c.

Reſponſio.

DIcendum iuxta illud qđ dicitur extra de præbendis.Superiordinata.Cū illi ſint in eccleſia idonei reputādi qui ſeruire poſſunt & volunt in ipſa,conſultationi tuę taliter reſpōdemus:q̄ pueri & beneficiati qui non poſſunt in eccleſia deſeruire,in eadem non debent idonei reputari.Et ſi non idonei,quare nec legitime conferuntur eis quæ non niſi idoneis ad ſeruiendum debent conferri,extra de ætate & qualitate ordinandorum.Ex ratione.Indecorum eſt q̄ hi debeant eccleſias regere qui non nouerunt gubernare ſeipſos , cum tm̄ ad regimen eccleſiarum tales perſonæ ſint admittendæ,quæ diſcretione præmineant , & morum fulgeant honeſtate.Nota q̄ dicit Qui ſeruire poſſunt & volunt,quia licet poſſent,ſi tamen vellent vagari,& nō cōtinue in eccleſiis ſuis reſidere,beneficia non ſolū nō ſunt eis conferenda,ſed collata ſunt eis deneganda,ſicut & alia priuilegia in fauorē diuini officii eis conceſſa.xvi.quęſtio.prima,Generaliter.Eos tm̄ monachos & clericos huiuſmodi beneficium habere ſancimus, qui ad ſacroſanctas eccleſias vel monaſteria permaneant,non deuagantes, nec circa miniſteria deſides,cum propter hoc ipſum beneficium eis indulſimus,vt aliis omnibus derelictis dei omnipotentis inhæreant miniſteriis,Quales reuera non ſunt pueri ſiue ætate ſiue moribus.Propter qđ dicit Bernardus in epiſtola ad Theobaldum comitem,Honores & dignitates eccleſiaſticas non ignoro deberi his qui eas digne ſecundum deum ad miniſtrare & velint & poſſint.Porro eas acquiri paruulo veſtro precib⁹ meis,vel veſtris, nec vobis nec mihi tutum eſſe noueritis.Et ſi nec honores,nec dignitates:quare nec alia beneficia inferiora indignis & inidoneis ad illa,tutū eſt acquirere,quare nec conferre,quia non expediret illis , cum on⁹ debitum beneficio portare non poſſent.Qđ ſi ſentirent beneficia conferentes,non darent ea pueris ſcientia aut ætate,nec ipſi pueri acceptarent,Sed quia ad honorem reſpiciunt & conferentes & recipientes,non attendentes ad onus:ideo cōtingit illud quod dicit beatus Bernardus in epiſtola ad Henricum Senoneñ.archiepiſcopum.Multi non tanta fiducia & alacritate currerent ad honores ſi eſſe ſentirent & onera:grauari profecto metuerent,nec cum tanto labore & periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum . Nunc vero quia ſola attenditur gloria & non pœna, purum eſſe clericum erubeſcunt in eccleſia qui quocunq; eminentiori loco non fuerint ſublimati.Scholares pueri & impuberes adoleſcentuli ob ſanguinis dignitatem promouentur ad eccleſiaſticas dignitates:& de ſub ferula tranſferuntur ad principandum preſbyteris,lætiores interim q̄ virgas euaſerint, q̄ q̄ meruerint principatum. Nec mirum : qui necdum in ſemetipſis exper-

ti sunt. Videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupitæ sarcinæ submiserunt non solum non gemere tanq̃ sub onere: sed semper appetere plus onerari, tales qualiscunq; ætatis sunt, beneficiis indigni sunt & pueri maledicti. de quibus dicit ibidem. Docti sunt vendicare altaria: subditorum marsupia vacuare: ministris in hac disciplina vtentes idoneis ambitione & auaritia. Verum quantauis industria tua tibi lucra tua conquirere, tibi cautulus videaris: quantalibet vigilia possit seruare tua, quantolibet studio regum ac principum gratiam tibi aptare cures: dicimus tamen, væ terræ cuius puer rex est. Et vt dicit in fine tertii ad Eugenium, O miserandam spõsam talibus creditã paranymphis: qui assignata cultui eius, proprio retinere quæstui nõ verentur non amici profecto sponsi, sed æmuli sunt. Reuera ista modo implentur in ecclesia, cum pueri vtroq; modo ad summũ sacerdotii gradũ promouentur. vnde dolendum. Sed inter pueros distinctio adhibenda est. Licet eñ pueris scientia & moribꝰ beneficia ecclesiastica nullatenus sint conferenda, quantumcũq; adulti fuerint ætate: pueris tñ ætate, sed adultis sciẽtia & moribus quibus iam actu sunt prædiri propria acquisitione, cum prærogatiuo diuino auxilio, vel per miraculum virtute ætatẽ supplentibus beneficia legitime conferuntur, secundum q̃ dicit Bernar. ibidẽ. Nec dicimus quam cunq; ætatem dei gratia præmaturam, sicut nec seram: cum multos videamus iuniorum super senes intelligere, moribꝰ antiquare dies, præuenire tempora meritis: qđ ætati deest compensare virtutibꝰ. Quorum iuxta cõmonitionem apostoli nemo contemnat adolescentiam. meliores bonæ indolis adolescentes inueteratis dierum malorum. Puer centum annorum maledictus est: & eregione senectus venerabilis non diuturna nec̃ numero annoꝝ computata. Sicubi hmõi puer senex promotus inuenitur opus dei est, his qui tales non sunt mirandum non imitandum. Vnde et siqui tales, sunt fugiunt ab oneribus reputantes se impares illis. dicente Ambro. super illud psal. Voluntaria oris mei. Excusabat se Hieremias dicens. Ecce domine nescio loqui, quia puer ego sum. Verecũ de propheta ætatem corporis prætendebat, ne in exequendis cælestibus imperatis impar adolescentia deprehenderetur. Sed deus qui morum magis q̃ annorum cõsiderãdã iudicauit ætatem, & in iuuenili corpore maturitatem robustę sapientiæ in suo seruulo præuiderat, ait. Noli dicere quia iunior sum ego. Sed heu hodie contingit econtra illud qđ dicit Bernar. Vbi supra. Curritur in clero passim ab omni ætate & ordine a doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas curas: tanq̃ sine curis

Z iam quisq; victurus sit, cum ad curas peruenerit. AD duo decreta in oppositum, dicendum q; secundum q; patet inspicienti, loquuntur de pueris promouendis in religionibus monachorũ: vbi domino famulantes, de cõibus bonis viuunt: qui bene pro ætate sua seruire sufficiunt, licet nõ in ecclesiasticis beneficiis: in quibus seruire oportet non tam deo in se, q̃ in fidelibus suis deseruire. ad quæ nequaq̃ essent idonei nisi forte beneficia essent tã modica & sine cura q; sufficere possent ad ea deseruienda in minoribus ordinibus: ad quos iura eos promoueri permittunt. Ad decreta.

A Lrca secundum arguitur: q; clerici teneantur ad exactiones. quoniam clerici cũ sint pars ciuitatis tenentur ad illa per quæ meliorat ciuitas in qua morantur. per hmõi autem exactiões melioratur ciuitas. ergo &c. In cõtrarium sunt iura canonica. Dicendum q; clerici aut sunt mercatores negotiantes cũ laicis, sicut cæteri laici, aut non. Si primo mõ, dico q; de q̃stibus & negotiationibus suis tenẽtur ad exactiones publicas sicut laici, vt extra de vita & honestate clericorum capitulo vltimo. Ex literis Põtini comitis intellexim⁹ q; quidam clerici terræ suę potius sæcularibus negotiis q̃ officiis diuinis intendunt: & gaudere volentes priuilegio clericali nolunt statutis patriæ in negotiationum suarum quæstibus subiacere. Mandamus quatinus si tales a te tertio moniti ab hmõi non resipuerint, sed negotiationibus institerit supradictis, cum facto abiiciant priuilegium clericale, tu quo minus cum his se implicant, de suis facultatibus statutis & consuetudinibus patriæ subiaceant nõ defendas. De cęteris autem bonis suis tam mobilibꝰ q̃ immobilibꝰ non tenentur nisi sicut cæteri clerici qui non se ĩplicant his. de quibus super illud, Cũhis se ĩplicant. Glossa dicit. Quasi dicat: si non ĩplicant se, priuilegio ecclesiastico gaudebũt in rebꝰ suis sicut in rebus ecclesiæ. quia res clericorum & ecclesiarum eodẽ priuilegio gaudent. vt. xii. quæst. secunda. Ecclesiarum. De immobilibus tamen suis tenẽtur ad tributa debita sicut & laici. xi. quęstio. prima. Si tributum petit imperator, agri ecclesiæ soluant. Vnde Augustinus super illud psal. Principes persecuti sunt me gratis. Quid enim Christiani læserunt regna terrena? Nunquid eorum rex milites suos prohibuit impendere & exhibere quæ debentur regibus terræ? Nonne de hoc sibi calumniãtibus Iudæis dixit: Reddite Cæsari q̃ Cæsaris sunt: & deo quæ dei sũt: Quæst. xxxi. Arg. princ. In oppositũ. Resp̃sio.

Henrici a Gandauo

Nonne tributum de ore piſcis & ipſe perſoluit? Nonne præcurſor eius militibus regni huius quid facere deberent pro æterna ſalute quærentibus non ait: Cingulum ſoluite: arma proiicite: regem veſtrum deſerite vt poſſitis deo militare! Nonne vnus militum eius dixit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit! & poſt ait. Ideo enim tributa præſtatis. Miniſtri enim dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Vbi dicit Gloſ. ſuper illud. Præſtatis. Ad oſtendendū ſubiectionem quaſi dicat, non reddetis, quia reddent ſoluendo dum in defenſione pugnant pro patria. SECVNdum iura autem B
ciuilia tenentur ad itinera conſtruenda, & ad refectiones pontium etiam de ſuis, etſi non negotientur. & hoc maxime ſi prope itinera & pontes hæreditatem habent. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Ad inſtructiones. Dum tamen non habeant communes facultates & ſufficientes ad talia: nec fiant conſtructiones & refectiones pręterneceſſariæ: quia ad voluptuoſas non tenentur. Sed ad exactiones extraordinarias non tenentur clerici, ſicut nec eccleſiæ. xvi. quæſtio. prima C
Generaliter. §. Nouarum collationum & ſordidorum munerum immunitatem acceperunt. Vnde Conſtantinus cunctis clericis ſcribit. Iuxta ſanctionem quā dudum meruiſſe perhibemini, fundos mancipia veſtra nullis nouis collationibus obligabunt, ſed vacatione gaudebitis. Et. c. Placet. Nil præter canonicam illationem niſi quā aduentitiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcerit eius functionibus aſcribatur. Super illud, Sordidorum munerum. Gloſſa dicit. Vt calcis coquendæ arenæ fodiendæ. & appellatur hoc munus onus cum neceſſitate faciendi impoſitum. Super illud Nouis collationibus. Gloſſa. Extraordinariis, vel ſuperinductis repentino caſu. quia nouas collationes non poſſunt laici ab ipſis petere propter aliquas neceſſitates, puta ad collectam quæ fit pro communi vtilitate laicorum dum non tangit clericos, videlicet pro debitis ſoluendis, pro libertatibus priuilegiorum, aut mercationum ipſorum laicorum. Qz enim ad talia non tenentur, habent ex ſtatutis papæ & imperatorum, vt patet ex dictis. Quæ non minus immunitatem eccleſiis & clericis modo conferunt cum ditati ſunt, q̄ hactenus conferebant cum pauperes erant. Dicta enim ſtatuta pro eis edita erant non in fauorem perſonarum, aſpiciendo ad indigentiam eorum maiorem vel minorem: ſed ſolummodo aſpiciendo ad dignitatem ſtatus & ordinis. Quæ quia eodem modo manent, ſiue eccleſiæ & clerici diuites ſint, ſiue pauperes propter hoc eodem modo vigorem habent ad ipſos defendendum a dictis exactionibus. quia manente cauſa ſtatuti, & ſtatutum. Vnde ad vnguem tenenda ſunt huiuſmodi ſtatuta, & incurrit vitium qui vult ea mutare, clericos aſtringendo ad prædictas exactiones pro eo q̄ iam ditati ſunt quia in hoc non ſeruaret, ſed mutaret intentionem ſtatuētis. Vnde nec habet in hoc caſu locum epyeices: qui nihil habet facere niſi q̄ legem datam in generali applicat & ſpecificat ſecundum particularia. ſed non ſecundum quæcunq̄ particularia, quia non ſecundum illa quæ contrariantur intentioni Legiſlatoris, & cauſæ propter quam legem edidit, ſed ſolum ſecundum illa in quib⁹ ambo ſaluantur & roborantur. puta ſi lex ſit neminem debere aſcendere murum de nocte tempore belli, & hoc ne proderetur ciuitas, legem iſtam non poſſet epyeices ſpecificare ſecundum caſum particularem per quem ciuitas facilius prodi poſſet, quia hoc eſſet contra intentionē Legiſlatoris & cauſam legis, ſed ſolum poteſt eam ſpecificare ſecundum caſum per quem ciuitas ampli⁹ contra proditionem muniretur, vt patet in caſu quē circa hanc legem exprimit Comment. v. ethicorum. Quia igitur cauſa edendi dicta ſtatuta pro eccleſiis & clericis erat dignitas & ordo eccleſiaſticus & clericalis, quæ adhuc manent ſecundum caſum particularem, per quem in aliquo derogatur dignitati & ordini prædictis, nullo modo poteſt epyeices ea ſpecificare. Talis autem eſt iſte caſus quo aliqui volūt clericos de nouo aſtrīgere ad dictas exactiōes. hoc. n. multū eis derogat. Vnde dicta interpretatio valde eſt inconueniens, quia ſecundum ipſam de cætero eccleſiæ eleemoſynæ conferri non deberent poſtq̄ ſatis ditata eſt. Sed epiſcopus tempore neceſſitatis cum charitate poteſt ab eis aliquid petere. Non ergo tenet lex quæ dicit q̄ clerici tenentur ad inſtructionem D
murorum. vt C. de ſacroſanctis eccleſiis. Ad inſtructiones. Sed pro expenſis principis factis pro eccleſia in exercitu contra hoſtes eccleſiæ, debent eccleſiæ & clerici conferre ſicut & laici. Intellīgo autem per hoſtes eccleſiæ impugnatores fidei, aut contra iuſtitiam, regum, vel ciuitatum Nec tamen tunc vt dicit Gloſſa ſuper illud. Neceſſitatis. per laicos ſed per epiſcopos petetur vt extra. de īmunitatib⁹ eccleſia. Nō minus. Nec ſilr̄ i aliis caſib⁹ p̄dictis ī quib⁹ contribuere tenent niſi q̄ forte cogente neceſſitate quæ legem non habet in caſu defenſionis fidei aut regni aut ciuitatis, ponere poſſent manus ad res ipſorum: ſi per epiſcopum ad hoc compelli nō poſſent. PER dicta patent obiecta vtriuſq̄ partis.

SEquitur vnicum & vltimum pertinens ad corporea & inanimata, vtrum per miraculum idem corpus possit esse in diuersis locis simul, & in eodem tempore. Quæ. xxxii.

Et arguitur ꝙ sic: quia vt videtur, non minus est possibile per miraculum diuersa corpora simul esse in eodem loco q̃ idem in eodem tempore esse in diuersis locis: sed illud potest fieri per miraculum & factum est quando Christus natus est clauso virginis vtero: & quando ad discipulos suos intrauit clausis ianuis ergo &c. Arg. pri. pri.

Præterea corpus Christi verum per miraculum in sacramento altaris in eodem tempore sub diuersis dimensionibus habet esse in diuersis altaribus: & sic in diuersis locis, & hoc ex conuersione substantiæ in ipsum sub illis dimensionibus, sed per miraculum possunt dimensiones sacramenti conuerti in dimensiones Christi, erunt ergo virtute conuersionis dimensiones corporis Christi vbi erant dimensiones sacramenti. Sicut ergo substantia corporis Christi potest esse per conuersionem in eodem tempore sub diuersis dimẽsionibus in diuersis altaribus, sic & dimensiones corporis Christi per conuersionem possunt esse in diuersis altaribus, vbi erant diuersæ dimensiones conuersæ in illas, sed non sunt dimensiones corporis Christi nisi vbi est verũ totum & integrum corpus Christi: ergo totum corpus Christi simul potest esse per miraculum in diuersis locis, ergo &c. Secundum.

IN oppositũ est, ga tũc contradictoria essent simul: qđ nec possibile est fieri ꝑ miraculũ. Probatio cõsequẽtiæ est, qa dimẽsiões corpis cõuerant dimẽsionib⁹ locis. In oppositũ.

Si ergo idem corp⁹ eẽt i diuersis locis, eẽt vnũ & plura, & sic vnũ & nõ vnũ. Dicẽdũ ad hoc ꝙ licet bñ possit fieri aliqd circa rẽ aliquã miraculo a deo ꝑ potẽtiã obediẽtię respectu dei: qđ ipossibile ẽ fieri circa illã a natura ꝑ potẽtiã ordinis naturę respectu cuiuscũq; agentis naturalis: qđ tñ repugnat simplr & ſm oẽm potentiam naturæ rei, nullo modo a quocunq; agente põt fieri circa illam, quia cõcurrerẽt cõtradictoria simul. ſ. posse fieri illud & non posse fieri. Nunc autem quando aliquid quantum est ex potentia agentis indifferenter fieri posset secundum varios modos circa idem si illud esset receptibile illius: si secundũ vnum illorum modorum impossibile est fieri circa illud quod põt fieri, & simpliciter est impossibile fieri: & ecõuerso: si secundum vnum illorum modorum possibile est fieri similiter & secundum quemlibet aliorum. Verbi gratia, quia quantum est ex potentia agentis cõuersionem panis in corpus Christi indifferenter in vno loco, & in pluribus: similiter & in omnibus: idcirco in quotcunq; locis possibile est esse panẽ, virtute diuina possibile est ipsum conuerti in corpus Christi, & qua ratione in vno loco & in pluribus, & etiã in oĩbus, & vbiq; si panis esset vbiq;, & si panis nõ posset cõuerti virtute diuina vbicũq; esset i corpus Christi: nec similiter i vnico loco singulari existens posset conuerti in ipsum. Cum ergo quãtũ est ex parte dei, cũ sit virtutis infinitæ, ipse per miraculum posset facere ꝙ idem corpus indifferenter esset in duobus locis: & ꝙ esset in tribus, & sic deinceps, & silr vbiq; & in omnibus, si ipsum corpus posset esse in illis locis: si ergo secũdum vnũ hor̃ modorũ impossibile est idem corpus per miraculũ deo agente esse in diuersis locis, & simpliciter & absolute impossibile est per miraculum deo agente esse in quotcunq; diuersis locis, scilicet duobus, aut tribus, aut pluribus, sed impossibile est ꝙ per miraculũ etiam deo agente idem corpus sit simul in eodem tempore vbiq; & in oĩbus locis, hoc. n. est solius diuinitatis. Idcirco dico ꝙ simpliciter & absolute est ipossibile idẽ corpus esse in diuersis locis simul, quia si esset possibile ꝙ in duobus, eadẽ ratione ꝙ in tribus, & ꝙ in omnibus. Qđ etiam declaratur ex inconuenientibus apertis quæ sequuntur dictum istud, ꝙ si idem corpus æque corporaliter & dimensionaliter esset in diuersis locis, aut qđ ponitur existens in vno, ponitur existens in alio, aut nequaq̃. Si primo modo: ergo si in vno loco esset gelu, in alio calor, simul haberet calorem & frigus. Similiter si i vno loco nõ inueniẽs qd comederet, esuriret, in alio aũt iueniẽs comederet & saturaret: simul esuriret & saturaret: & in vno loco incurrens infirmitatẽ ex aeris intẽperie, in alio vero conseruaret sanitatem ꝓpter tẽperiẽ: esset ergo simul san⁹ & ęger: et si i vno loco occideret, & in alio nõ, simul moreret & nõ moreret. Si secũdo, eadẽ sequũt icõueniẽtia: nisi ꝙ ſm primũ modũ cõtraria simul eẽnt i eodẽ, & i eodẽ loco: ſm aliũ cõtraria eẽnt simlr i eodẽ, sed i vno loco vnũ, i alio vero aliđ. & sũt ista euidentiora icõuenientia circa idẽ corp⁹ i diuersis locis dimẽsionalr existẽs, q̃ illa q̃ aliq qñq; cõcedebãt de corpore Christi existẽte i cruce dimẽsionalr, & i pyxide sacramẽtalr, videlicet ꝙ fuit i cruce passibilis et mortalis, et ꝙ passus fuit vulnera et mortuus ex eis: i pyxide vero ipassibilis et imortalis nec mortu⁹: et ꝙ ſm hoc idẽ corp⁹ moriebat et nõ moriebat, et erat mortuũ et nõ mortuũ, viuũ et nõ viuum in eodẽ instanti. Reuera omnia ista pro iconuenientibus ecclesia habet et habuit hactenus. Scđm. n. ꝙ dicit Guil. Altiss. post iductionẽ dictor̃ icõueniẽtiũ, ꝙ idẽ corp⁹ nũero viuit et nõ viuit est ipossibile & cõtra itellectũ. Propter hoc dicũt oẽs magistri ꝙ domin⁹ dedit discipulis suis corp⁹

E F G H

Secundum.

Respõsio.

mortale & passibile,& ista concedenda est,corpus Christi moritur in pyxide,sed omnes illæ negandæ sunt,Christ⁹ crucifigit in pyxide,lanceat,aut vulnerat i pyxide,patit in pyxide.& nō valet hęc argumētatio,corpus Christi morit in cruce morte violēta:ergo violētia ifertur ei i pyxide,ga sicut aliqd morit p violentiam illatā alibi alteri,vt cor i hoie aliquo moritur p violentiā illatā capiti ei⁹, sic idē corpus moritur in pyxide per violētiā ei illatā in cruce,& hoc p separationē aię a corpore vbi cunq; fuerit,& ideo sequitur:si moritur in cruce,aut mortuus est:ergo moritur,aut mortuus est in pyxide:non tñ sequitur si vulnerabatur in cruce q; vulnerabat in pixide:ga nec crux,nec crucifigētes erant in pyxide.& hoc quia licet Christus erat in pyxide vi cōsecrationis secundū veritatem essentiæ corporis qđ perfectum erat aīa:nō tñ dimensionaliter sub ꝓprietatibus dimensionalib⁹ q; bus susceptibilis erit violētiæ.Propter qđ moriebat in pyxide,ga aīa separabat ab eo qđ vi sacramē ti erat in pyxide,nō aūt vulnerabat in pyxide,quia nō recepit p se violētiā nisi per id qđ per solam cōcomitantiā erat in pyxide.& sic ista est p se vera, corpus in pyxide est mortuū,ga ibi est per se id cuius per se actus immediate erat aīa:nō aūt ista,corpus in pyxide habet vulnera siue est vulneratū,ga ibi non est per se id qđ per se immediate,siue per qđ per se & imediate recipiebant vulnera,ſ. dimensiones.Vnde nunq̄ cōcedimus circa idē cōtraria,aut affirmationem & negationem,nō circa corpus Christi vbicūq; hēt eē,nec circa aliud:& tñ videtur q; hic potius possent cōcedi q̄ ibi,ꝓpter diuersum modū essendi corpus Christi i cruce & in pyxide : & propter eundem modū existendi corpus idem secūdū q̄stionem in diuersis locis . Quare cū illa ex hoc inducta,q; ibidē corporaliter p se dimensionaliter sit simul in diuersis locis simpliciter,sunt impossibilia simpl'r : dicēdū q; ipossibile est etiā p miraculū idē corpus esse dimēsionaliter in diuersis locis,nec sup hoc plus cadit potentia q̄ super facere duo cōtradictoria simul.& sic non posse hoc non est impotētię,sed cōditio naturæ. Si quis vero arguat sic circa corpus Christi:corpus Christi vulnerabatur in cruce,& nō vulnerabatur in pyxide:ergo idem corpus numero simul vulnerabat & nō vulnerabatur: ergo similiter in proposito:nō est incōueniens q; circa idem corpus in diuersis locis existēs secundū loca diuersa sūt contraria & cōtradictoria.Et est dicendū q; ista propositio,corpus Christi non vulnerabatur in pyxide, & consimiles p̄dictæ duplices sunt,ga illa determinatio in pyxide pōt determinare hoc verbū existens subintellectū:vel ipsum verbum expressum,vt in proposito illud verbum vulnerabatur.& primo mō sunt oēs verę sub tali sensu,corpus Christi existens in pyxide vulnerabatur,distinctione facta post ly existēs.Secundo modo sunt oēs falsę sub tali sensu:qđ existit corpus Christi vulnerabat in pyxide.Licet enim id idē corpus qđ erat i pyxide vulnerabatur:nō tñ vt in pyxide existens vulnera recipiebat,sed tm̄ vt existens in cruce.In vtroq; autem sensu illę sunt veræ,corpus Christi moriebatur in pyxide,corpus Christi mortuū erat in pyxide,& consilēs.Et quare hoc,patet ex iam dictis.Vnde siquis arguat sic:corpus Christi nō vulnerabatur i pyxide,& vulnerabatur in cruce:ergo idem numero vulnerabatur,& non vulnerabatur:non segtur:quia nō segtur,nō vulnerabatur in pyxide:ergo nō vulnerabat.quia non erat in pyxide vt natus vulnerari ibi, quia non dimēsionaliter,vt dictū est,Sicut nō sequit:filius dei non est vbiq; secundū carnē:ergo nō est vbiq;.ga secūdum carnē nō est natus vbiq; esse . imo est fallacia scđm qd & simpliciter.Sed sequeretur: corpus non vulnerabatur illa hora in cruce:ergo hora illa nō vulnerabat,quia vt erat in cruce natus erat vulnerari.Similiter in proposito : si idem corpus dimensionaliter, hoc est per se secundum suas proprias dimensiones esset in diuersis locis,qcqd est natum agere vel pati in vno,& in alio. Consil'r bene sequitur simpliciter,calescit in hoc loco existēs:ergo calescit simpl'r:& similiter frigescit in alio loco existens:ergo frigescit simpliciter.& similiter segtur simpliciter coniunctim : ergo calescit simpliciter & frigescit simul simpliciter.& directe atq; simpliciter sequitur q; cōtraria & cōtradictoria possunt esse simul circa idem numero si ponatur idem corpus dimensionaliter posse esse simul in locis diuersis,& non solum circa ipsum,sed etiam in essentia , quia sequitur q; sit vnum ex hoc q; commensuratur dimensionibus vnius loci,& nō vnum,sed plura,quia commensuratur pluribus dimensionibus plurium locorum: & dimensiones corporis sicut commensurantur secundum quantum & continuū in dimensionibus loci,sic commēsurantur eis scđm multum,& scđm numerū.Et cū hoc etiā si ponam⁹ corp⁹ glorioſum esse qđ nō cōmēsurat loco ꝑm quātū & cōtinuū quia vt dictum est pōt esse simul cū alio corpore absq; eo q; sit i loco nisi p illud,cōmēsurat tñ ei ꝑm situ,quē necessario determinat ex eo q; corpus est dimēsionale. Ita q; licet corpus absolui possit a situ locali qui est vbi: & esse absq; contactu cum alio corpore,& non in loco nisi per accidēs, si illud esset in loco cum quo est vt dictū est:nō tñ pōt absolui a situ determinationis quo oportet ipsum esse ita hic q; non alibi.vt etiam corpus glorioſū etsi ponat nō habere situm vt i loco: nō tñ pōt eē

ſine ſitu determinationis: vt oĩno nõ poſſit eſſe hic & alibi per determinationem diuerſorum ſituũ niſi ſacramẽtaliter. Qđ intellexit Hugo: vbi loquens de corpore Chriſti exiſtẽte ſacramẽtaliter ſub diuerſis partibus ſpecierũ ſenſibiliũ in ſacramento, dixit de Sacramentis lib. ii. p. viii. c. xi. Totũ hic & totum ibi: nec minus in parte q̃ in toto: nec minus in toto q̃ in parte. Quotcũq; partes feceris in ſingulis totũ eſt. Nec mireris. opus dei eſt. Et infra. Non eſt mirũ ſi mirabilis mirabilia operatur. Quomodo (inquit) corpus vnũ in eodẽ tẽpore in diuerſis locis poteſt eſſe: hic eſt: ibi eſt: & totũ vtro biq; eſt: & in multis locis: ſimiliter noli mirari. Et infra. Quia aũt ſic ipſe fecit vt corp⁹ vnũ ĩ vno loco eſſet: tu qđ factũ eſt vidiſti, & neſcis aliud niſi q̃ factũ eſt qđ vidiſti. Idcirco miraris quãdo aliud vides vel audis q̃ videre vel audire cõſueuiſti &c. Et patet ex continuatione literę, & ſcđm antecedẽtia & ſcđm cõſequẽtia, q̃ nõ loquit̃ de eſſe vnius corporis in diuerſis locis ſimul: niſi de eſſe corporis Chriſti ſacramẽtaliter ſub diuerſis ſpeciebus ſacramẽtalibus & partiũ earũ. Vnde mirũ eſt ſi aliqs ex iſta litera velit arguere idẽ corpus poſſe eſſe nõ ſacramẽtaliter in diuerſis locis, ſic repugnãte natura rei. Dicendũ eſt ſimpliciter q̃ impoſſibile eſt idem corpus numero eſſe in diuerſis locis: licet hoc ſit poſſibile ſacramentaliter. In quo tñ modũ poſſibilitatis comphẽdere, eſt ſuper naturalẽ

N intelligentiã noſtrã (credo) & angelorum. AD Primũ in oppoſitũ: q̃ duo corpora poſſunt eſſe in eodem loco: ergo & idẽ eſt in diuerſis: Dicendũ q̃ nõ eſt ſimile: quia vt dictũ eſt, in hoc obuiat contradictio circa idẽ numero: cuius altera pars nõ poteſt abſolui a ſubiecto, & ſimul nõ poſſunt adeſſe aut ſimul abeſſe. In illo vero nõ obuiat niſi cõtraria diſpoſitio ad eſſe ſimul cũ alio, qua poteſt abſolui. Et ideo illa abſoluta nihil repugnat eſſe ſimul cum alio. In corporibus em̃ nihil repugnat ipſa eſſe ſimul niſi dimẽſiones. ſed hoc non ꝑpter eſſentiã dimenſionũ: ſed ꝑpter ſitũ quem natæ ſunt habere in loco qui eſt accidens dimenſionũ: ſicut ſitus qui eſt ordo earum inter ſe in toto eſt differentia eſſentialis illis. Propter illum em̃ ſitũ qui dicit ordinẽ ad locum, tãgũt ſe corpora & tenent ſe extra ſe: & ſeſe penetrare non poſſunt. Et eſt illa diſpoſitio impfectionis in dimenſionibus: & eſt præter eſſentiam dimenſionũ: ſic q̃ licet diſpoſitione quacũq; naturali non ſit ſeparabile ab illis: eſt tñ ſeparabile ab eiſdẽ diſpoſitione ſupnaturali: quę eſt dos ſubtilitatis: quę eſt quędã natura lis potentia non reſiſtendi: ſic q̃ non reſiſtit alicui nec aliquid ſibi. & ſic eſt vis qua corpus cui inꝑ eſt, illabi poteſt alteri, abſq; eo q̃ tangit ipſum reſiſtendo. Vnde & tale corpus non habet eſſe per ſe in loco ꝑ continentiã inter latera corporis circũdantis: ſed ſolũmodo ꝑ ſe determinat ſibi ſitũ in corpore qđ ipſum excedit puta in aere. Et ſi eſt ſimul cũ corpore ſibi æquali qđ ꝑ ſe eſt ĩ loco, hoc corpus ꝑaccidens eſt in eodẽ loco cum illo: & cõtinet̃ inter latera continentis ꝑ accidẽs: quia latera illa non ſeparat, nec diſtare facit: ſed illa ſeparat & diſtare facit corpus aliud cum quo eſt ſimul.

Ad primũ ꝑin.

O AD ſecundũ: q̃ ſi dimenſiones panis cõuerterẽtur in dimenſiones corporis ſimul cum cõuerſione ſubſtãtię panis in ſubſtãtiã corporis Chriſti: eſſet Chriſtus dimẽſionaliter in diuerſis locis: licet nõ viſibiliter: Dicendũ q̃ ĩ euchariſtia duo ſunt: & ſacramentũ qđ eſt ipſa viſibilis ſpecies: & res ſacramẽti: qđ eſt verũ corpus Chriſti. Circa qđ duo eſt conſiderare: & conuerſionẽ factã in ipm: & ꝑ cõuerſionẽ ſuũ eẽ alicubi vbi prius nõ erat, abſq; omni ſua trãſmutatiõe. Et nõ poſſet ſcđm eſſe ſine primo. Nullo em̃ mõ abſq; ſui mutatiõe ſcđm locũ poſſet corpus Chriſti verũ eẽ alibi extra locũ ĩ quo ẽ ĩ cęlo abſq; eo q̃ aliq̃ cõuerſio facta ſit in ipm, niſi ſui ipſi⁹ ſcđm locũ mutatiõe: q̃ neceſſe hꝫ dimittere locũ quẽ tenet ĩ cęlo. qa nec eſſet poſſibile ipm dimẽſionaliter ſcđm ꝓprias dimenſiones eẽ ſimul ĩ plurib⁹ locis, ſicut nec quodcũq; aliud vt dictũ ẽ. dicẽte Auguſt. Donec ſęculũ finiat ſurſum ẽ dñs: ſed cũ hoc etiã nobiſcũ eſt veritas domin⁹. Corpus em̃ in quo ſurrexit, vno loco oportet eſſe. Veritas aũt ei⁹ vbiq; diffuſa. Qđ exponẽs Hugo in ſententiis ſuis, dicit ſic. Veritas. i. diuinitas vel ipſum corpus vbicũq; celebratur. Ideo dixi vbicũq; celebratur: quia nõ eſt dicendum cor-

Ad ſecũdũ.

P pus Chriſti vbiq; eẽ: qđ eſt ſolius diuinitatis. Licet ergo ſcđm ꝑdicta ſacramẽtaliter poſſet eſſe vbi q̃, ſi panis vbiq; in ipſum cõuerteretur: tamẽ hoc proculdubio verũ eſt, q̃ nõ põt eſſe vbiq; ex eſſe corporis Chriſti in loco ſcđm ꝓprias dimenſiones. quia qua ratione ex ſe nõ poſſet eſſe in omnib⁹, nec in duobus vt dictũ eſt. Et ſic vt iam dictũ eſt ſicut hoc ſcđm q̃. ſ. corpus Chriſti nõ poteſt eſſe alicubi extra cęlum manens in cęlo abſq; primo. ſ. q̃ aliquid cõuertatur in ipm: ſic dicũt aliqui q̃ nec primũ poteſt eſſe abſq; ſecũdo: ita. ſ. q̃ ſi ponãtur ſimul & dimenſiones & ſubſtãtia panis cõuerti in dimẽſiones & ſubſtantiã corporis Chriſti, ex cõuerſione corpus Chriſti neceſſe eſt eſſe vbi cõ-

Q uerſio facta fuit: & panis deſinit eẽ panis. Qđ etſi verũ eſſet, nõ tñ ibi eẽt corp⁹ Chriſti ſcđm rõnẽ ſuarum dimenſionũ ſiue dimenſionaliter. de quali modo q̃rit̃ queſtio. an. ſ. idem corp⁹ poſſit eſſe ĩ diuerſis locis. Et ideo ex illo nõ poteſt ꝓbari hoc. Etenim etſi panis dimenſiones cõuerterẽtur ĩ dimenſiones corporis Chriſti abſq; cõuerſione ſubſtantię panis in ſubſtantiã corporis Chriſti: non

ramẽ dimẽſiones corporis Chriſti eſſent in ſubſtãtia panis dimẽſionaliter:quia tũc ipſam informa rẽt & extenderẽt vt haberet ptẽ extra ptẽ ſub ptib⁹ dimẽſionũ Chriſti:ſicut primo habuit ſub di-mẽſionibus ꝓpriis:aut ſi nõ informarẽt ſubſtantiã panis:ſed ſolũmodo ſuã ſubſtãtiã q̃ ibi eſt p cõ comitantiã: & eſſet ſubſtãtia panis in ſimplici & indiuiſibili exiſtens: quia vt dicit primo Phy. ſi ſubſtãtia ſola eſt,neq; magnitudinẽ habebit vllã : non em̃ poſſet hñe ptẽ abſq; dimẽſionib⁹ informã tibus:niſi forte ſpeciali miraculo: adhuc non eſſent ibi dimẽſiones corporis Chriſti dimẽſionaliter quia nõ eſſent ibi niſi ratione illius ſubſtãtię manentis: q̃ nõ eſt ibi dimẽſionaliter quare et ſi totũ in totũ cõuertitur multo minus erũt ibi dimẽſionaliter,quia quocũq; modo ponat ibi eſſe virtute cõuerſionis,hoc nõ poteſt poni dimẽſionaliter. Vnde etſi aliqui dicũt q; ꝓpter cõuerſionẽ factam alicubi totũ cõuertẽdo in totũ dimẽſiones & ſubſtantiã: corpus eſſet vbi erat prius qđ cõuertebat puta in aere:non tñ erit ibi dimẽſionaliter plus q̃ modo eſt in ſacramẽto. Qđ tñ nec poni poteſt R
aut debet:quia cũ corpus nõ ponit eſſe alicubi extra cęlum manẽs in cęlo niſi ſacramẽtaliter : & nõ habet eſſe ſacramẽtaliter niſi ꝓpter ſpecies viſibiles q̃ ſunt de ratiõe ſacramẽti : vnde & cũ deſinũt eſſe illę ſpecies viſibiles:deſinit ibi eſſe corpus Chriſti: ſi ergo totũ cũ dimẽſionibus & aliis acciden tibus cõuertat,cũ nõ ſit ibi manens aliqua ſpecies ſacramẽtalis: nullo modo dicendum eſt corpus Chriſti eſſe vbi totũ cõuerſum eſt in totũ & ſcđm ſubſtãtiã & ſcđm accñtia:quoniã nõ poſſet po-ni ibi eſſe niſi ſacramẽtaliter,qualiter ibi nõ eſt: qm̃ ſi nõ incipit eẽ ſacramẽtaliter vbi ſpecies ſunt niſi ſub ſpeciebus: & deſinit eſſe ibi definẽtib⁹ ſpecieb⁹ eſſe:ſcđm q; dicit Hugo lib.ii.p.viii.cap.xii. ſi in aliquo a ſimilitudine recederet:verum ſacramentũ nõ eſſet.Et ca.xiii.Si ĩ aliquo ſimilitudo de ficeret illic ꝓculdubio ſacramẽtũ nõ eſſet:nec vllo modo eſt ſacramẽtũ vbi ſpecies penitus nõ ſunt Alio aũt modo ibi eſſe poni nõ poteſt:quoniã ſi alio mõ ibi eſſet:res ipſa,vt dicit Hugo ĩ fine dicti cap.xiii.proderet & manifeſtaret euidẽti miraculo:qđ nõ cõtigit q̃diu fides locũ habet. Poſt hoc ergo ſi corporalẽ Chriſti ꝑſentiã q̃ris:in cęlo q̃re,ibi q̃re vbi & prius fuit q̃ ꝓſacramẽtũ ſuũ corpo raliter recũ eſſe inciperet:& vnde nõ diſceſſit quãdo ad te venit.Sic ergo etſi dimẽſiones panis fu erint ante cõuerſionẽ in aliquo loco aeris:nullo mõ eſt dicẽdũ q; poſt eartũ cõuerſionẽ cũ ſubſtãtia panis in corp⁹ Chriſti,corpus Chriſti habet ĩ illo loco aeris eſſe:qa nõ erat aliquid de intraneis pa-nis:& ita non ptinet ad ſacramentũ.Prętera cũ corpus Chriſti ibi non eſſet dimẽſionaliter,nõ im pleret locũ quẽ prius impleuerũt dimẽſiones panis: & ita non maneret illa capacitas:ſed in inſtãti S
conuerſionis partes aeris cito concurrerẽt in vnũ continuũ,& deſineret aer eſſe locus qui prius:& ſic per ipſum non maneret ibi corpus:ſicut nec modo manet corruptis ſpeciebus panis.Si ergo ad huc maneret:hoc nõ eſſet niſi ꝓpter ſubſtantiã ptiũ aeris,quę immediate prius tangebant dimen ſiones panis: & ſic ſemper maneret ibi corpus Chriſti:quia ſemp manere poſſent in ſubſtantia illę partes aeris.Qđ oĩno abſurdũ eſt dicere:& vt credo cõtra veritatẽ ſacramẽti: ita q; ſi non ſit ſacra mentũ q; inconueniẽs ſit dicere corpus Chriſti eſſe extra certum locũ quẽ habet in cęlo.

Hic incipit Decimũ Quodlibet Magiſtri Henrici a Gandauo.



N noſtra diſputatione gene-

rali Decima ꝓponebãtur q̃ſtiones.xvii.Quarũ quędã erant de perti-nentibus ad ſacra:quędam vero de ptinentibus ad nõ ſacra. Quędam
Queſt.I. vero ptinebant ad ſacramentum pœnitentię:quędã vero ad ſancta cor pora Chriſti & beatorũ. CIRCA primũ iſtorum ꝓponebãtur qua-tuor.Quorum primũ pertinet ad actũ confitendi: vtrũ.ſ.error ſit di-cere q; vere pœnitens & confeſſus rite abſolutus ab eo qui poteſt eũ abſoluere de gratia & ex priuilegio ſpeciali:teneatur eadẽ peccata iam illi confeſſa iterato confiteri illi cui tenetur confiteri de iure cõmuni
Queſt. II. ex illo ſtatuto generali extra de pœ.& re.Oĩs vtriuſq; ſexus. Secundũ vero pertinet ad auctoritatẽ cõmiſſam audiẽti cõfeſſionẽ de gratia & ex priuilegio: Vtrũ.ſ.ex cõ-miſſione generali qua cõcedit aliquibus ex priuilegio & de gratia poſſe audire confeſſiones & ab-ſoluere a peccatis ſimpliciter,concedat poteſtas abſoluẽdi a maioribus criminibus reſeruatis epis.
Queſt.III. Tertiũ erat de pœnis infligendis nõ cõfitẽtibus illis quibus tenentur confiteri de iure cõmuni ex ſtatuto generali:vtrum.ſ.adultos qui ad annos diſcretionis peruenerunt non confeſſos ſemel in anno omnia peccata ſua proprio ſacerdoti alias eidem non confeſſa,debeãt ipſi pręlati eccleſiarum

viuentes ab ingreſſu eccleſię arcere:& morientes priuare eccleſiaſtica ſepultura: prout dicit ſtatutum illud generale prędictum.Omnis vtriuſq; ſexus. Quartum aũt fuit de electione cõfeſſorum a pœnitentibus:vtrũ,ſ.expediat ſubditis eligere ſibi cõfeſſores cõiter & regulariter p volũtate ſua. Quæſtionem. CIRCA primũ arguitur:q; error ſit dicere vere pœnitentem & confeſſum abſolutũ rite ab eo qui poteſt eum abſoluere, etſi non niſi de gratia & priuilegio, teneri eadẽ pœccata iam illi confeſſa iterato confiteri ei cui tenetur confiteri de iure cõmuni virtute illius ſtatuti.Omnis vtriuſq; ſexus. Primo ſic.Erroneum eſt dicere q; ſacramẽtum quodcũq; ſuper eãdem materiam ſcđm rem & eodẽ modo ſe habẽtem,de neceſſitate debeat iterari:quia hoc multum derogaret virtuti ſacramenti: & poneret ipſum eſſe infirmũ.non enim iterato adhiberetur niſi ſemel adhibitũ nõ ſufficeret ad explendum effectum ſacramenti.Quare cum pœnitentia quo ad partes eius,quę ſunt contritio,confeſſio,& ſatiſfactio,ſit vere ſacramentum nouę legis:& ſacramenta nouę legis non ſunt infirma & egena elementa:ſicut ſcđm Apoſtolum Gal'.iiii.erant ſacramenta veteris legis: erroneum ergo eſt dicere q; pœnitentia quo ad confeſſionem circa eũdem confitentem & abſolutũ manentẽ in eodẽ ſtatu ſine pœccato, poſt primam abſolutionem vllo modo debeat iterari. Eſt ergo error dicere vere pœnitẽtem &c. Confirmaẽ autẽ iſta ratio per hoc:q; ſcđm beatũ Hieronymũ,Pœnitẽtia eſt ſecũda tabula poſt naufragiũ, & ita quaſi ſecũdus baptiſmus.Sicut ergo error eſt dicere baptiſmum vllo modo debere iterari: ſic error eſt dicere pœnitentiam quo ad confeſſionẽ debere iterari de pœccatis eiſdem. Secũdo ſic,Sicut ſtatutũ eſt q; ſubditi ſaltem ſemel in anno confiteantur oĩa pœccata ſua proprio ſacerdoti,ibi.Omnis vtriuſq; ſexus: ſic ſtatutum eſt ibidem:q; ſuſcipiant ad minus in paſcha euchariſtię ſacramentum:niſi de conſilio proprii ſacerdotis duxerint abſtinendũ.& intelligitur illa ſuſceptio a proprio ſacerdote.Sed non obſtante illo ſtatuto generali,ſi quis euchariſtiam in die paſchę ſuſcipiat ab alio q̃ a proprio ſacerdote,etiam ſine priuilegio, quare & maxime ex priuilegio, non tenetur adhuc ipſam ſuſcipere iterato tẽpore eodem a ſuo ꝓprio ſacerdote. hoc eñ non permitteret eccleſiaſtica cõſuetudo:q; ſemel cõmunicatus ab vno,eodem die & quaſi cõtinue poſtea cõmunicaretur ab alio.ergo &c. CONfirmatur aũt iſta ratio per hoc:q; ſi ex ſtatuto generali ordinetur q; nullus de aliqua parochia baptizet quẽq̃ niſi proprius ſacerdos: & aliquem illoꝝ de parochia baptizet alius, ſiue ex gratia priuilegii ſiue contra ſtatutum directe, non eſt ille iterũ a ſuo ꝓprio ſacerdote baptizãdus.ergo &c.Tertio ſic.dicere aliquid ex quo ſchiſma in eccleſia oritur: erroneum eſt. tale aũt eſt dicere vere pœnitentem &c.quia pręcipui viri dicunt q; non tenetur,vt quidam religioſi,aliis contradicentibus,vt quibuſdã epiſcopis.ergo &c. Quarto ſic.omnia ſacramenta nouę legis efficaciam habẽt a ſolo Chriſto inſtituẽte ea:nequaq̃ autẽ ab aliquo inſtituẽte humano.Quãtũcũq; ergo ab homine inſtituatur q; ſacramentum aliquod a proprio ſacerdote adminiſtretur:ſi tamen ab alio qui poteſt ipſũ adminiſtrare adminiſtretur:efficaciam habet ſuam pẽfectam: & nullam efficaciam apponit iterata adminiſtratio ꝓpter hominis generale ſtatutum. Sed nulla poteſt eſſe cenſio ad ſacramenti alicuius iterationem: niſi iteratio apponat aliquid efficacię.ergo &c. Quinto ſic,ad confitendum pœccatum qđ non eſt, nemo poteſt obligari:quia generale ſtatutum.Omnis vtriuſq; ſexus, neminem obligat ad confitẽdum aliud q̃ pœccata ſua:quę,ſ. habet in conſcientia.Cum igitur pœccata de quibus homo vere pœnitens eſt & rite cõfeſſus & abſolutus ab eo qui poteſt eum abſoluere, nõ ſunt: ſed iam deleta ſunt.ergo &c. Sexto ſic. princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris ſui.C.de teſtam. Omnẽ. quare cum aliquibus concedit liberã poteſtatem audiendi confeſſiones,& abſoluendi illos qui in hoc aliis erant obligati,hoc ſciẽs & prudens contra ius alterius facit.Sed ſciens & prudens ius qđ debeẽ vni non cõfert alteri, niſi hoc auferat ab illo cui debeatur primo.ergo &c. CONTRA.non eſt erroneum dicere: q; aliquis teneatur ex præcepto papę ad illud qđ eſt per ſe licitum,ſed per ſe licitum eſt q; cõfeſſus vni,eadem libere vel ex proprio voto confiteatur alteri.ergo &c. Dicendum ad hoc:q; iſta quęſtio pticularis eſt & formata in caſu particulari : ſed alia conſimilis poſſet formari magis generalis : quæ talis eſt: vtrum,ſ.error ſit dicere q; vere pœnitens & confeſſus & rite abſolutus ab eo qui poteſt eum abſoluere teneatur eadem pœccata alteri confiteri.Quã quęſtionem ſecundã quidã religioſi quibus cõceſſum fuit in priuilegio a felicis recordationis Martino papa:q; plenam haberent poteſtatem audiendi confeſſiones & abſoluendi confitentes eiſdem: determinantes apud ſe in partem affirmatiuam,tranſformauerunt eam in propoſitionem affirmatiuam talẽ:q; vere pœnitens & confeſſus rite abſolutus ab eo qui poteſt,teneatur eadem pœccata alteri cõfiteri, error eſt.Et reuera talis propoſitio:quia eſt propoſitio iuris vniuerſalis:& legis poſitiuę:vera debet iudicari prima fronte,pro ut regulariter & in pluribus habet veritatẽ:qa regulariter & in plurib⁹ hactenus cõfeſſis vera eſt.

Queſt.IIII.

Arg.princi. primũ.

Cõfirmatio.

Secundum.

Cõfirmatio.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

In oppoſitũ.

Reſpõſio ad Quęſtionem generaliorẽ.

Reſpõſio ad q. ꝓpoſitam. Queſtio autem iam ꝓpoſita in caſu particulari magis particularis eſt: & poteſt a determinãtibus eam in partem negatiuam, tranſformari in propoſitionem negatiuam dicte propoſitioni affirmati ue quodammodo oppoſitam talem: ꝙ vere pœnitens & confeſſus rite abſolutus ab eo qui poteſt de gratia & ex priuilegio ſpeciali, non teneatur eadem peccata alteri confiteri, cui de iure cõmuni tenetur confiteri ex illo ſtatuto, Omnis vtriuſq; ſexus, error eſt, immo ꝙ teneatur error non eſt. De propoſita igitur quæſtione inueſtigandum quid ſentiẽdum ſit: & ſimiliter de propoſitione ex illa tranſformata. Dico ergo ad q̃ſtionem hanc ſine prẽiudicio & ſub proteſtatione facta alias in q̃ſtione quadam alia mota ſuper dicto priuilegio in quodam alio noſtro Quolibet. Dico igitur præ habita dicta proteſtatione ad queſtionem: ꝙ aliud eſt teneri eadem peccata ſemel confeſſa iterũ cõfiteri ex aliquo ſtatuto de plurib⁹ vel pluries confitẽdo eadẽ peccata: & aliud eſt teneri eadẽ peccata vni confeſſa ex gra ſiue priuilegio ſpeciali, alteri confiteri ex ſtatuto generali de confitẽdo vni. Si enim ſecundum primum modum formetur queſtio: vtrũ ſcilicet error ſit dicere ꝙ aliquis teneatur directe eadem peccata pluries vel pluribus confiteri ex ſtatuto generali vel prẽcepto: hoc non eſt aliud querere q̃ querere an hoc poſſit ſtatui. Et dicunt aliqui ꝙ non: quia pluribus vel pluries eadem peccata confiteri, eſt in conſilio tm̃: & quæ ſunt conſilii non cadunt ſub præcepto. Sed ratio hec non valet: quantũcũq; enim aliquid ſit in conſilio: tamen quantum eſt ex ſe & natura ſua ſi cauſa ſubſit ſiue ratio bene poteſt cadere ſub præcepto. Continere enim & non nubere de cætero: quantum eſt ex ſe in conſilio eſt: ex cauſa tamen bene cadit ſub præcepto. ſecundum ꝙ contra occiſores vxorum ſuarum ſtatutum eſt in pœnam, xxxiii. q. ii. cap. Amouere, ꝙ de cætero non ducant vxores: nec ducere poſſunt. & ſecundum ꝙ ex cauſa virgini profeſſe poſſet præcipere papa vt nuberet. Dico igit ꝙ ſi cauſa rõnabilis ſubſit, ꝙ ſtatui poſſit pluribus vel pluries eadem peccata eſſe confitenda: & ita ꝙ ad hoc aliquis directe teneretur. Nec hoc in aliquo repugnat virtuti & efficacie ſacramenti pœnitentiæ. Si enim ex natura ſacramenti pœnitentiæ repugnaret ei iteratio circa eadem peccata confitenda: tunc ex deuotione & libera voluntate vt quis citius veniam conſequatur, nullo modo eſſet licitũ pluries vel pluribus confiteri eadem peccata, vel ſemetipſum ex voto obligare ad hoc: ſicut nec iterum baptizari. cuius contrarium declarauimus in alio Quolibet: & tenet conſuetudo eccleſiæ. Verũtamen ſciendum ꝙ ſtatuens pluribus vel pluries eadem peccata eſſe confitenda, hoc poteſt ſtatuere ex duplici intentione ſiue cauſa aut ratione. Vno modo intendendo hoc ſtatuere propter cauſam ſeu rationem acceptam ex parte ipſius ſacramenti: ſcilicet propter infirmitatem ſacramenti & debilitatem: quaſi ſcilicet ſit elemẽtũ infirmum & debile ad effectum ſuum principalem cauſandum in pœnitente: niſi pluries vel a pluribus adminiſtretur. ſuper quo formata eſt prima ratio propoſita. Alio modo intẽdendo hoc ſtatuere propter cauſam ſeu rationẽ acceptam ex parte ipſius peccati: ſcilicet in deteſtationem eius, & in pœnam committẽtis ipſum, atq; in cautelam cauendi ipſum. Primo modo dico ꝙ illud ſtatui non poteſt: & eſt error dicere ꝙ ex illa cauſa aliquis teneatur eadem peccata pluries vel pluribus confiteri. Secundo autem modo videtur mihi ꝙ bene poſſit ſtatui: & non eſt error dicere ꝙ ex huiuſmodi ſtatuto aliquis teneatur directe eadem peccata pluries vel pluribus confiteri: puta ꝙ in deteſtationẽ vitii Sodomiæ & vt fortius arceantur homines ab hoc crimine, ſtatuatur generali ſtatuto ꝙ quicũq; committat vitium Sodomiticũ, pluries ſiue pluribus teneatur idẽ vitiũ confiteri. Si vero ſecũdum modum ſecundum formetur quæſtio: vtrum ſcilicet error ſit dicere ꝙ aliquis teneatur eadem peccata pluries vel pluribus confiteri, ſemel vni ex gratia & priuilegio: alteri vero ex ſtatuto & præcepto: vt directe non teneatur confiteri ea niſi vni & ſemel: ſuper hoc mota eſt quæſtio propoſita. Et videtur mihi eſſe diſtinguendum: quia hmõi ſtatutum ſiue præceptum aut eſt præcedens confeſſionẽ factam ex gratia & priuilegio: aut eſt ſequens eam. Si vero intelligatur præceptum ſequi confeſſionem factã vni ex gratia & priuilegio: Dico ꝙ ibi nõ habet locum generale ſtatutum: quia eſſet contra ſeculares perſonas: etſi ꝑceptum ſit. Sed dicunt aliqui ꝙ nec ab aliquo ſuperiori poſſet præcipi ſimpliciter ſine ſtatuto talibus ſic confeſſis & abſolutis ꝙ eadem iterato alteri confiterentur: immo ꝙ hoc non pertinet niſi ad conſilium & liberam voluntatem. Qđ verum eſt ſimpliciter & abſolute loquendo, & non apparente cauſa rationabili propter quã tale quid præcipiẽdũ ſit. Verũtamen ſi cauſa rõnabilis præcipiendi hoc occurrat, vt mihi videtur bene poteſt præcipi, vt ſcilicet confeſſus vni & abſolutus ab eo, iterato teneat eadẽ cõfiteri alteri: & ab ipſo abſolui. puta ſi confeſſor primus percipiat ꝙ confeſſo & abſoluto non ſit vtilior ſatiſfactio iniũgẽda q̃ iterata confeſſio eorũdẽ peccatorum. In hoc enim caſu poteſt & debet illi prẽcipere iteratam cõfeſſionẽ eorũdẽ peccatorũ. Secũdũ enim ꝙ dicitur in ſtatuto illo, Omnis vtriuſq; ſexus, Sacerdos autem ſit diſcretus & cau-

tus, & more prudentis medici ſuperinfundat vinũ & oleum vulneribus ſauciati:diligenter inqui rens de peccatis,& de peccati circũſtantiis:quibus prudenter intelligat quale ei debeat conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere:diuerſis experimentis vtendo ad ſanandum ægrotum. Vnde ſi intelligat iteratam confeſſionem propter maiorem verecundiam vel aliquid aliud confeſſo eſſe ma gis medicinalem,illam poterit ei in ſatiſfactionem præcipere & iniungere,& ille humiliter debet ſuſcipere, quia de confeſſo dicitur ibidem. Iniũctam ſibi pœnitentiam pro viribus ſtudeat imple re. Licet enim iterare confeſſionẽ ſicut ieiunare & peregrinari ſimpliciter cõſilii ſunt non præcepti: ex cauſa tamen & in pœnam ſatiſfactoriam pro peccato iam confeſſo bene poteſt quodlibet eorũ ſe cundum arbitrium confeſſoris præcipi: & ſic cadere ſub præcepto in hoc caſu. Si autẽ præceptum
A ſiue ſtatutum intelligatur præcedere confeſſionem factam vni ex gratia priuilegii: in hoc caſu po poſita eſt quæſtio referendo intentum ad priuilegium domini Martini conceſſum quibuſdam reli gioſis de confeſſionibus audiendis. Dominus enim Innocentius papa.iii.primo ſtatuit generaliter & præcepit in generali concilio contento in Omnis vtriuſq; ſexus,in quo erat præceptum & ſtatu tum vt generale ius & cõmune,q; ſaltem ſemel in anno confitẽdum eſſet a quolibet vni omnia pec cata ſua: & dimiſit in libera voluntate confitentis confiteri eadem peccata pluries ſuo proprio ſa cerdoti vel habenti poteſtatem de illius conſenſu,ſi vellet: & non confitẽdi iterum eadem nec plu ries nec pluribus ſi nollet. Sed quia non vacabat ſacerdotibus curatis audire confeſſionem pluries de eiſdem peccatis:nec erat alicui conceſſa poteſtas audiendi confeſſiones ſubditorum curatis ſi ne illorum conſenſu:quẽ ſepius ſubditi volentes pluries confiteri non potuerũt de facili impetra re:idcirco(vt puto)non tam in fauorẽ religioſorum q̃ confitentium eis,conceſſit poſtmodum re ligioſis dominus papa Martinus plenam poteſtatem audiendi confeſſiones, & abſoluendi,& in iungendi pœnitentias ſalutares quibuſcunq; qui vellent ad eos accedere: neminem cogendo per præceptum aut ſtatutum ad confitẽdum illis:ſed hoc in libera voluntate quorũlibet relinquẽdo. Et ſic ſtatutũ illud gñale,Omnis vtriuſq; ſexus,nõ eſt de iterando confeſſionem eorundem pecca torum directe & per ſe: etſi indirecte & per accidens: ſi pœnitens ſcilicet prius confiteatur reli
B gioſo priuilegiato q̃ ſuo ſacerdoti. Sed ſic intelligendo ſtatutum generale præceſſiſſe,& priuile gium domini Martini ſubſequutum fuiſſe: ad diſſolutionem quæſtionis reſtat inueſtigare an per illud priuilegium ſubtrahitur vel ſuſpenditur obligatio illius ſtatuti generalis: vt ſcilicet confi tentes dictis religioſis a debito contento in dicto ſtatuto de confitendo proprio ſacerdoti ſemel in anno omnia peccata ſua,ſint abſoluti,an non: ſed æque manet ipſum debitum ex ſtatuto,ſiue obligatio cũ priuilegio prædicto & ſine eo. Quia ſi primo modo:ſic in rei veritate error eſſet di cere q; confeſſi dictis religioſis teneantur eadem peccata iterum confiteri ſuis propriis ſacerdo tibus. Si vero ſecundo modo:ſic proculdubio error eſt dicere q; confeſſi dictis religioſis non te neantur eadem peccata confiteri ſuis propriis ſacerdotibus: quia confeſſi illis religioſis non mi nus manent obligati ad confitendum peccata illis confeſſa ſuis propriis ſacerdotibus, q̃ erant prius quando ea illis non erant confeſſa. Et tenent dicti religioſi: q; per eorum priuilegium in fringitur circa confitentes ſibi debitum ſeu obligatio illius ſtatuti generalis, Oĩs vtriuſq; ſexus, quantum ad hoc q; confeſſa eis non oportet iterum ſacerdotibus parochialibus confiteri, dicen tes q; hoc clarum eſt eis,nec dubitant in eo: & q; nemo de hoc debet dubitare, nec moueri debet aliquis propter illos qui dicunt contrarium:prælatos ſcilicet & alios,qui tenent q; per illud pri uilegium nullo modo infringitur obligatio contenta in illo ſtatuto generali. Sed q̃ro quomõ hoc eſt eis clarũ & certũ: an ex forma verborũ priuilegii:an ex aſſecuratione verbor; quã habent ſup hoc a dño papa. Si primo modo:hoc dicere perſonis literatis valde mirabile eſt:cum nõ ſit aliquis ita ſimplex,dum tamen grammatice nouerit literas, quin ei viſo ordine verborum ſicut iacent in priuilegio,ſtatim prima facie apparet q; dictum ſtatutum generale per priuilegium nõ tollitur nec infringitur in aliquo: immo confirmatur & conſeruatur. Non infringitur: quia per nul lum priuilegium infringitur ius commune niſi in priuilegio exprimatur clauſula de non ob ſtante eo quod eſt contentum in iure communi. Niſi forte tale quid per priuilegium conceda tur aliquibus,qđ non poſſunt ſimul obtinere illi quibus debebatur de iure communi: pura ſi ſa cerdotes parochiales debent de iure communi percipere decimas noualium prouenientium in ſuis parochiis, & quibuſdam religioſis conceditur q; percipiant noualia vbi percipiunt ve tera: maxime de terris quas propriis manibus excolunt: per tale priuilegium bene infringitur debitum ex iure communi. Non ſic autem contingit in propoſito:quia ſtant ſimul q; eadem pec cata quæ confitentur prius religioſis ex gratia,iterato confiteantur propriis ſacerdotibus ex debi

to. Vnde dicunt alii: q̃ etsi non adderetur illa clausula: Volumus autem q̃ ii qui fratribus confitebuntur eisdem suis parochialibus sacerdotibus confiteri saltem semel in anno prout generale cõcilium statuit nihilominus teneantur: tamen nullo modo illud priuilegium derogaret statuto generali. Et hoc ideo: quia illud priuilegium quo ad audiendum confessiones subditorum inuitis p̃latis: preiudiciale est prelatis, & priuilegium datum in preiudicium aliorũ, stricte est interpretandum, vt extra de decimis, ca. i. Tua. qđ notatur de vsu pallii in prima glos. Q; aũt in præiudicium prelatorum sit dictum priuilegium, patet ex hoc q̃ per ipsum religiosi dãtur in coadiutores curatis ipsis inuitis, & volẽtibus exercere suũ officium in propria persona: qđ multum est eis preiudiciale, licet esset in fauorem pro quanto non sufficerent audire pluries confessiones suorum subditorum, & pro tanto large esset interpretandum: secũdũ q̃ large interpretatur priuilegium illud p̃ latorum de eligendo sibi confessores, extra de poe. & re. Ne pro dilatione. In hoc. s. q̃ licet aliquãdo contenti erant sub prima clausula illius statuti, Omnis vtriusq; sexus: vt infra videbitur in quarta quẽstione: tamẽ propter illud eorum priuilegium, q̃uis in eo non exprimatur, non obstante illa clausula, eo q̃ est in fauorem prelatorum datum: quia non possunt semper illis esse pẽsentes ad eor confessiones audiendas: large est interpretandum: q̃. s. non oportet eos reuerti ad suos superiores p̃pter eadem confitenda: & sic derogat iuri cõmuni, Omnis vtriusq; sexus. quia non est ibi clausula illa, Volumus autem. quę ipsum saluaret. Sed quicquid sit de hoc, luce clarius est q̃ per hãc clausulam, Volumus aũt. statutum illud confirmatur & in suo robore cõseruatur. Vnde & ad istud debitũ soluendũ suis ꝓpriis sacerdotibus, præcepit dñs Martinus in fine priuilegii dictis religiosis q̃ confessos sibi ad hoc exhortarentur. Qualiter autem dicta clausula non potest infringi p alias, quin quantum est de plano literæ conseruet illud generale statutum, de hoc satis disputatum est in alio Quolibet. Si vero dicant dicti religiosi q̃ clarum & certũ est eis priuilegiũ ex assecuratione quã habent a domino papa: Econtra dicũt prælati q̃ multo magis assecurati sunt ab eodẽ. Sed cum series literę oĩno vt apparet prima facie pro intẽtione p̃latorũ est: de quo nostrũ nõ est iudicare nisi quatenus per literã exprimitur: vt mihi videt, magis certi debent esse de intentione sua circa intellectum dicti priuilegii, q̃ ipsi religiosi: nec ducere intellectum eius in dubium. Sed dices q̃ nullo modo obstat priuilegium quin confessi religiosis eadem debent confiteri iterum suis sacerdotibus: quo ad hoc eñ licet p̃latis iudicare de priuilegio. Vnde extra de iudic. Cũ venissent. sup illud. Cum super priuilegiis sedis apostolicę causa vertitur, nolumus de ipis per alios iudicari: dicit Glos. Sed nũqd incidẽter potest alius cognoscere q̃ papa? & subdit respondendo. Si verba sunt manifesta: iudex potest dicere: non obstat priuilegium. extra de fide instrumentorum. Accepimus. Hoc autem habet locũ cũ verba priuilegii obscura sunt & ambigua: tũc eius est interp̃tari cuius est condere. Est etiam absq; dubio intentio prælatorum magis tuta: quia nullum est periculum: immo est proficuum semel confessum vni in bona deuotione confiteri alteri: magnum autem esset periculum animarum confessa religiosis non confiteri iterato suo proprio sacerdoti, si forte priuilegium non infringeret ius cõmune generalis statuti. Sic ergo dico: q̃ cum veritate regulari illius propositionis vniuersalis quæ est legis positiuę, q̃ vere pœnitens confessus & absolutus rite ab eo qui potest, teneatur eadem peccata alteri confiteri, error est: simul stat veritas illius propositionis negatiuæ particularis oppositæ: quæ est legis directiua: q̃ vere pœnitens & confessus rite absolutus ab eo qui potest ex gratia priuilegii, non teneatur eadem peccata confiteri alteri cui tenetur confiteri de iure communi, qđ nõ reuocatur, sed saluatur in priuilegio, error est, immo dicere q̃ teneatur non est error, sunt enim simul verę: sicut & istę duę. Omni depositori gladius suus reddendus est. Depositori facto furibundo gladius suus non est reddendus. Vnde mirum est q̃ secundum q̃ dicitur, aliqui religiosi propter regularem veritatem illius propositionis vniuersalis volunt falsificare suam oppositam particularem negatiuam: volẽtes includere siue inuoluere sub veritate illius propositionis affirmatiuę regulariter verę: veritatem huius affirmatiuę particularis: q̃ vere pœnitens & confessus rite absolutus ab eo qui potest ex gratia priuilegii, teneatur eadẽ peccata confiteri alteri cui tenetur de iure communi: error. dirigentes intẽtionem suam ad cõfessum sibiipsis & absolutũ ab eis virtute priuilegii domini Martini: & ad sacerdotes curatos cui tenetur confiteri de iure cõmuni illius statuti. Oĩs vtriusq; sexus. quasi reuocatũ esset p illud priuilegiũ & nõ saluatũ i ipo. Vñ iducũt i probationẽ intẽtiõis suę testimoniũ. xvii. magistror in theologia (vt dicit) q figillauerũt eis in quadã litera illã. vl'em affirmatiuã verã esse tãq; regularẽ: cũ tñ vt credo non concederent requisiti illam pticularẽ affirmatiuã esse verã. In quo multum dictis magistris iniuriantur, falsitatem eis imponẽtes. & tali intentione dictam literam impetrantes: cum

C D B

nũq̃ fuerit ītētio eorũ alīqd de ꝑsone ꝓticulari aut ꝓtinētibus ad illos ꝓuilegiũ iudicare: nec de illis aliquid cogitabāt: vt a pluribus illorũ intellexi: q̃ hoc ꝓpriis vocibus testificati sunt corā quatuor episcopis congregati vna cũ pluribus aliis magistris tunc actu regentibus tā religiosis q̃ ſecularibus: inter quos ego vnus erā: qui p̄dictā literā non sigillauerunt: qui omnes vnanimiter ꝓfessi sunt q̃ illa vīs nullo modo applicari habet ad istā ꝓticularē: nec debet aliquo modo aut potest ista
F sub illa inuolui. AD primũ quo arguitur: q̃ error sit dicere cōfessum religioso ex gratia priuilegii iterũ debere confiteri eadē p̄cata ꝓprio sacerdoti ꝓpter obligationē statuti: quia hoc derogaret virtuti sacramēti pœnitentię ponēdo in eo infirmitatē: Dicendũ q̃ falsum est. non em̄ semel adhibitũ iterato adhibetur quia semel adhibitũ nō sufficienter explet effectũ sacramēti: vt assumit in argumēto: immo semel adhibitũ quantũ est de se, sufficienter explet effectũ suũ primũ & principalem, ad quē principaliter ordinat. Sed exhibetur iterato ꝓpter obligationē p̄cepti generalis ecclesię explendũ, & sacerdoti suo debitũ ei reddēdũ: nō tñ sine effectu suo alio: vt iā patebit. Q̄d bene licitum est: cũ etiam iterari possit ꝓpter obligationē ex ꝓprio voto implendā. Potest em̄ ex ꝓprio voto homo se obligare ad idem p̄ccatũ pluries vel pluribus confitendũ: aut ad iterum confitendũ post primā confessionē. Potest etiā iterato adhiberi ꝓpter aliquas causas p̄tactas: & eas q̃ in iure sunt expressę, & alias quę de nouo possent emergere, vt in alio Quolibet exposui. Et ī q̃libet adhibitiōe sacramēti pœnitētię, etsi nō habeat effectus prim⁹ ei⁹ & principalis: qa sufficiēter habit⁹ est ī prima adhibitione: ꝓpt qd̄ sacramētũ pœnitētię est firmũ & nō debile elemētũ: qd̄ esset si illũ nō haberet, vt vlterius assumit ī argumēto: habet tñ aliqs effect⁹ ei⁹ scdari⁹ & nō pricipalis. Quis aūt sit effect⁹ p̄nię principalis & qs nō principalis, expositũ est ī alio Quolibet. Et ꝓpt hmōi effectũ secūdariũ Sacramētũ pœnitētię est potius iterabile circa eādē materiā scdm rē q̃ quędā alia, vt iam patebit.
G Q̄z autē adiūgitur ad confirmationē rationis: q̃ pœnitētia est secūda tabula &c. Dicēdũ q̃ ratiorñionē secū iportat p hoc q̃ pœnitētia dicitur tabula secūda & secūdus baptismus. In quo exprimitur plane differētia eius ad primā tabulā, & primũ siue principalē baptismũ. Propter qd̄ pœnitentia bene potest habere aliquas cōditiones & ꝓprietates ꝓpter quas est iterabilis: baptismus aūt nequaq̃. Et est prima & radicalis causa vt puto: quia baptismus non habet nisi effectus quos pfecte explet semel adhibitus. Pœnitētia aūt nequaq̃. Propter qd̄ circa pœnitētię sacramētũ pōt fieri statutũ de eius iteratione: vel directe vel indirecte: vt habitũ est supra: nō aūt circa baptismũ: de quo
H iā āpli⁹ videbit infra. Q̄uis aliqui dicere & cōfirmare nitātur q̃ pœnitētię sacramentũ si iteretur circa idē p̄ccatũ, hoc solũ est ꝓpter dubiũ: an, s. pœnitens prius fuerit vere cōtritus: & ita a p̄ccato absolutus: non aūt ꝓpter aliquē effectũ secūdariũ: nec ꝓpter diminutionē pœnæ debitę: nec ꝓpter recōciliationē ecclesię: nec ꝓpter augmentũ gratię. Non ꝓpter diminutionē pœnę: quia vt dicunt posset in prima cōfessione & absolutione tñ conteri, vel postea tot opa satisfactoria agere, q̃ nullũ debitũ pœnę restaret diminuēdũ. Non ꝓpter recōciliationē ecclesię: quia vt dicūt in prima confessione & absolutione qua absoluit peccatũ: etiā ecclesię vnit, & sic reconciliatur. Item absolutus a curia Romana nō remittit alibi absoluendus: & hæc est cōsuetudo curię: ergo semel absolutus pfecte recōciliatus est ecclesię: nec iterũ absoluēdus ꝓpter reconciliationē ecclesię faciendā. Nec ꝓpter augmentũ gratię: quia sacramētũ pœnitētię est ad sanandũ ęgrotũ, vt in illa cōstitutione: Oīs vtriusq̃ sexus. Sed sanatio nō cōsistit in augmēto gratię: sed solūmodo in absolutione culpę & relaxatione pœnę, ergo &c. Item sacramentũ in forma sua debet ꝓtēdere totũ effectũ suũ. sed in adhibitione sacramēti pœnitētię nō ꝓtēdit effectus alius q̃ deletio culpę: cũ dicit sacerdos: Ego absoluo te &c, ergo &c. Item scdm tria p̄ccati genera: originale, s. actuale veniale: & actuale mortale: tria sunt sacramēta eis correspōdētia: baptismus: extrema vnctio: & pœnitētia. Baptismus cōtra originale principaliter: vnctio cōtra veniale: pœnitētia cōtra actuale mortale. Sed baptismus & extrema vnctio nō cōferūt gratiā neq̃ augmētū gratię nisi ex ordine ad peccatũ delēdum: ergo nec pœnitētia. Quare si nō habet delere p̄cm̄ adhibitũ: nec gratiā cōferre aut augmētare, sed post primā absolutionē nihil de p̄cō a quo est absolutus, restat delendũ: ergo in sequēti & iterata cōfessione p absolutionē nulla gratia oīno cōferet aut augmētat. Vñ dicūt, q̃ si ex cōfessione & absolutione iterata haberet augmētū gratię: hoc nō est ex vi sacramēti: sed ex merito humiliationis qua cōfitēs recognoscit peccatũ suũ vt dei offensam: vt de pœnitētia. di. i. ca. i. Quē pœnitet. Q̄z aūt pœnitētia circa eadē p̄cā nūero nō est iterabilis sicut nec alia sacramēta, arguūt sic: & ē ad principalē q̃stionē. In aliis sacris oīb⁹ ita est q̃ circa idē nūero oīno nō iterant: nec baptism⁹ circa eūdē baptizatum circa idē peccatũ originale: nec extrema vnctio circa idē peccatũ veniale: nec ordo circa eūdē ordinatũ: nec matrimoniũ circa eosdē cōiuges: nec cōfirmatio circa eūdē cōfirmatũ: nec eucha-

Ad primũ principale.

Ad confir.

De pœnitentia nō iterāda.

Arg. primũ.

Arg. secūdũ.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimũ.

Octauum.

Cōfirmatio.

Nonũ.

ristia circa consecrationē eiusdem hostię:aut cōmunio eiusdem in vno:quasi in indiuisibili tēpore quare nec sacramentū pœnitentię circa eūdem omnino eodē modo se habentē absq; nouo peccato

Decimū. iterabile est. Item qñ sacramentū est principaliter contra peccatū:vt sunt baptismus,pœnitentia, extrema vnctio,sed peccatū idē numero nō est iterabile,nec sacramentū contra ipsum: vt patet de baptismo contra originale:& extrema vnctione cōtra veniale,ergo pœnitentia contra eadē peccata

Ad primū. nullo mō est iteranda. Q; ergo pponit primo de sacramēto pœnitentię:q; si iteretur circa idē pec I catum,hoc solum est ppter dubiū:an.s.pœnitēs prius fuerit vere cōtritus & a peccato absolutus: Dicendū q; si ita esset:tunc nō esset differentia de baptismo circa peccatū originale:qđ nō est iterabile in eodē numero:& de pœnitentia circa peccatū actuale mortale: quia filiter idē numero nō est iterabile in eodē numero.Sicut ergo iterum baptizare inconueniēs est nisi ppter dubiū: & tūc non est iterum baptizandū nisi sub cōditione dicēdo:Non te iterū baptizo siue rebaptizo:sed si nō fuisti baptizatus ego te baptizo:Sic inconueniēs est iterū sacramētum pœnitentię adhibere siue cō fiteri & absolui nisi ppter dubiū:vt cōsimiliter nō sit iterum cōfitendū neq; absoluēdū nisi sub cō ditione dicendo,Non iterū confiteor siue reconfiteor: nec iterū absoluo siue reabsoluo te: sed si nō fui cum pfecta contritione confessus ego confiteor. Si nō fuisti absolutus ego te absoluo. Quare cum hoc nō obseruet consuetudo generalis ecclesię,quę districte custodienda est: non est dicēdum q; solū ppter dubiū idem peccatū iterū confitendū sit, & ab eodē absoluēdū, sicut ppter idem origi

Ad secūdū. nale non est iterū baptizandū nisi ppter dubiū. Q; assumitur: q; ppter diminutionē pœnæ non K est iterum confitendū:quia posset esse homo in quo nullū esset debitū pœnę diminuendū:Dicendū q; diminutio pœnę debitę non sic effectus est cōfessionis & absolutionis q; nō possit adhiberi quin istum effectū habeat:sed quantū est de se,ipm habet si aliqd de pœna restat : de qua semp potest ali quid restare,propter qđ istud sacramētū institutū est esse iterabile circa eadē peccata,vt iam infra dicetur,quemadmodū etiā nec absolutio peccati est eius effectus nisi adsit peccatū.Et tñ licet i cō tritione p̄cedente deletū sit peccatū:scdm Augustī.sup illud psal'.Dixi confitebor &c.qui dicit. Ma gna dei pietas vt ad solam ꝓmissionē peccata dimiserit dum nō ꝓnūciat ore &c.tamē confessionis & absolutionis sacramētū bene adhibetur ppter effectū aliū,& ppter Christi p̄ceptum. Etsi enim forte homo esset in tali statu q; nullo illorum indigeret:nūq; tñ p̄sumēdū est q; nullo eorū egeat

Ad tertiū. siue q; nullū eo; possit in se capere. Qđ autē assumitur:q; nec ppter reconciliationē ecclesię ite L randa est pœnitentia:quia in prima absolutione plene per gratiam susceptam reconciliatus est ei: Dicēdum q; verum est in ppōsito casu nostro:propter ppōsitū iterato confitendi ecclesię militanti qđ cōmuniter supponitur in eo & consimilibus esse,quēadmodum vere contritus prius q; veniat ad sacerdotem,triumphanti ecclesię est recōciliatus:sed ppter ppositum confitēdi sacerdoti in ec clesia militanti:ita q; si cadat a tali ppōsito,nec confiteatur,cadit a reconciliatione iam facta nouū peccatum cōmittendo.Propter qđ indiget noua reconciliatione p confessionē & absolutionē sequē tem:ita q; si in tali ppōsito maneat,sequens confessio fiat forte non ppter nouā reconciliationē ec

Ad quartū. clesię faciendā:sed ppter iam factam custodiendā. AD aliud circa idem:q; consuetudo curię Ro M manę est q; absolutum in ea nō remittit alibi ad absoluēdum:qđ non faceret nisi vnica absolutione esset pfecte ecclesię reconciliatus:Dicēdum q; curia de plenitudine potestatis absoluit:nec oportet q; in eius absolutione habeat ppositū de iterū cōfitēdo alibi ppter aliquā obligationē. Propter qđ pfecte reconciliat ecclesię:nec mittit alibi ad reconciliādū:aut ad recōciliationē custodiēdā. Verū tamen bene mittit alibi ppter satisfactionē & pœnitentiā salutarē iniungēdā,quā debet habere cō fessus in ppōsito:a quo si resiliat, cadit a reconciliatione:vt nō sit oīno solida reconciliatio nisi hu militer pœnitentiā iniungendā susceperit. Vnde sicut ille ad reconciliationis conseruationē debet

Ad quintū. aliunde pœnitentiā suscipere: sic in ppōsito semel cōfessus debet alteri iterū cōfiteri. Q; arguit N vlterius:q; sacramētum pœnitentię nō habet effectum secundariū augmētum gratię: qa est ad sa nādum ęgrotum : vt in illo ca.Omnis vtriusq; sexus.Sanitas autē cōsistit in sola amotione culpæ & non in collatione gratiæ:nisi in ordine ad culpam: Dicendum q; ad sanationē ęgroti generādā tāq; ad primū effectum ordinatur pœnitentia.Nihilominus tñ ad sanationē eandē confortandam bene tāq; ad scdm effectum ordinatur.Sanitas em̄ perfecta nō solum consistit in amotione morbi i sanādo:sed in confortatione conualescentis in sanitate.Vnde sicut medicus corporalis nō solū de bet esse sollicitus ad habendā medicinā ad curationē morbi in generando sanitatē:sed etiā ad cōfor tationē conualescentis in sanitatē augmentando:& synthomata morbi amouendo: sic sacerdos de bet esse discretus more prudentis medici:nō solum in curando a morbo peccati pœnitentē p me dicinam sacramenti pœnitentię cōferendo gratiā:in qua cōsistit sanitas spiritualis:sed etiā ad ipm

confortandũ augmentando in eo gratiã ad amouẽdum ſynthomata malę cõcupiſcentię ex peccato
O dimiſſa. AD ſcdm ad idem: ꝙ ſacramẽtum in forma ſua debet cõtinere totum effectũ ſuum: Di- Ad ſextum.
cendũ ꝙ falſum eſt: quia forma baptiſmi nullũ effectum ſuum cõtinet dicendo, Ego te baptizo, niſi
in figura. Similiter nec ſacramentũ confirmationis, dicendo Inungo te chriſmate ſalutis. Si ergo in
forma pœnitentiæ aliquis effectus eſt exprimendus: ſufficit ꝙ ille ſit principalis, per quod nõ exclu
P ditur quin cum hoc ſit alius ſecũdarius. AD tertium ad idem: ꝙ baptiſmus qui eſt cõtra pecca- Ad ſeptimũ
tum originale, & extrema vnctio quę eſt cõtra peccatũ veniale, non conferũt gratiam aut augmen
tant niſi ex ordine ad peccatũ delendum: quare nec pœnitẽtia: Si ergo non ſit peccatũ delendũ, nõ
eſt pœnitẽtia adhibenda: Dicendum ꝙ ratio iſta vere ſolubilis eſt: quia cõcluſum aperte falſum eſt
non ſolũ in ſacramẽto pœnitẽtię: ſed etiã in ſacramẽto baptiſmi. Si eñ alicui pfecte pœnitẽti per cõ
tritionem ante omnẽ cõfeſſionem peccata ſua ſunt dimiſſa: de quo nullus in eccleſia dubitat quin
poſſit fieri: immo credo ꝙ pluries euenit: & cũ hoc ſi certus eſſet ꝙ non eſſet in eo peccatum delen
dum: nihilominus inde teneret confiteri illa peccata: & eſt ei ſacramentũ pœnitentię adhibendum
& hoc propter ſolũ ſtatutũ diuinũ de confitendo peccata actualia mortalia: licet nõ iterãtur abſq;
effectu, quo pręſumit pœnitens indigere. Nec inſtitutũ eſſet iterabile. Eſto eñ per impoſſibile ꝙ ni
hil de pœna reſtaret in debito: & ꝙ etiã in vita iſta eſſet ĩ tali ſtatu ꝙ ĩ ipõ charitas augmẽtãda nõ
eſſet: qđ nullo modo poſſibile eſt: nec oĩno pręſumendũ: ꝙ etiam nec eccleſię recõciliandus: tamẽ in
ipſo per ſacramẽtum recõciliatio cuſtodiẽda eſt. Similiter ex parte baptiſmi: ſi quis paruulus circũ
ciſus eſſet in fine tẽporis quo ſacramẽta veteris legis habebant efficaciã ſuam: & per circũciſionẽ in
ipſo deletum fuiſſet peccatũ originale: nihilominus tamẽ tẽpore nouę legis ſacramentũ baptiſmi ei
erat adhibẽdum: & hoc ppter ſolum ſtatutũ diuinum de baptiſmo: licet nõ ſine effectu aliquo prę
dictorum. Vnde & Maria Magdalena ſi nõ fuit baptizata quando Chriſtus remiſit ei oĩa peccata
ſua: debuit poſtmodũ baptizari: etiam ſi ſe mũdam ab omni peccato ſciuiſſet. Etiã in vtero ſanctifi-
catus tẽpore legis Chriſti debuit baptizari. Vnde Ioan. baptiſta ĩ vtero ſanctificatus dixit Chriſto.
Ego a te debeo baptizari. Vnde ad formã argumẽti, & ad aſſumpta in ipo, dicendũ: ꝙ illud aſſum-
ptum: Dicta ſacramẽta non conferunt gratiam neq; augmẽtant niſi in ordine ad peccatũ delendũ:
duplicẽ habet intellectum, quia ly delẽdum poteſt eſſe participiũ vel nomẽ verbale. Si ſit participiũ
tunc exponit per deletionẽ paſſiuam de futuro ſimpliciter acceptã ſub hoc ſenſu. In ordine ad pec-
catum delendũ, i. qđ delebitur per ipſum ſacramentũ pœnitentię: & nõdum eſt deletũ. & ſic ſimpli
citer eſt falſa. Si vero ſit nomẽ verbale: tunc exponit per paſſionẽ deletionis ſimpliciter abſq; tẽpo-
ris determinatione ſub ratione digni vel debiti, ſub hoc ſenſu: In ordine ad peccatũ delendum, i. qđ
quãtum eſt de ſe & natura ſua ſimpliciter dignũ vel debitũ eſt vt p ipm deleat. & ſic eſt vera. Pec-
catum eñ originale quãtũ eſt de ſe & natura ſua dignũ & debitũ eſt deleri p baptiſmũ: etſi nullũ
ſit qđ reſtat delẽdũ participialr. Siliter ẽ de veniali reſpectu vnctiõis: & de mortali actuali reſpectu
pœnitentię. Vnde illa ſacramẽta nõ cõferunt aut augmẽtant gratiã niſi in ordine ad peccatũ delẽ
dum nominaliter: qa nõ ſunt principaliter inſtituta ad gratiã conferendã vel augmẽtãdam: ſed ad
peccati deletionẽ. & ſic ꝙ gratiam conferunt vel augent: hoc non eſt niſi in ordine ad peccatum
ſimpliciter: ſic ꝙ ſi ſit, deleant ipſum: & ſi non ſit, ꝙ delerent ipſum ſi eſſet: nõ ſolum autẽ in ordi-
ne ad peccatũ delendum participialiter: in quo ſenſu falſo ſequitur cõcluſio falſa: non autẽ in ſenſu
vero: quia tunc aliter accipit ly delẽdum in præmiſſa vera: & aliter in cõcluſione falſa vt dictũ eſt.
Q & propter hoc non valet ꝓceſſus vlterior in argumẽtãdo. Qđ autẽ addit: ſi ex cõfeſſione & abſo Ad octauũ,
lutione iterata habet augmentũ gratiæ: hoc nõ eſt ex vi ſacramẽti ſacramẽtaliter adhibiti: ſed ſolũ
ex merito humiliationis qua confitẽs recognoſcit peccatũ ſuum qđ fecit vt dei offenſiuũ: an ſic ſit
an nõ, nihil omino refert: dum concedatur ꝙ confeſſio ſemel facta vni, iterari poſſit alteri circa ea
dem peccata: & in caſu noſtro ꝓpoſito iterari debeat. Sed in hoc dicẽdo reuera ſollicite cauendũ eſt
periculũ qđ cõſiſtit in denegãdo ſacramẽto efficaciã quã a deo in ſua inſtitutione recepit: vel in at
tribuẽdo ei efficaciã quã nõ recepit. Sed vt mihi videt in dicto illo duo implicant: quæ ſimul ſtare
nõ poſſunt: ꝙ videlicet ſacramẽto iteratio adhibetur, & ſine effectu ſacramẽtali: quia ſecũdũ dictũ
illud: ſi effectus aliquis gratię ex eius adhibitione cõſequeretur: ille cõſequeret ratione opis operã-
tis, ſ. ex deuotione & humiliatione eius cui adhiberet: nõ autẽ ratione opis operati. Et ſic in tali ad-
hibitione ſacramẽti nouę legis nulla eſſet prerogatiua ſup exhibitionẽ ſuo tẽpore ſacramẽtorũ ve-
teris legis: & nõ efficeret in tali adhibitione qđ figurat: ſicut neq; efficiebant ſacramẽta veteris le-
gis prẽter circũciſionẽ: & eſſet debile elemẽtũ, ſicut erãt ſacramẽta legalia. Quę oĩa vt videt multũ
vergũt in iniuriã ſacramẽti nouę legis: & etiã in falſitatẽ eius. Cũ eñ ſacramẽta legalia figurabant

futurum qđ nõ efficiebant,vera ſigna in hoc eſſe poterant. Sacramentũ vero nouę legis:quia figurat preſens eſſe qđ efficere natum eſt:ſi nõ efficit qđ figurat:falſum ſignũ eſt:quia aliter nõ eſt præſens. Nullo ergo modo tale ſacramẽtũ in tali adhibitione poteſt eſſe verũ ſignũ,ſed falſum neceſſario:qđ eſt magnũ inconueniens circa ſacramentũ dicere,& vt timeo erroneũ. Ideoq; mihi videtur: q; nunq; ſacramentũ nouę legis adhibeť quin aliqd ſpirituale efficiat qđ figurat:ita q; ſi non efficeret,nullo modo eſſet in præcepto neq; in cõſilio eius adhibitio, immo in ꝓhibitione potius. Vnde etſi principaliter ꝓpter ſolũ preceptũ alicui⁹ ſacrameti adhibitio faciẽda eſt vl' ſemel tm̃ quãdoq; vt dictũ eſt i baptiſmo,vel iterato vt dictũ eſt in pœnitẽtia:nũq; tñ eſt ſine aliq effectu:nec põt hõ eſſe in vita iſta in tali ſtatu:vel ſaltẽ non eſt preſumẽdũ:qn ſacramentũ aliquẽ effectũ circa ipſum habere poſſit,ita q; ſi adhibitio ꝓſumereť eſſe ſine effectu ſacramẽtali:nullo modo præcipi poſſet:qa hoc eſſet in iniuriam ſacrameti. Ad cõfirmationem. Q2 autem ad confirmationẽ illius dicti adducitur auctoritas Augu. in libro de pœnitẽtia:& habeť de pœ.diſt.i.c. Quẽ pœnitet omnino pœniteat,vbi dicit ante mediũ capituli. Dignus eſt miſericordia q ſpecialť labore gratiã petit. Laborat em̃ mens patiẽdo erubeſcẽtiam. Sed quoniam verecũdia magna eſt pœna,qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia. Vnde patet q; quãto pluribus quis confitebit in ſpe venię turpitudinẽ criminis: tanto facilius conſequeť miſericordiã remiſſiõis. Ex quo patet reuera:q; ex ope operãte ſiue ex merito humiliatiõis in iterata cõfeſſione & abſolutione habetur augmẽtum gratię:nec vnq; hoc vllus catholicus negauit Sed q; ſolũ habeat ex hoc,& nõ ex vi ſacrameti,ſed opere operãte:ſicut dicit dictũ illud:hoc nõ habeť ex dicto Augu. Sed cõtrariũ habeť manifeſte,ſ.q; ex vi etiã ſacrameti adhibiti cõſequit qs miſericordiam remiſſionis:de qua loquit:quæ pertinet ad pœnę relaxationẽ. Nõ autẽ loquit de augmẽto gratię:niſi quia forte ſimul gratia augetur quando pars pœnę remittit:ita q; illa humiliatio ſit quędã diſpoſitio vt ipm̃ ſacramẽtũ efficacius effectũ ſuum conſequať. Sic em̃ conſequit continue. Ipſi em̃ ſacerdotes plus iam poſſunt ꝓficere:plus confitẽtibus facere vel parcere, quibus em̃ remittunt,remittit deus. Ecce q; ex illa humiliatione ſacerdotes plus poſſunt ꝓficere circa confitẽtes faciendo circa eos remiſſionẽ. Et cõſtat q; non loquit de remiſſione culpę:quia illa non recipit magis aut minus:& eã ſupponit iam remiſſam prius:ſed pœnæ tm̃. Vnde ſequit continue. Lazarum em̃ quẽ de monumẽto ſuſcitauit,obtulit dñs diſcipulis ſoluẽdum:per hoc oſtẽdens poteſtatẽ ſoluendi cõceſſam ſacerdotibus: dixit em̃:quodcũq; ſoluerit⁹ ſuper terrã erit ſolutum & in cælis:& qđcũq; ligaueritis ſuper terrã erit ligatũ & in cælis:hoc eſt ego deus & oẽs cęleſtis militię ordines & omnes ſancti in gloria mea laudant vobiſcũ & confirmant quos ligatis & ſoluitis. Gloſ. Quos ligatis iuſte & miſericorditer pœnis,non dicit peccatis. Soluitis iuſte & miſericorditer a pœnis,nõ dicit a peccatis. Ecce q; ſacerdos opere ſuo ſacerdotali pœnas ſacramẽtaliter iniungit & relaxat. AD vltimo argutum:q; pœnitentia circa peccata eadẽ numero non eſt iterabilis:quia nec aliud ſacramẽtorum circa idem numero omnino iterať:Dicẽdum q; ſacramẽtum eſt circa aliquid dupliciter. Vno modo vt circa ſubiectũ:vt baptiſmus circa baptizatũ:Vnctio extrema circa vnctũ:pœnitentia circa pœnitẽtem:Euchariſtia quo ad eius cõſecrationẽ ſeu benedictionẽ circa hoſtiam quæ conſecrať quo ad eius vſum circa cõmunicantẽ cui cõmunicatur:cõfirmatio circa cõfirmatũ:ordo circa ordinatum:matrimoniũ circa cõiuges. Alio modo vt circa obiectũ ſiue effectũ:ſicut baptiſmus circa characterẽ imprimẽdum,& originale delẽdum: & gratiã conferẽdam & augẽdam:extrema vnctio circa veniale delẽdum,& gratiã augẽdam:pœnitẽtia circa peccatũ actuale mortale delẽdum & gratiam cõferẽdam:& circa pœnã ęternam debitã mortali mutandã in tẽporalẽ,& tẽporalẽ relaxandã aut pro toto aut pro parte:Euchariſtia ad gram augẽdã:& ſiliter cõfirmatio:ordo & matrimoniũ. & eſt etiã matrimoniũ ad coniuges vniendũ:& ordo ad characterẽ iprimẽdũ:& ſiliter cõfirmatio. Quorũ nullum iterari debet circa idẽ ſubiectũ oino eodẽ modo ſe habẽs. Sed quædã eor̃ nullo modo ſunt iterabilia circa idẽ ſubiectũ re:quocũq; modo alias variet:vt ſunt illa quę imprimũt characterem,ſ.baptiſmus,ordo,& cõfirmatio. & hoc ideo quia ſemel adhibita effectũ ſuum totũ habent quẽ habere poſſunt:ſi non ſit impedimẽtũ ex parte ſubiecti: eo q; effectus eorũ non depẽdet ab aliqua noſtra cooperatiõe:dũ tamẽ nõ ponamus eis obiicẽ in noſtra volũtate. Alia vero oia iterabilia ſunt circa idem ſubiectũ re:& hoc ideo quia ſemel adhibita habẽt vnum effectũ:& poſſunt habere aliũ adhibita poſtea:eo q; effectus eorũ depẽdet a noſtra diſpoſitiõe ac cooperatione: puta extrema vnctio ſemel adhibita,poſt interuallũ tẽporis quo poteſt preſumi inunctũ cõtraxiſſe noua venialia in tanta multitudine & quãtitate q; eis timeať grauari:iterato adhibẽda eſt:nec prius debet adhiberi:licet ſtatim cũ eſſet notũ q; aliqđ veniale eſſet in ipõ,poſſet adhiberi & etiã habere effectũ ſuũ. Similiter pœnitẽtia ſemel adhibita,poſt interuallũ tẽporis in quo aduenit pœnitẽti noua cõtritio

R

Ad nonum.

S

iterato debet adhiberi. & nõ debet prius: quia licet forte poteſt prius adhiberi: & adhibita effectum habet: prius tamen adhiberi non debet propter reuerẽtiã ſacramẽti: ne ꝓpter citã & frequẽtẽ iteratiõẽ vileſcat: & faſtidiũ pariat: niſi forte ex cauſa ſpeciali, vt ſupra, ꝓpter ſoluẽdum debitũ confeſſus fratri in die paſchę ſtatim ante cõmunionem velit confiteri ſuo proprio ſacerdoti eadem peccata. Similiter Euchariſtia ſemel adhibita alicui poſt interuallũ tẽporis quo præſumitur ꝙ noua deuotio ſufficiens ad iterum ſuſcipiendũ aduenit: iterum poteſt exhiberi, quia licet forte poteſt prius adhiberi: tamen non debet ſine cauſa: vt ſi ſacerdos plures hoſtias conſecrauit q̃ opus ſit: & primo ſumpſit vnam per ſe: deinde percipit adeſſe aliam: nec habet vbi eam cuſtodiat: poteſt cõtinuo & illam ſumere: vel ſi neceſſe habet pluries eodem die celebrare. Circa eandem autẽ hoſtiam nullo modo poteſt iterari conſecratio: quia vna conſecratio circa eãdem hoſtiã facit quicquid circa eam poteſt fieri. Similiter matrimoniũ ſemel adhibitum alicui reſpectu eiuſdẽ coniugis: poſt interuallum tẽporis quo per mortẽ alterius ſolutum eſt vinculum matrimonii: poteſt ſuperſtiti iterato adhiberi reſpectu alteri⁹ cõiugis. Circa eoſdẽ aũt cõiuges nullo modo põt iterari: ꝙa ſemel circa eoſdẽ adhibitum operatur quicquid circa eos operari poteſt. Et ſic differẽtia eſt de extrema vnctione & matrimonio, reſpectu Euchariſtię & pœnitentię. Illa em̃ non debẽt nec poſſunt iterari niſi variato ſubiecto: iſta autem poſſunt, vt dictum eſt. Cuius ratio eſt: quia illa ſemel adhibita: totum ſuum effectum ſimul habent quẽ habere poſſunt circa tale ſubiectũ: ſi nõ ſit obiex: eo ꝙ effectus eorum non dependet a noſtra cooperatione. Euchariſtia autẽ & pœnitentia iterari poſſunt ſubiecto in eadem diſpoſitione continua remanente vt dictũ eſt. Cuius ratio eſt: quia ſemel adhibita non totum effectum ſuum quẽ habere poſſunt ſimul habẽt: & effectus eorum dependet a noſtra cooperatione. Et ſic patet quomodo eſt ſimile, & quomõ nõ: & in quo ſimile eſt & in quo nõ, in pœnitẽtia & in aliis ſacramẽtis quo ad eorum iterationẽ circa idem ſecũdum rem: qm̃ tria ſacramenta quæ characterẽ imprimunt: vt baptiſmus, cõfirmatio, & ordo: nullo modo ſunt iterabilia circa idem ſubiectum & idem obiectum ſecũdum numerum: neq; ſacramẽtum Euchariſtię quo ad eius cõſecrationẽ circa eãdẽ hoſtiã numero. Alia vero q̃tuor iterabilia ſunt circa idẽ ſubiectũ re: ſed extrema vnctio & matrimoniũ nõ niſi variatione facta circa ſubiectũ quo ad obiectũ. Vnctio em̃ nõ eſt iterabilis niſi variatiõe facta quo ad peccatũ veniale delẽdũ p ipſã. Matrimoniũ nõ eſt iterabile niſi variatiõe facta quo ad vinculũ cõnexiõis cõiugũ. Euchariſtia vero & pœnitẽtia licet iterari nõ debeãt circa idẽ ſubiectũ non variatũ ſaltẽ pręſumptiue per lapſum tẽporis ſecundũ nouam deuotionẽ quo ad Euchariſtiam, vel nouam contritionẽ quo ad pœnitẽtiam, propter reuerẽtiam ſacramentorũ: poſſunt tamen ſuos effectus habẽdo. Sed differẽtia eſt inter hęc duo ſacramẽta: ꝙ Euchariſtia nõ poteſt prius q̃ noua deuotio adueniat adhiberi vt habeat ſuum effectũ: niſi ex cauſa. Pluribus em̃ Euchariſtiis cõmunicari vel ſimul vel ſucceſſiue abſq; interuallo quo poteſt præſumi adeſſe noua deuotio: & hoc ſine cauſa: non eſt niſi vnica cõmunio habens vnicum effectũ: ita ꝙ error eſſet putare maiorem effectum plures hoſtias conſecratas ſimul cõmunicare q̃ vnicam. Perinde autẽ eſt plures ſimul ſumere & plures ſucceſſiue abſq; interuallo notabili quo pręſumitur adeſſe noua deuotio, totum em̃ tempus illud pro vno indiuiſibili reputatur quo vnica hoſtia nata eſt ſumi. Pœnitentia vero bene poteſt adhiberi vt habeat ſuum effectũ circa idem ſubiectum non variatũ: neq; ſecũdum contritionem: neq; aliter ſimpliciter & abſolute: ſed maxime ex cauſa. Licet em̃ iam confeſſus in eadem cõtritione exiſtens non debeat ſine cauſa iterum ſumi ad confeſſionem: ſi tamen ſumatur, ſacramentum habet effectum ſuum. Quãdoq; em̃ non debet matrimoniũ celebrari: vt in quadrageſima propter temporis reuerẽtiam: ſi tamen fiat, effectum ſuum principalẽ habet. Similiter pœnitẽtia etſi quandoq; non debeat adhiberi propter reuerẽtiam ſacramenti: etſi non ex aliquo præcepto Chriſti aut eccleſiæ: ſi tamen adhibeatur ex cauſa, forte bene habet effectum ſuum: puta ſi cõfeſſus fratri in die paſchę velit eadem peccata confiteri ante cõmunionẽ propter ſtatutũ eccleſiæ. Cauſa em̃ differẽtię in hoc inter ſacramẽtum Euchariſtię & pœnitentiæ eſt: ꝙ pœnitentia quo ad diminutionem pœnę reſtantis poſt primã abſolutionẽ: eſt circa huiuſmodi obiectũ & circa id qđ eſt maioris neceſſitatis & debiti circa pœnitẽtem q̃ ſit Euchariſtia quo ad gratię augmẽtum. magis enim neceſſarium eſt pœnitẽti, & magis obligatus eſt tanq̃ debito: vt procuret ſibi relaxationem pœnę quã tenẽt ſoluere deo: q̃ neceſſarium ſit cuicunq; deuoto vt procuret ſibi augmẽtum gratiæ: & q̃ obligatus ſit ad hoc. Et ſic quo ad hoc, ſacramẽtum pœnitentię eſt maioris neceſſitatis q̃ ſit Euchariſtia: & ideo magis & citius atq; frequẽtius põt adhiberi abſq; iteruallo notabili: ſic ꝙ qualibet vice ſuũ effectũ habeat q̃ Euchariſtia. & ſic pœnitẽtia eſt ſacramẽtũ magis iterabile & circa idem ſubiectũ & circa idẽ obiectum, q̃ aliq̃d aliorũ. Nec oĩno ſimile eſt quo ad iterationem de hoc ſacramento: & de quo-

cunq; aliorũ:ſed argumẽtũ procedit ac ſi omnino eſſet ſimile. Q; inducebaꝫ vltimo:quãdo ſacramẽtum eſt principaliter contra peccatũ,non poteſt iterari niſi peccatũ itereꝫ: vt patet in baptiſmo qui nõ iteratur quia originale nõ iteratur:& in extrema vnctione:quę non iteratur niſi iteratis venialibus:quare nec pœnitẽtia quę eſt contra peccatũ actuale mortale,iteranda eſt niſi peccato mortali iterato.Cum ergo idem peccatũ mortale ſecũdum numerũ nullo modo poſſit iterari:nec pœnitentia circa ipm poteſt iterari. Et quęrit quare circa eadẽ peccata potius iteraꝫ pœnitẽtia q̃ aliquod alioꝝ.Et eſt dicẽdum q̃ baptiſmus ſimul quãtum eſt de ſe ex vi ſacramenti ſi nõ habet obicem ſimul remittit culpam & omnẽ pœnam illi debitam:& idem pręſumit quo ad venialia de extrema vnctione. Propter qđ a ſua inſtitutiõe baptiſmus & vnctio circa eadẽ peccata ſunt initerabilia.De ſacramẽto autem pœnitẽtię qđ eſt cõtra peccatũ mortale actuale: cui debetur multa & magna pœna tẽporalis:non pręſumitur q̃ ſimul culpam & totam pœnã illi debitam remittat: ſed ſolum portionẽ certam & ſemp ęqualẽ quãtum eſt ex ſe. Propter qđ vt qđ reſtat de ſolutione remittat,pœnitentia a ſua inſtitutiõe circa eadem peccata numero eſt iterabilis. AD ſecũdum qđ erat ad principale,q̃ accipiens in paſchate Euchariſtiã a nõ ſuo ſacerdote:non tenetur iterum recipere eam a ſuo ſacerdote:quare neq; confeſſus alteri tenetur eadem confiteri ſuo ſacerdoti:cum vtrũq; horum æqualiter ſtatuatur & pręcipiatur in Omnis vtriuſq; ſexus.Dicẽdum ad hoc ſecundũ iam dicta,q̃ aſſumptũ de Euchariſtia q̃ cõmunicatus ab alio in paſchate non tenetur iterum recipere eam a ſuo ſacerdote : verum eſt , non tamen propter hoc verum eſt q̃ ſimiliter neq; tunc confeſſus alteri tenetur eadem confiteri iterato ſuo proprio ſacerdoti: quia non eſt ſimile:eo q̃ ſecũdum iam dicta,ſacramẽtum Euchariſtię maioris eſt reuerentię q̃ ſacramẽtum pœnitẽtię:& ſacramẽtum pœnitẽtię maioris neceſſitatis eſt q̃ ſacramẽtũ Euchariſtię. Siquis tamen imminẽte paſcha ſic ſe arcet alteri cõfitẽdo & Euchariſtiã ab illo ſumẽdo : etiã ſup hoc priuilegiato tali priuilegio quale eſt domini Martini , q̃ nõ poſſit in debita deuotione & cõtritione iterum infra annum qui finitur in paſcha ſuo proprio ſacerdoti confiteri eadem,& cõmunicari ab ipſo:tranſgreſſor eſt ſtatuti & moraliter peccat niſi ex cauſa de licentia proprii ſacerdotis expectet:& nihilominus tenetur ſe pręparare per contritionem & deuotionem vt q̃ citius poterit poſt paſcha confiteatur prius confeſſa alteri,& ſuper illa tranſgreſſione, priuſq̃ cõmunicetur ab eo : & ſic reddat deo & ſacerdoti debitum in quo adhuc manet obligatus quouſq; pręſoluerit.Nec licet eum expectare de confitendo vſq; ad ſequens paſcha infra annum illum ſemel dicta peccata cum aliis infra eũdem annum cõmiſſis ſuo ſacerdoti confitendo,hoc enim non ſufficit: quia per hoc q̃ aliquis eſt in mora ſoluendi debitũ,nõ prorogatur ei tempus ſolutionis:ſed obligatus manet ad ſoluendum q̃ citius poterit.Bene autem licet eum expectare vſq; ad ſequens paſcha de cõmunionẽ accipiendo ab eodẽ:quia ſuper tranſgreſſione in eo q̃ a ſuo ſacerdote non eſt cõmunicatus,nõ poteſt ſatisfacere cõmunionem ab ipſo accipiendo:ſed de tranſgreſſione illa pœnitendo:& eam illi confitendo. Super tranſgreſſione autem in eo q̃ illi nõ eſt ſemel in anno pręcedẽte confeſſus,ſatisfacit pœnitendo,& peccata alteri confeſſa cũ iſta tranſgreſſione eidem iterato confitendo. Vnde ſi aliquibus ex gratia priuilegii conceſſum eſſet q̃ poſſent ſingulis annis miniſtrare ſacramẽtum Euchariſtię ſicut & pœnitentię quãdocũq; opus eſſet:& miniſtrarent ipſum ante paſcha:ſic vt noua deuotio poſſet intercidere ad miniſtrãdum ipſum a ſuo ſacerdote in paſcha,iterũ deberet ipſum ſuſcipere in paſcha: licet ſi in die paſchę ille miniſtraret vnam ſemel:non deberet iterato in eadem die recipere aliam a ſuo ſacerdote : etiam ſi tẽpus reſtaret quo eodem die cõſuetum eſt cõmunionem recipere.Sic tamen non eſt de confeſſione: quia ſi in die paſchę aliqs alteri cõfeſſus eſt & non cõmunicatus ab eodem: debet nihilominus eodem die eadem cõfiteri proprio ſacerdoti:ſi reſtat tẽpus ſufficiens illius anni in quo ſuam cõplere poſſet confeſſionẽ : & confeſſione cõpleta ſi adhuc reſtat tẽpus anni illius,debet ab eo recipere cõmunionem:ne fiat tranſgreſſor ſtatuti de ſemel in anno confitendo ſuo ſacerdoti:& cõmunionem ab eo recipiendo. Q; ſi non reſtat tempus recipiẽdi cõmunionem:ſtatim factus eſt tranſgreſſor ſtatuti quo ad hoc: & debet de illa tranſgreſſione ſtatim pœnitere & confiteri ſuo ſacerdoti eandem q̃ citius poterit:per hoc ei ſatiſfaciendo de ſibi debito. ſed non debet niſi velit cõmunionem recipere ab eodem citra paſcha ſequens:vt ſupra dictum eſt. PER dicta patet ad confirmationem de ſacramento baptiſmi . nõ enim eſt ſimile de baptiſmo & pœnitẽtia:& minus ſimile de pœnitentia & Euchariſtia.Baptiſm⁹ enim natus eſt habere omnem effectum ſuum ſimul & ſemel:non ſic autem Euchariſtia & pœnitẽtia: vt ſupra dictum eſt. AD tertium q̃ ex eo q̃ dicitur confeſſum ex gratia teneri eadẽ iterum confiteri ſuo ſacerdoti:oritur ſchiſma inter pręlatos & religioſos &c. Dicendum eſt de ſchiſmate ſicut & de ſcandalo : q̃ dicere illud ex quo oritur ſcandalum vel ſchiſma eſt

Ad ſm pri. T

Ad confir.

Ad tertiũ. V

erroneum. Verum eſt: dum tamen illud dictum non ſit de illis quæ pertinent ad veritatẽ opportu nam ad dicendũ: vitę ſcilicet, iuſtitię, aut doctrinę. Si vero ſit de illis quæ pertinent ad aliquam ha rum veritatum: illud dicere non eſt erroneum, neq; quo ad rem dictam: neq; quo ad actum dicẽdi Dictum autẽ iſtud de quo eſt quęſtio, pertinet ad veritatem vitæ: quia vt ſupra dictum eſt, ipſa de illo in quo conſiſtit periculum animarũ: & eſt nunc temporis opportunitas ad dicendũ: eo q; habet

X fortes cõtradictores. AD quartũ: q; ſacramẽtum pœnitentię efficaciam habet a ſolo Chriſto: non autem ab vllo hoſe inſtituẽte &c. Dicẽdum q; verum eſt tam in principali eius effectu q̃ in ſecũda rio: nec iteratio eius propter inſtitutũ papę dat ei nouam efficaciam vt ſupponit argumẽtũ. Habet tamen vt dictũ eſt nouum effectum: ſed a ſolo Chriſto, & multo aliud & aliud eſt dicere habere no uam efficaciam de qua procedit argumentũ: & habere nouum effectũ contra quem intendit proce

Ad quartũ.

habuit ab aĩa & ſub aĩa ĩ viuo:nõ eſt idẽ corpus Chriſti viui & mortui:qa illis diſpoſitionib⁹ priua tũ eſt corpus mortuũ q̃s habuit in viuo.Eſt tñ idẽ nũero p tpe quo ponũt aliq nullã nouã formã ĩ troduci ĩ mortuo:& hoc quo ad hoc q; corpus ĩ mortuo eſt ĩcõpletũ priuatũ cõpleméto,qd̃ eſt ĩ vi uo ſub ſuo cõplemento. Vñ in talib⁹ qñ nomẽ corpis de ſe nõ ĩcludit rõnẽ cõpleméti, bñ dr̃ & vni uoce & in viuo & in mortuo idẽ:vt ſunt oĩa noĩa partiũ corpis homogenearũ ſiue non organicarũ Bñ eñ dicit̃ q; caro erat vniuoce in Chriſto viuo & mortuo.Q̃ vero formaliter ĩ ſuo ſignato ĩclu dit rõnẽ cõpleméti:& ab illo ĩponit̃:nõ dr̃ vniuoce in viuo & mortuo idẽ:ſed ęquoce tm̃ vt ſunt oĩa noĩa ptiũ corpis hõgenearũ ſiue organicarũ.Oculus,n.qa eſt nomẽ ĩpoſitũ parti corpis vt eſt pfecta ví viſiua ab aĩa: ĩõ nõ bñ dr̃ q; ẽ idẽ oculus Chriſti viui & mortui vniuoce:ſed ęquoce tm̃.& ſic de ſiĺib⁹. Vñ in aliis oĩb⁹ a Chriſto in qb⁹ noĩa ſunt ęquoce in viuo & mortuo,ſcdm opinionẽ dicẽtiũ q; in corruptione ſtatĩ fit reſolutio vſq; ad primã materiã:magis manifeſta eſt ęquocatio ĩ ptib⁹ or ganicis q̃ in cõſiĺib⁹ ptib⁹ ex qb⁹cõſtãt:& hoc qa forma earũ ſcdm q; hmõi magis eſt manifeſta qñ adeſt & abeſt,q̃ illarũ.dicẽte pño.iiii.Metaph.Hõ mortu⁹ ęquoce:& mau⁹ defũcti ęquoce:& vniuer ſa organa.min⁹ vero de carne & oſſe talia manifeſta.Hoc,n.p q̃cũq; & cã formalis miníme ĩ iſtis ma niſeſtũ ẽ vbi plurimũ materię,vniuerſa aũt ſũt determinata ope.Q̃ę,n.poſſunt facere, ſuiipſi⁹ op⁹ eſt ſingulũ:quẽadmodũ oculus vídet:qd̃ vere nõ põt ęquoce: ita ſane & caro.ſed opus ipſi⁹ mín⁹eſt manifeſtũ.Silr̃ in plãtis:atq; inaĩata cęra,ęs,& argẽtũ.vniuerſa q̃ppe virtute q̃dã ſũt.q̃ de re qñ exi ſtit & qñ nõ:nõ facile pſpicere niſi valde ĩbecille ſit:& figurę ſolę ſũt relíq̃:quẽadmodũ veterũ cor-
Ad arg.pri. pora mortuorũ ſubito cinis fiunt ĩ ſepulcris. AD formã igit̃ argumẽti: q; corpus Chriſti mortuũ F
& corp⁹ Petri mortuũ nõ ſunt idẽ ſpecie:ergo nec Petri viuũ & Chriſti viuũ:Dicẽdũ q; ſunt idem ſpecie mortuũ mortuo ſicut viuũ viuo.præter hoc q; viuũ eſt idẽ viuo cõpleta corporeitate ſcdm ſpeciẽ ſpecialiſſimã ppriedictã.mortuũ aũt mortuo ſcdm ĩcõpletã: & ſcdm ſpeciẽ ſpecialiſſimã cõit dictã: ſic tñ q; Petro mortuo corp⁹ ĩterminatũ eſt ſub oppoſita terminatiõe q̃ fuit ĩ viuo,nullo mõ natũ eẽ ſub tmĩatiõe quã habuit in viuo. In Chriſto vero mortuo corp⁹ ĩtermĩatũ ſub nulla termi natiõe eſt:natũ tñ eẽ ſub eadẽ terminatiõe ſub q̃ fuit in viuo ſcdm numerũ:nõ ſcdm ſpeciẽ tm̃.Sed ĩ Chriſto mortuo hoc accidit.Eſſentialiter,n.& naturaliter quãtũ eſt de natura hũana noua forma ĩtroducta fuiſſet in Chriſti corpe ſi ſibi relicta fuiſſet:ſicut & fuit in materia corpis Petri:vt alibi ex poſuim⁹.& fuiſſent illę duę formę nouę eiuſdẽ ſpeciei cadaueris in Chriſto mortuo,& ĩ Petro mor tuo:ſicut & duę aĩę ſepatę p mortẽ ſũt eiuſdẽ ſpeciei in Chriſto viuo & ĩ Petro viuo.Nũc autem p miraculũ retẽta eſt corpeitas Chriſti ĩterminata abſq; ĩtroductiõe formę cadaueris: qd̃ maxie habẽt neceſſe negare illi q̃ dicũt q; in hoĩe nulla eſt forma ſubſtãtialis ſcdm rẽ niſi aĩa rõnalis. qa.n. con-
ſtat q; ipſa tota ſepat̃ in morte,nullo mõ poſſũt ponere q; corpus viui & mortui eiuſdẽ hoĩs ad ſepa tionẽ aĩę ſit idẽ numero:ſed tm̃ ſpecie,& ſub oppoſita termĩatiõe q̃ fuit in viuo. Sũt tñ tres modi:q G
bus ponẽtes q; nõ ſit forma in hoĩe niſi aĩa rationalis,idẽ ponũt fuiſſe corpus Chriſti viuũ & mor tuũ.Quorũ prim⁹ eſt dicẽtiũ q; corp⁹ps hoĩs nõ eſt aliud q̃ materia extẽſa dimẽſionib⁹.Sed tũc cor pus ſub ſubſtãtia nõ eẽt ſpecies ſubalterna:qa non ſpecies neq; ſpecialiſſima neq; ſubalterna niſi per differẽtiã formalẽ. Vel ſumet̃ corpus ęquoce hic & ibi.Sed nõ eſt ita.Corpus,n.ſubſtãtia vno mõ eſt materia oĩm ſubſtãtiarũ corporearũ in ſpecie ſpecialiſſima ſubſiſtentium:alio vero mõ genus:vt in alio Quolibet de corpore Chriſti declarauim⁹. SEcũdus modus eſt dicentiũ q; corpus mortuũ di

cit̃ Christi viui:secũdũ q̃ vinũ tale dicit̃ talis vitis:quia in ordine naturę nõ potuit immediate fie
ri nisi de viuo:sicut tale vinũ nõ nisi de tali vite.Sed ex hoc non dicit̃ corpus mortui & viui idem:
sicut nõ dicitur idem eẽ corpus vini & vitis. Sed dicũt q̃ imo in Christo:& hoc ſpeciali mõ qui in
solo Christo inuenit̃:qa.ſ.idẽ erat ſuppositũ Christi viui & mortui,in quo subsistebat tam corpus
Christi mortuum q̃ viuũ: qđ in nullo alio hoie inuenit̃:qa ſuppositũ hois viui habet̃ p̃ p̃sentiã aiæ
ad corpus: q̃ nõ est in ipso mortuo:nec etiã inuenit̃ in aliquo alio:quia qđlibet aliorum habet simi
liter rationẽ ſuppositi a ſua ꝓpria forma naturali:& in nullo alio est eadẽ forma viui & mortui,ge
nerati & corrupti.Sed ista vnitas non est ipſorum corporũ inter ſe,qualẽ q̃rimus:ſed in tertio.Præ
terea sic dicere corpus mortuum in ſepulcro fuiſſe corpus Christi viui,multum ęquiuoce dicitur
H a mõ idẽtitatis:quo q̃rimus corpus mortuũ in ſepulcro fuiſſe corpus Christi viui. TERtius mo-
dus est dicentiũ q̃ aĩa Christi manẽs ſeparata,habet habitudinẽ,inclinationẽ,& ordinẽ determinatũ
ad determinatã partẽ materię ſub quacunq; forma ſiue elemẽti ſiue mixti varieẽ:reſpiciendo illam
determinate:vt ipſa harmonice & organice reparata ei vniat̃.Sed cũ aĩa non dat ſecundum actũ ra
tionẽ corporeitatis humanę:niſi inquãtũ dat determinatã rationẽ corporeitatis: & eã conſequunt̃
complexiões harmonicę,& organizationes corporales proprię homini:q̃ nõ dat niſi qñ actu est vni
ta materię:ſeparata ergo a materia nõ dat niſi ſecũdũ habilitatẽ & aptitudinẽ.Quare ſil̃ nec mate
ria ſub dimenſionibus anima ſeparata poteſt dici corpus propter ordinem animæ ad illam, niſi ſe-
cundũ habilitatẽ & aptitudinẽ:qđ adhuc est non corpus ſecundũ actũ.Et ſunt iſti tres modi cõmu
I nes Christo & aliis hominib9. SVPpono aũt vniuerſaliter quatuor in ista reſponſione.Quoꝝ Pri-
mũ est:q̃ in hoie cũ aĩa rõnali est alia forma materialis.Secũdũ est:q̃ illa forma materialis reſeruata
fuit in Christo.Tertiũ:q̃ nõ fuit reſeruata in Petro aut in alio hoie. Quartũ:q̃ nihil formę ſubstã
tialis manet naturaliter in mortuo alio a Christo,q̃ fuit in viuo.Primũ iſtorum ſuppoſitorũ.ſ. q̃ in
hoie ſint plures formę ſubstãtiales,alibi docuim9,& rõnib9 in vno Quolibet, & auctoritatib9 i alio
Qđ duabus auctoritatib9 quas alibi nõ poſui,ſufficit ad p̃ſens declarare:quarũ prima est Hug.de
ſancto Victore in tractatu de ſciẽtia aĩæ Christi,rñdẽdo ad iterrogationẽ a Vualtero de Maritania
ſibi factã ſup hoc:q̃ icipit ſic.Hugoni ſancti Victoris priori Vualter9 ſalutẽ.Nup de Pariſi9 veniẽs
&c.in qua ſic dicit.Queris de aĩa Christi,i.de illo rõnali ſpũ,q humanã in Christo carnẽ vegetauit
quẽ verbũ cum carne ipſa ſibi in vnitate p̃ſonę vniuit,vnus Christus in vna p̃ſona,duabus naturis
tribus eſſentiis.Vna videlicet p̃ſona:qa idẽ hõ & de9,ꝓpter qđ fuit in duabus naturis, diuina.ſ. &
humana.Tribus eſſentiis,diuinitate,carne,& aĩa,ſine ſeparatione diſcretis, ſine confuſione ſociatis.
Ecce q̃ plane diuinitatẽ carnẽ & aĩam ponit fore tres eſſentias in Christo diſtictas,& manẽtes i vni
one diſtinctas.Qđ adhuc ãplius explanat ſubdẽs inferius.Tres eſſentię ſunt in Christo:caro,aĩa, di
uinitas:q̃ ſi tres eſſentię:ergo tres naturę:ergo tres formę:quarũ vna.ſ.caro,ſub ſe materiã icludit.
Qđ nullo mõ verũ eẽt ſi ſola aĩa rõnalis eẽt forma in hoie,dãs eẽ corporeũ viuũ,ſenſibile & rõnale.
Ab hac qdẽ carne i morte Christi ipſa manẽte eadẽ ſcdm rẽ & naturã ſepata ẽ aĩa Christi,& de car
ne viua facta ẽ caro mortua exuta ſiue ſpoliata aĩa & priuata vita.Vñ vbi nſa lſa Coloſ.ii.habet.Ex
poliãs pricipat9,alia lſa h3 ſecũdũ Hilar.Exut9 carne.Quã exponit.ix.de Tri.ca.vi.dicẽs.Quero a te
q̃ ſit caro illa ſpoliata,& infra.Si.n.nõ idẽ est Christ9 mortu9 q̃ ẽ caro ſpoliata:carnis ſpoliatę nomen
oñde,& ifra,Spoliata.n.caro est Christ9 mortu9.Ecce plane q̃ Christ9 moriẽs ſcdm carnẽ,vere erat
ſpoliat9 ſiue exut9:vt illd ſpoliũ quo erat ſpoliat9,ſiue veſtimẽtũ illud quo erat exut9, aĩa ei9 intel-
ligat̃:qua ſpoliat9 ſiue exut9 erat in morte ponẽdo eã.Vt tria itelligam9 circa tres eſſentias ſiue na
turas in Christo.Christ9.n.vn9 & idẽ in p̃ſona,cõtinẽs in ſe illas tres naturas ſiue eſſentias,ſecundũ
diuinitatẽ ſuã erat ſpoliãs:ſcdm carnem vero ſuã erat ſpoliat9:ſpoliũ vero erat aĩa depoſita. Nunc
aũt ita est q̃ caro q̃ fuit viuẽs aĩa veſtita,niſi eadẽ maneret eadem depoſita Christo moriẽte,Christ9
mortuus nullo mõ eẽt caro ſpoliata,imo ſi a ſola forma q̃ est aĩa,eſſet caro,ipa caro & qcqd formę ẽ
in natura humana,in ipſa aĩa depoſitum eſſet & ſpoliũ, & eſſet ipſa materia ſpoliata: & eſſet Chri-
K ſtus mortu9 nõ caro ſpoliata:ſed poti9 materia ſpoliata. Præterea cũ ſcdm p̃hm.iiii.Meta,inter pri
uationẽ & negationem est differentia:qa negatio est abſolutio:priuatio aũt habet materiã ſubiectã
de qua dicit̃,vbi dicit Cõmẽ.Negatio.n.est abſolutio alicui9 negati ſimp̃r.Priuatio vero est abſolu-
tio ei9 a natura determiata,& cũ illa natura fuerit depoſita p priuationẽ:erit illd i forma affirmatio
nis.Et hoc itẽdebat cũ dixit de q̃ erat priuatio.Et.n.vt p̃hs dicit.ii.Phy.priuatio quodãmõ est.Qua
re cũ ſpoliatio priuatio q̃dã sit:& Christo mortuo ẽ caro ſpoliata:caro ẽ natura ſubiecta ſpoliatiõi,
& ſpoliatio talis ẽ affirmatio & ſpecies quodãmõ ſiue forma circa carnẽ.Et ſic vt ęſtimo certa fide
tenẽdũ est q̃ caro q̃ erat viua & aĩa veſtita tanq̃ forma ſua & habitu:ipſa eadẽ manens in morte est

ipſa anima ſpoliata,& ſubiectum priuationis ſiue carentiæ animæ.aliter enim circa illud qđ manet in morte de eo qđ fuit anima informatum,non erat caro ſpoliata ſiue priuata:ſed potius erat caro vegetata. Talis autem caro licet aſſumpta fuit mediante anima:manſit tamẽ verbo vnita anima ſe parata:nec de nouo aſſumpta eſt aĩa reuerſa. Nec etiam terminationes pfectionis:quas caro Chriſti amiſit animę ſeparatione,& quæ reparatę ſunt animę reuerſione,dicitur verbum tunc dimiſiſſe:& poſt de nouo aſſumpſiſſe:quia ſemper manſit idem.ſ.eſſentia humanæ naturæ,in qua erant aſſumptę & ante earum corruptionem:& poſt earum reparationem.in ſeipſis enim aſſumptæ non erant. Sed ſi anima vegetatiua & ſenſitiua eſſent alię ſubſtantiæ a forma carnis & anima rationali: & per ſeparationem animæ corruptę & redactę in potentiam materiæ, illas dimiſiſſet verbum:& iterum aſſumpſiſſet ipſis reparatis per animę reuerſionem. Hãc apoſtolicam fidem ſęculi homo non capit: vt dicit Hilari⁹ in principio dicti cap.& vt dicit in principio.v.ca.p̃cedentis,hui⁹ ſacramẽti apl's cõ ſcius:& p dñm ipſum fidei ſcientiam adeptus:cum non ignoraret incapacem eius eſſe & mũdũ, & homines,& phĩam,ait ad Col.cap.prędicto. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiã & inanem deceptionem ſecundum traditiones hominũ:ſecũdũ elemẽta mũdi:& nõ ſcđm Chriſtũ. Reuera iſto tempore hoc maxime cauendum eſt in ꝓpoſita quęſtione circa carnem Chriſti:ſi forte inueniãtur mõ homines qui ſic innituntur philoſophię:vt in hac materia & in pluribus aliis ſolas rationes phi loſophicas pro ſe adducant nihil curantes de auctoritatibus & dictis ſanctorum aut maiorũ:ſecun dum q̃ dicit gdam articulus nuper in Anglia inter hęreſes computatus:loquens de talia dicentib⁹ & dicens ſic. Qui vult iſta dicere,non tenet in talibus fidem adhibere auctoritati Papę,vel Greg.vel Aug.& cõſimiliũ,aut cuiuſcunq̃ magiſtri:ſed tm̃ auctoritati Biblię & neceſſarię rationi. In quo etſi reuerẽtiã exhibẽt auctoritati Biblię verbo:facto tamẽ non plus ei fidẽ adhibẽt q̃ auctoritati alicuius ſanctorum.qm̃ indifferenter nituntur exponere auctoritates Biblię quæ videnẽ eis obuiare:ſicut & auctoritates ſanctorum. Vnde multo aliter exponerent dictam auctoritatem apoſtoli q̃ eam expo nit Hilar.Etiã dicto Hilarii quãtũcũq̃ clarũ ſit,aliã niterenẽ dare expoſitionẽ q̃ litera eius prætendit. Vnde omnino adhęrẽt rationi ſibi apparenti quã reputant neceſſariam. Qđ certe cõtigit illis: qa vt dicit Magiſter in ꝓlog.Sen.non doctrinæ ſtudium impendunt:ſed his quæ ſomniarunt ſapientię verba coaptare nituntˉ:non veri ſed placiti rationẽ ſectãtes. Quã reuera ex phĩa capiunt: q̃ vt dicit gloſ.ſup illud Col.Per phĩam, non eſt ſecundum Chriſtum in aliqua parte,p quã ſolent ſeduci q cupiunt prudentes videri in mundo. Quis enim non videat q̃ inanis ſit ratio illa contra præmiſſa inducta de carne in Chriſto manente q̃ dicit:Res nõ poteſt eſſe & non eſſe:niſi qa in materia aliqd poteſt induci qđ eſt impoſſibile formæ qua habet eſſe: qđ non poteſt eſſe ſola priuatio: qa oĩs mutatio eſt inter terminos oppoſitos: quorũ vnus ꝓducit ab agente & expellit alterum:q nõ poteſt eſſe priuatio:qa priuatio nõ eſt aliqd emanãs ab agente qđ amouet priorẽ formã neq̃ intentã ab eo.cũ agẽs non intendit p ſe corrũpere ſed gnare, vt alibi expoſuimus. Quare cũ corruptio hoĩs ſit vera mutatio:oportet q̃ in ea ſit forma noua inducta per agens qua alia expellitur. Dicendũ q̃ L verũ eſt ſi natura Chriſti in morte omnino curſui naturę fuerit pmiſſa:quia tunc ſola actione naturali in morte Chriſti alia forma fuiſſet in materia inducta,& corporeitas Chriſti ſubſtantialis oĩno corrupta. Diſpoſitiones.n.inductę in corpore p violentiam vulnerum faciebant neceſſitatẽ quãtũ erat ex ſe ad formã nouam inducendam:& impoſſibilitatem ad pmanentiam non ſolum animę rationalis:ſed etiam formę corporalis in Chriſto:ad cuius corruptionem neceſſario ſubſecuta fuiſſet putrefactio. Dicente enim Aug.in ſermone quodã de Aſſumptione:abſq̃ vlla ambiguitate ſoluendum in morte,poſt mortẽ eſt futurũ putredo. Sed hoc niſi ſpecialiter diuinum miraculum interceſſiſſet.dicente etiã Aug.in ſermone eodem. Dictum eſt primo parenti. Puluis es & in puluerem ibis. Qđ ſi de morte dictum eſt:& talis eſt ſententia de reſolutione in puluerẽ:hãc cõditionẽ caro Chriſti euaſit de carne Marię ſumpta:quæ corruptionem non ſuſtinuit. Reuera qa non ſuſtinuit corruptionem in ſeipſo primo:nõ ſuſtinuit poſtmodũ puluerizationem in materia. De hoc eñ ſcriptum eſt. Nõ dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ. Sed hoc fuit ex priuilegio vt iã infra exponet. ITEM M quis eſt qui non videat q̃ vana ſit ratio q̃ inducitur contra pluralitatẽ formarũ talis? Impoſſibile eſt ponere aliqd ratione eiuſdẽ ſimul eſſe in actu & in potentia: licet ratione diuerſorum ſit poſſibile. Cũ ergo per quãcũq̃ formam exiſtentẽ in materia cõpoſitum habeat exiſtẽs in actu per illam formã ergo ſecundum illam non eſt in potentia ad vlteriorẽ.q̃ ſi fuerit:illa erit accidens. Dicẽdũ eſt q̃ N verum eſt quando illa forma prima dat actum pfectum ſecundum gradũ aliquẽ in ſuo genere quãtũcũq̃ imperfectũ reſpectu pfectionis quã dãt aliquę alię formę:qualem dat forma mixti ſimpliciter in lapide:vegetabilis ſimpliciter in planta:ſenſibilis ſimpliciter in bruto:licet forma lapidis dat gra

dum impfectum reſpectu plantę:& forma plantę impfectum reſpectu bruti.Sed quãdo ſecũdũ nullum gradũ dat actũ pfectum alicuius ſpeciei:ſed ſecũdũ omnẽ gradũ nõ dat niſi actũ impfectũ:tũc bene aliquid ſcđm idẽ eſt in actu ſcđm rationẽ impfecti:& in potẽtia ſcđm rationẽ pfectionis quã expectat a forma vlteriori:qđ cõtigit in ꝓpoſito:& ĩ illo ſolo.In ſolo em̃ hoĩe qa eſt cõfiniũ mediũ ĩter pure corpalia & pure ſpũalia: & hoc rõne aię intellectiuę q̃ eſt finis naturaliũ & principiũ ſupnaturaliũ(dicẽte pho in vlt.politic.Generatio aũt principiũ eſt & finis.Ab aliquo ẽ principiũ alteri⁹ finis.Rõ aũt ĩ nobis & ĩtellect⁹ eſt nature finis)materia eſt pfectibilis forma vlteriore q̃ natura poſſit ꝓducere:q̃ fo͂a vlterior dat formę naturali & materię pfectionẽ ſcđm rationẽ oĩs gradus.ſ.ſubſtãtię,corporeitatis:& cũ hoc ſcđm rationẽ ꝓpriã qua dat eſſe ſpecificũ in ſpecialiſſimo:quarũ nullam põt dare forma p materiã educta de potẽtia materię.Oẽm em̃ pfectionẽ ſcđm oẽs gradus quã põt inducere naturale agens de potẽtia materię ĩ eodẽ,inducit ĩ vna & eadẽ fo͂a.Propter qđ ſola actione naturali nũq̃ ſunt plures formę ſubſtãtiales re differẽtes in eodẽ ꝓductę.Sed q̃ ſint plures formę in eodẽ: hoc eſt quia in eo cõcurrũt agẽs naturale deficiẽs:& agẽs ſupnaturale pficiẽs.Propter qđ phs nõ ſentiẽs animã rationalẽ eſſe actũ & formã in hoĩe:vt in p̃cedẽte Quolibet declarauimus ponit q̃ oĩs forma naturalis dat actũ pfectũ in ſpecie:ita q̃ nõ ſit in potẽtia ad actũ vlteriorẽ ſubſtãtialẽ. Vnde qđ arguũt ad idẽ:materia nõ eſt potẽtia niſi cõtradictorioꝝ: & p eaſdẽ diſpoſitiones p quas fit ĩpoſſibilitas ad eſſe alicuius formę p̃cedẽtis:ſit neceſſitas ad eius nõ eſſe:& ad eſſe alicuius alterius formę ſequẽtis:& ecõtra p eaſdẽ diſpoſitiones p quas fit neceſſitas ad eſſe alicuius formę ſequẽtis:ſit poſſibilitas ad eſſe formę p̃cedẽtis.Quãdo ergo fit neceſſitas ad formã animę in hoĩe: neceſſario fit impoſſibilitas ad formã corporeitatis ĩductę p naturã. Nõ eſt ergo in potẽtia ad plures formas ſimł ſcđm gradũ & ordinẽ ſe habẽtes.Dicẽdum q̃ verũ eſt in formis quæ dãt aliquod eſſe perfectũ ſcđm rationẽ alicuius generis vel ſpeciei:quãtũcũq; ſit actus impfectus reſpectu actus alterius formę.Sed qñ nõ dat actũ ſcđm rationẽ cuiuſcũq; generis aut ſpeciei niſi impfectũ & ordinatũ ad vlteriorẽ pfectionẽ in eodẽ gradu:quãtũcũq; ſit pfectus reſpectu alterius formę nõ ordinatę ad vlteriorẽ pfectionẽ:materia ſcđm potẽtiã qua eſt ad vnã formã impfectã,bene poteſt eſſe ad aliã formã pfectiorẽ:quę ſi poſſet eſſe naturalis & p agens naturale ꝓduci ſup formã p̃cedentẽ:ita q̃ agẽs naturale poſſet ꝓducere vnã formã dantẽ eſſe impfectũ:& aliã quę impfectionẽ illam poſſet pficere ab vnico agẽte naturali plures formę ſubſtãtiales poſſent eſſe in eodẽ. Vnde cũ hoc non poſſit eſſe ab vnico agẽte naturali vt iam dictũ eſt:igit̃ vt alibi ſępe dixi in ſolo hoĩe in quo concurrit duplex agẽs,naturale & ſupnaturale:materia q̃ recipit impfectũ actũ ab vna forma naturali educta de potẽtia materię ab agẽte naturali:bene eſt adhuc in potẽtia ad vlteriorẽ ſupnaturalẽ formã ꝓductã p agẽs ſupnaturale:nõ de potẽtia materię:perficiẽtẽ tñ materiã ſcđm eãdẽ potẽtiã cũ forma p̃cedẽte ipſa manẽte:quia iſta nõ eſt nata dare ſuã pfectionẽ,q̃ eſt cõplemẽtũ ĩcõpleti & impfecti p̃cedentis niſi ſtãte actu impfecto a forma priori.Forma em̃ incõpleta & cõpleta diuerſę ſcđm eſſentiã & ſecũdũ genus:quarũ vna dat eſſe incõpletũ:alia vero dat illius incõpleti cõplemẽtũ(Nõ dico eſſe cõpletũ qđ ĩ ſe virtute includit ĩcõpletũ:quale cõplemẽtũ dat aĩa rationalis in hoĩe ſup eſſe incõpletũ qđ dat in eodẽ forma naturalis & ſecũdũ gradũ ſubſtãtię & ſcđm gradũ corporeitatis:& ſic de cęteris)bene ſtãt ſimul:licet nõ illę quarũ vna dat eſſe impfectũ:alia vero eſſe pfectũ:includẽs ĩ ſe virtute illud impfectũ:maxime q̃ ſunt eiuſdẽ eſſentię & ſpeciei:vt calor pfectus & impfectus. Sed negãtes plures formas in hoĩe,dicũt q̃ qñ nobilitat̃ corpus p vlteriorẽ harmoniam & organizationẽ: corporeitas illa q̃ dabat eſſe incõpletũ deſinit eſſe , materia ſibi iã facta ĩproportionali p aduẽtum aię cõicãtis materię & cõpoſito ex fo͂a & materia ſuũ eẽ: in quo manet virtute eſſe qđ dabat prior corporeitas. Sed tũc nihil maneret ĩ hoĩe ꝓductũ actione nature,& nõ eſſet vllo mõ opus nature diſpoſitio ad animã rationalẽ niſi mediãte ſua corruptione:ſicut forma alimẽti diſponit ad formã carnis nutriẽdę p ſuã corruptionẽ.Et ſic nõ vere & ꝓprie poſſet dici q̃ homo generat hoĩem:ſicut nec q̃ generãs id qđ nutrit carnẽ,nutrit ipſam. & ſic nõ poſſet corpus illud a forma naturali dici corp⁹ hoĩs:niſi qa ñ niſi ex illo habet gñari hõ p aductũ aię,& hoc p trãſmutationẽ naturalẽ ĩducẽtẽ diſpõnes circa illđ corp⁹ q̃ matia fit ĩproportiõalis ad formã corpis:& ꝓportiõalis ad formã q̃ ẽ aĩa.Quẽadmodũ ecõtrario corp⁹ hoĩs mortui p formã cadaueris nõ dicit̃ hoĩs corpus niſi quia nõ niſi ex hoĩe habet generari p tranſmutationẽ naturalẽ circa hominẽ:qua materia fit ĩproportionalis ad formam hoĩs, & ꝓportionalis ad formã cadaueris: vt ſcđm hoc illa forma corporis ponatur p tẽp⁹ p̃cedere infuſionẽ aię. Qđ nullo mõ poteſt poni ſic fuiſſe in Chriſto:quia in inſtãti conceptionis ſcđm fidẽ pfectus homo formatus eſt.In Chriſti ergo formatione aut nullo mõ fuit illa forma:aut ſi fuit & corrupta eſt iã in aduentu aię rationalis,in illo inſtãti eodem eſt ſimul generata &

Reſpõſio ad primũ.

corrupta:qđ eſt impoſſ.bile.Dictum etiã illud in aliis hominibus nõ videtur cõueniẽs:neq; etiam p
ſimpliciter ſcđm ſe:quia qñ duo ſe habẽt ſicut incõpletũ & cõpletum : diſpoſitiones q̃ ſunt cõue-
niẽtes inductioni cõplemẽti,nullo mõ poſſunt eſſe cõtrarię & repugnãtes incõpleto,aliter em̃ in-
cõpleto repugnaret ſuũ cõplemẽtũ:& eſſet incõpoſſibile ip̃m deuenire ad illud:qđ eſt incõueniẽs.
ITEM alia ratione nõ videt dictũ illud in ſe cõueniẽs:quia natura non agit diſpoſitiue ad formæ Q
vnius corruptionẽ niſi diſponẽdo materiã ad alterius formę quã nata eſt ꝓducere inductionẽ,vt di
ximus in alio Quolibet.Et ſic nec eſt dicẽdũ q̃ natura prius generet talẽ formam corporeitatis:&
poſtea eã corrũpat nullã aliã ꝓducendo:ſicut neq; etiã q̃ corrũpat formã embryonis,p hoc diſpo-
nẽdo materiã ad talis corporeitatis humanę ꝓductionẽ quã nõ ꝓducat: ſed vice ei⁹ creator animã
rationalẽ infundit:q̃ materię dat eſſe corporeitatis humanę pfectum: quod illa forma etſi ꝓducta
fuiſſet:dare nõ potuiſſet.Sed eſt dicendũ:q̃ natura prius naturaliter & ſimul duratione ꝓducit il
lã formã qua materia vt aliqd incõpletũ diſponit ad aĩam vt ad cõplemẽtũ: q̃ deus creãdo illã in
fundit.Vnde de eccleſiaſticis dogmatibus.Dicimus corpus coagulari in vulua & cõpingi atq; for
mari:ac formato iam corpore animã creari & infundi,vt viuat homo in vtero ex aĩa conſtans &
corpore.Sic tñ vt forma illa corporeitatis dat eẽ incõpletũ corporeitatis iterminatę:q̃ cõpoſitũ eſt
corpus ſimpliciter:cui aĩa ſupaddit cõplementũ p hoc dando eſſe cõpletũ corporeitatis terminatę
qua cõpoſitũ eſt corpus humanũ omniũ corporũ dignißimũ:quale cõplementũ pfectionis natura
nec in vnica forma nec ĩ plurib⁹ ꝓducere potuit: ſed ſolũmõ p formã quã ꝓduxit ad illã diſponere
potuit: ſicut incõpletũ ad cõplemẽtũ:vt infra declarabit.Vt ſic in ſolo hoĩe ſit poſſibile eſſe plures
formas ſubſtãtiales pficiẽtes vnã potẽtiã materię:quarũ vna naturalis eſt: alia vero ſupnaturalis:
quia forma naturalis illã ſufficiẽter pficere nõ potuit.In oĩbus aũt aliis foꝛa vnica quã natura ꝓdu
xit,potentiã q̃ad ipam eſt,ſe ſola pficere ſufficit. Per iã dicta etiã patet ſcđm ſuppoſitũ:q̃ dicta for R
ma naturalis in Chriſto abſq; corruptione in ſua ſubſtãtia, & p cõſequẽs abſq; puluerizatione in
materia ſub forma putredinis,a deo cõſeruata fuit.Patet etiã ex eodẽ tertiũ ſuppoſitũ,dicta em̃ for
ma naturalis in nullo alio cõſeruata fuit:poſtq̃ ſcđm dictũ prophetę illud fuit priuilegiũ Chriſti
Et q̃ illud fuerit priuilegiũ Chriſti quo ad nõ ſuſtinere corruptionẽ,Auguſtinus videt innuere ĩ
ſermone cũ dicit.Scimus dictũ primo parẽti:puluis es:& in puluerẽ ibis.Qđ ſi de morte dicit, ge
neralis eſt ſententia: ſi de reſolutione in puluerẽ:hanc cõditionẽ Chriſti caro euaſit q̃ corruptionẽ
nõ ſuſtinuit.Innuit ergo vt videt q̃ nõ ſuſtinere corruptionẽ in forma corporeitatis ꝑdicto modo
fuit cã q̃re poſt modũ nõ ſuſtinuiſſet puluerizationẽ:etiã ſi reſurrectio ſua accelerata nõ fuiſſet.Et
ſic vt videtur innuit q̃ eũ nõ ſuſtinere corruptionẽ in carne priuilegiũ eius fuit:licet mori p ſepa
rationẽ animę ab illa carne,ipſi cum aliis cõmune fuit.Sed nec ſic quin etiã non mori ex debito pri
uilegiũ eius fuit,dicẽte Auguſtino ſup illud pſal'.cxlii.Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſę
culi. Hoc ĩ capite agnoſcitis,Ille em̃ p nobis mortuus factus eſt:ſed nõ mortuus ſęculi. Qui ſunt
mortui ſęculi:merito mortui,mercedẽ recipiẽtes iniquitatis & mortẽ ducẽtes ex ꝓpagine ꝓccati
At illeq; in alio pſal'.dixit.Quę nõ rapui tunc exoluebã. dixit in euangelio.Venit princeps mundi
& nihil in me inueniet:nullã culpã quare mori debeã.Non aũt morte dignus ſum:nihil feci vnde
moriar:ſed facio vt moriar ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber,quia nõ ſolueret a vin-
culis niſi liber a vinculis.Ille liber mortẽ occidit:vinculũ vicit.Ecce q̃ mori nõ debuit:ſed a morte
liber fuit.Et ideo aſpiciẽdo ad mortẽ debitã quã alii ſuſtinuerũt,excipit de illa gñali ſententia q̃ de
morte dicit,caro Chriſti mũda p virginẽ aſſumpta, & ſic nõ mori priuilegiũ eius fuit.Nõ ergo eſt
mortuus cõtra priuilegiũ ſuũ niſi q̃ voluit,vt ſcđm hoc qđ dicit Auguſt.illi p innocẽtis mortem
liberarent q̃ habebãt quare morerẽtur. Q2 ſi hęc cauſa nõ fuiſſet:cõtra priuilegiũ ſuũ nunq̃ mor
tuus fuiſſet:nec carnẽ mortalẽ aſſumpſiſſet.Si aũt priuilegiũ ſuũ fuit nõ mori niſi voluntate & ex
cã.ſ.ꝓpter moriẽtiũ pfectũ:per cõſequẽs eius priuilegiũ fuit nõ corrũpi ſcđm formã carnis: neq;
vlterius puluerizari niſi ex cõſimili cauſa.Quare cũ illa nõ ſubfuit:quia ex illa corruptione & pul
uerizatione nullus pfect⁹ moriẽtib⁹ ꝓueniſſet: qui pfecte ex ſola morte ꝓuenit:igit vt videt quo
ad non corrumpi ſecundum carnem & nõ puluerizari priuilegiũ illud ſibi ſeruauit. Sed an fue-
rit eius priuilegiũ quo ad nõ ſuſtinere puluerizationẽ,vt nullus hoc cũ Chriſto de eius voluntate
cõmune haberet: de hoc dubitat in Maria matre Chriſti in ſermone ꝑdicto:vt licet Chriſti priui-
legiũ fuit incorruptũ manere in forma corporis:& p cõſequẽs immunẽ a puluerizatione:Marię tñ
cõmune cũ ipo eſſe potuit, manere imunẽ a puluerizatione: etſi nõ incorruptã in forma materiæ.
Vnde poſtq̃ ait:Corruptionẽ nõ vidit q tertia die reſurrexit: adiecit. Sed hic ille q qñ voluit re-
ſurgere potuit,Excipit ergo de illa generali ſententia de virgine ſumpta natura, q̃ ſi nõ Mariæ cõ-

gruit:congruit tñ filio quẽ genuit.Ecce q̃ dicẽdo:Corruptionẽ non vidit:nõ tamẽ hoc intelligit de corruptione p puluerizationẽ vt aliqui exponũt: dicẽdo q̃ nulla forma quę fuit ĩ Christo viuo manſit in ipſo mortuo: ſed accelerata reſurrectione p̃uẽta fuit in ipſo puluerizatio.Sic em̃ hoc nõ inſinuaret Auguſtinus eſſe priuilegiũ Chriſti : cũ ſentiat q̃ cõmune habuit cũ Chriſto Maria q̃ puluerizationem non recepit.Vnde ſequitur in eodẽ ſermone,Putredo & vermis:humanę eſt opprobrium cõditionis:a quo opprobrio cum Ieſus ſit alienus:natura Mariæ excipitur:quã Ieſus de ea accepiſſe probatur.& infra.Illud ergo ſacratiſſimũ corpus de quo Chriſtus carnem aſſumpſit: eſcam vermibus traditum cõmuni ſorte putredinis & futuri de vermibus puluꝛis: quia ſentire
S non valeo:dicere pertimeſco. Quartũ vero ſuppoſitũ.ſ.q̃ nihil formę ſubſtãtialis naturaliter manet in mortuo alio a Chriſto quę prius fuit in viuo:ex hoc declarat qđ iam ſupra tactũ eſt:& tactũ in Quolibet p̃cedẽte:q̃ ſicut eiſdẽ diſpoſitionibus quibus materia fit improportionalis formę embryonis,& impoſſibilis ſtare ſub illa,& pportionalis atq̃ neceſſitas fit ad ſuſcipiendũ in ſe nõ tã formam corporeitatis hominis q̃ animę rationalis ſimul:ad quã illa diſponit: cõſimiliter eiſdẽ diſpoſitionib9 cõtrariis q̃bus materia exiſtẽs ſub forma hoĩs,& q̃ eſt aĩa rõnalis,& q̃ eſt educta de potẽtia materię fit ĩproportionalis & ĩpoſſibilis ad ſubſiſtẽdũ ſub illis formis:& neceſſitas ad ſuſcipiẽdũ ĩ ſe aliã formã.& hoc indifferẽter:ſiue ponat vnica forma ĩ vno,ſiue plures numero ĩ quocũq̃.Ad oẽs em̃ ſimul fit materia neceſſitas aut ĩpoſſibilis:ſiue ſimul duratione:ſiue tẽpore ꝓducat in eodẽ:puta in hoĩe ſubſtãtialitas hoĩs vt eſt hoĩs: & ſiliter corporeitas: q̃ ſunt a duplici forma.ſ.naturali & ſupnaturali in hoĩe:& forma animati & ſenſibilis & rõnalis:ſiue ſint diuerſę formę ſcđm rem:ſiue vna & eadẽ:q̃ ſunt in hoĩe a ſola aĩa: & ſimiliter ſimul a materia abiiciuntur.Generata em̃ in aſino ſcđm vltimã differentiã ſpecificã hac aſininitate,ſimul generat ſcđm differẽtiã ſubalternã hęc aĩalitas,& hæc animatio,& hæc corporeitas,& hęc ſubſtãtialitas: & ecõtrario in corruptione: vt neceſſe ſit oẽm generationẽ inchoari a prima materia,& oẽm corruptionẽ reſoluí in primã materiã, aliter em̃ ſubiectũ gñationis & corruptionis nõ eſſet ens in potẽtia mediũ iter ens & nõ ens. Et ſic q̃ñ generatio & corruptio currũt curſu naturę nõ ĩpedite,cũ materia ſit neceſſitas aut ĩpoſſibilitas ad formã vltimã:ſimul fit neceſſitas aut impoſſibilitas ad oẽs formas p̃cedentes vſq̃ ad primã materiã,quotcũq̃ formę ponãtur ĩ eodẽ.Et ſi tm̃ vnica forma ponat ĩ eodẽ,ſimul fit neceſſitas aut impoſſibilitas ad ipſam ſub ratione & gradu vltimę differẽtię quę dat rationẽ eſſe cõpleti:& ſub ratione & gradu generis primi & cuiuſcũq̃ differẽtię intermedię.Licet em̃ nõ ponamus in ſubſtãtialibus aliquã corporeitatẽ interminatã manere eãdẽ in generato & corrupto, ſicut manet eadẽ corporeitas accidẽtalis interminata vel eadẽ ĩterminata qualitas ſcđm p̃determinata.Et hoc ideo:q̃ generatio nõ terminat niſi ad eſſe ſubſtãtię attingẽdo ipſam ſubſtãtiã:& corruptio ad eius nõ eẽ. Propter qđ eadẽ forma ſubſtãtialis ſcđm rẽ nõ p̃t eſſe incorruptibilis & ingenerabilis ſcđm eſſe ĩterminatũ:& gñabilis & corruptibilis ſcđm eſſe terminatũ.Augmẽtũ aũt & diminutio ſcđm quãtitatẽ, ĩtẽſum & remiſſum ſcđm qualitatẽ, nõ terminant ad quãtitatẽ & qualitatẽ attingẽdo eoꝝ eſſentiã:ſed ſolũ gradũ in eſſe circa ipa.Propter qđ bene p̃t eadẽ quãtitas interminata eſſe incorruptibilis & ingenerabilis,& corruptibilis & gñabilis ſcđm gradus terminationũ:& ſiliter eadẽ qualitas manere abſq̃ gñatione & corruptione in ſua eſſentia: & eſſe generabilis & corruptibilis ſcđm gradus terminationũ.Bene tñ ponimus in eadẽ forma numero in eodẽ ſubſtãtiali ſimplici p eſſentiã nõ ſuſcipientẽ magis & minus,neq̃ maius aut minus,gradus ſcđm intẽſiões, pfectius & min9 pfectũ:vt ſubſtãtialitatis corpeitatis aĩationis & cęteroꝝ hmõi.& grad9 teriationũ ſubſtãtialiũ ſiue eſſentialiũ diuerſos. Noĩe em̃ ſubſtãtialitatis figurat forma illa vt iteriata oĩno.Noĩe aũt corporeitatis,aĩationis,ſenſibilitatis,& rõnabilitatis ſignatur eadẽ vt in diuerſis gradib9 ſub diuerſis differẽtiis radicatis ĩ eſſentia eiuſdẽ formę termiata ẽ.Nec ẽ vllo mõ dicẽdũ q̃ ſorę plures introducunt ĩ eodẽ p ordinẽ,aut q̃ diſpõnib9 icõpletis matia ſic fit neceſſitas ad formã ſubſtãtialẽ icõpletã: & illa gñata p alias diſpõnes cõpletiores fit neceſſitas ad formã cõpletiorẽ:q̃m nũq̃ fit matia neceſſitas ad vnã formã generãdã:quin ſimul & eiſdẽ diſpõnib9 fiat ĩpoſſibilitas ad aliquã aliã formã ſubſtãtialẽ exiſtẽtẽ ĩ materia abiiciẽdã:& ecõtrario ſiliter.aliter em̃ gñatio eſſet ſine corruptiõe.Sed nec ad formã icõpletã ſiue ſub rõne incõpleti generãdã vnq̃ materia fit neceſſitas,q̃n ſimul & eiſdem
T diſpõnibus fiat neceſſitas ad formã cõpletã:ſiue ſub gñatione cõpleti generãdã,& ecõtra nũq̃ fit ĩ poſſibilitas ad vnã expellendã,q̃n ſim̃l fiat ĩpoſſibilitas ad aliã expellẽdã. SED ſtatim aliqs arguet Arg.primũ. cõtra nos ex dictis:q̃ Chriſtus nõ ſit vere & naturaliter mortuus ſicut Petrus:quia ſcđm iã dicta forma corporeitatis in Chriſto educta de potẽtia materię eſt vltia neceſſitas ad animã intellectiuã. Si ergo illa forma corporea manẽte aĩa ſeparet:ſeparatio illa eſt inaturalis, & ſolũmõ miraculoſa

& ſupnaturalis & contra ſolitū curſum naturę: ſicut cōtra ſolitū curſum naturę eſſet q̄ forma illa corporea generata nō infunderet anima: etſi deo volēte poſſet nō infundi. Ex quo ſequit q̄ in morte Chriſti duplex erat miraculū: vnū in animę ſepatione: alterū in corporis manentis a corruptione ꝓſeruatione. Nec valet ſi dicat q̄ ex iproportione rōne diſpoſitionū accidētaliū aīa ſepareť manēte illa forma ſubſtātiali ſine aliquo medio diſponēte ad animā, vt dictū eſt: qa diſpoſitiōes illę nō ſunt diſpoſitiōes ad animā: niſi ꝑ hoc q̄ ſunt ordine naturę prius diſponētes ad illā formā corporeā ordine naturę p̄cedentē ipſam animā, quare cū illa forma naturalis maneat: licet nō manēt illę diſpōnes accidētales: aīa nō ſeparať naturaliter ab illa forma corporea: aut minus naturaliter ſeparať ab ea q̄ ſeparať ab ea in aliis hoibus: in q̄bus nō manet ad ſepationē ipſius aīę. Item iſta poſitio ſolitaria eſt & nō habet plures defenſores, vt aliq: qđ magnū eſt ſignū q̄ nō eſt ita cōueniēs vt aliqua aliarū, potius em̄ p̄ſumit q̄ veritas pluribus inſpireť q̄ vni. Item poſitio de vnitate formę i hoie magis apparet rōnabilis q̄ aliq: quia maius incōueniēs eſt qđ apparet cōtra naturā rei q̄ qđ apparet cōtra q̄dā facta. Ex poſitione aūt ponēte plures formas i eodē hoie, apparet incōueniēs cōtra naturā rei, ſ. q̄ aliqua forma ſubſtātialis ſit q̄ nō dat eſſe ſimpliciter, adueniēs primę materię, vt ſupra argutū eſt. Ex poſitione aūt ponēte q̄ nō ſit in hoie vno niſi vnica forma, ſolum apparet inconueniēs cōtra q̄dā facta. V

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Reſponſio.

Dicendū ad hęc: ſuſtinēdo q̄ Chriſtus vere & ęque naturaliter mortuus fuit vt Petrus: q̄ in Chriſto forma naturalis educta de potētia materię nec eſt neceſſitas oīno, nec vltima neceſſitas in materia ad animā intellectiuā: ſed potius corruptio diſpōnū in quātitatibus & qualitatibus quo ad earū terminationes: q̄bus materia ꝓportiōalis erat formę embryonis: & earūdē diſpōnū ꝓpinquatio ad determinationes q̄s expectāt a forma humana: q̄bus materia embryonis iā facta eſt iproportionalis formę embryonis, & facta neceſſitas ad eius corruptionē. Ad quā ſic p̄cediť a natura: q̄ in toto tēpore i quo p̄cedit motus alterationis quo diſpōnes illæ tranſmutanť quouſq̄ corrūpanť ſcđm terminationes quas habebāt a forma embryonis: & q̄bus materia erat ei ꝓportionalis: materia eſt actu ſub forma embryonis: & in vltimo inſtāti illius tēporis quo naturaliter corrūpunť illę diſpōnes ſcđm rōnē terminationū dictarū: & appropinquāt terminationib⁹ accipiēdis a forma humana: & in illo ſigno quo primo corruptę ſunt illę diſpōnes dicto mō: materia primo & imediate eſt neceſſitas ad corruptionē illius formę embryonis, & corrūpiť in eodē inſtāti ſcđm rē in quo corrūpebanť dictę diſpōnes: ſed in ſigno poſteriore ſcđm rōnē: qa naturaliter prior eſt corruptio illarū terminationū: & appropinquatio ipſarū diſpōnū ad terminationes alias, q̄ ipſi⁹ formę p̄cedētis corruptio: qua corrupta, tūc primo materia eſt neceſſitas ad duas formas i hoie recipiēdas: vnā via naturę: aliā ſupnaturaliter. Et ꝓducunť i eodē inſtāti ſcđm rē illę duę formę i eſſe in quo corrūpiť foꝛa p̄cedēs: ſed in poſteriori ſigno ſcđm rōnē: qa ſemp naturaliter prior eſt p̄cedētis corruptio q̄ ſequētis ꝓductio. Ad quarū ꝓductionē cōſequūtur i cōpoſito dictarū diſpōnū nouę terīationes ſcđm exigētiā illarū foꝛarū, & p̄cipue aīę: q̄b⁹ matia eſt ꝓportiōalis vt pmaneāt i ipa, & hoc ſimł i eodē inſtāti ſcđm rē i quo ꝓducunť illę formę: ſed i ſigno poſteriore ſcđm rōnē: ſcđm q̄ foꝛa ſubſtātialis p̄cedit naturaliter i matia oīa accñtia cōpoſiti quo ad ipoꝛ terīatiōes: ita q̄ ſcđm hoc ad ꝓductionē cuiuſlibet foꝛę i matia, & ēt aīę, vltima diſpō q̄ matia facta ē neceſſitas ad illā, nō eſt aliqđ poſitiuū i matia ꝑter virtutē agētis, & diſpōnū īterīatarū appropiñqtionē ad terīatiōes recipiēdas a foꝛa ſequēte: ſed defectiuū tm̄: vt ſunt corruptio dictarū terīationū: & foꝛę p̄cedētis. Materia em̄ ſpoliata & denudata a foꝛa embryonis ꝑ corruptionē terīationū quas dictę diſpōnes habebāt ab illa foꝛa, & diſpōnib⁹ illis approximatis ad terīatiōes a foꝛa hūana habēdas: qa ꝑ hoc diſpoſita eſt vt ſumma & vltia neceſſitas nihil aliud reqrēs quātū eſt ex ſe ad ſuſceptionē duplicis foꝛę in ſe, ſtatim virtute agētis naturalis ꝓducit foꝛa corporeitatis i materia de potētia materię: & aīa virtute agētis ſupnaturalis ab extra de nihilo. Ad quarū ꝓductionē i eodē inſtāti ſcđm rē, ſed i poſteriori ſigno illius inſtātis ſcđm rōnē, ab vtraq̄ forma tāq̄ a ꝑ ſe cā ſequunť dictarū diſpōnū terīationes: q̄bus materia eſt ꝓportionalis & diſpoſita ad illarū formarū pmanētiā in ea. Et cōſimili mō dicto de corruptione formę embryonis, p̄cedit natura in hoie ad vnius formę corruptionē & alteri⁹ ſeparationē. Corruptio em̄ illarū diſpōnū quo ad terminatiōes quas habēt ab illis: & appropinquatio illarū ad deterīatiōes ab alia forma de potētia materię generāda, facit materię neceſſitatē & nō aliud, ad vni⁹ formę corruptionē, alterius vero ſepationē, & alterius formæ gñationē. vt ſicut illę terīationes vltimę erāt in generatione, primę ſint i corruptione. & ſicut ſimul vtrāq̄ formam cōſequunť: ſic ſimul faciūt ſua corruptione materiā improportionalē ad vtrāq̄: & maxime ad animā quāto pleni⁹ ab aīa cauſabanť. Vt quēadmodū quodā ordine naturę pri⁹ ꝓducit a natura illa foꝛa corporea q̄ deus creādo infundat animā: vt dictū eſt ſupra: ſic quodā ordine naturę pri⁹ ſeparatur

aĩa q̃ ista forma corrũpat in aliis a Christo: & nata sit corrũpi in Christo. Vnde & dicũt multi: ꝙ
X manet etiã in aliis post aię sepationẽ vel semp vel aliqđ tẽp⁹. Vñ dico ad argmẽtũ: ꝙ si illa fo-
ma corporea esset dispositio faciẽs necessitatẽ materię ad aię receptionẽ: bene verũ eẽt argmẽtũ ꝙ illa
manẽte sepatio aię eẽt innaturalis quodãmõ & supnaturalis atq; miraculosa & cõtra solitũ cursũ
naturę: sicuti eẽt inaturale & cõtra solitũ cursũ naturę ꝙ illa forma corporea gñata aĩa nõ ifunde
ret. quẽadmodũ ẽt nũc ponẽdo ꝙ illa forma corpea nõ facit necessitatẽ matię ad animã: sed alia ꝑdi
cta: inaturale eẽt & cõtra solitũ cursum naturę ꝙ postq̃ materia est facta dicto modo necessitas ad
formã hois: nec dicta forma corporea ꝓduceret ꝑ naturã: nec aĩa infunderet a deo: sed materia ma
neret nuda absq; omni forma: etsi deo volente sic posset fieri. Nũc aũt ponendũ est scđm ꝙ supra
posuimus: ꝙ ad animã dicta forma corporea nõ est dispositio vt faciẽs necessitatẽ ad aię ꝓductionẽ
in ea. Per idẽ eñ oino fit necessitas materię ad illã formã & ad animã ꝓducẽdas: vt patet ex dictis.
Sed ꝙ illa forma dicit dispositio ĩ materia ad animã, hoc solũ est scđm illũ modũ quo incõpletũ di
cit dispõ ad suũ cõplemẽtũ: vt detur vnũ esse cõpletũ materię & cõpositũ ab ambob⁹ hmõi. Et sic
ponẽdo nullũ illorũ icõueniẽtiũ sequit aut oportet sequi: sed ad plenã necessitatẽ faciẽdã materiæ
ad pure naturalẽ separationẽ aię & illius formę corruptionẽ sufficit indispositio & iproportionali
tas materię propter corruptionẽ terminationũ q̃ erãt in dictis dispositionibus ab vtraq; forma: li-
cet cõpletiue ab aĩa, & ipsarũ appropinquatio ad alias terminationes a forma generãda: ita ꝙ vlte-
rior ꝑmanentia ꝑ tẽpus aliquod alterius cor̃ sine altera vel ambarũ simul esset oino innaturalis &
supnaturalis & miraculosa: sicut & postq̃ materia facta est necessitas ad ipsas, alterius earũ nõ ꝓdu
ctio ĩ materia vel neutrius esset oino inaturalis. Et sic ĩ morte Christi nõ cõtigit nisi vnũ miracu-
lũ, ſ. illius corporis ꝑseruatio a corruptione. Q3 arguit cõtra hoc: ꝙ illę dispões nõ sunt dispões Ad secũdũ.
Y ad animã nisi ꝑ hoc ꝙ sunt ordine naturę prius dispões ad illã formã corporeã &c. vt supra. Dí-
cẽdũ ꝙ rõ ꝓcedit ex prauo intellectu, & circa dispões faciẽtes materię necessitatẽ ad corruptionẽ
& circa dispõnẽ quã facit illa forma corporea ad animã. Illę eñ dispões ꝑ quarũ improportionali
tatẽ & corruptionẽ facta est materia necessitas ad corruptionẽ illius formę & ad aię sepationẽ: non
sunt dispões primo ad illã formã corporeã ꝓducẽdã ꝓcedẽtes eã: neq; sil̃iter ad animã secũdo ꝓce
dẽtes illã per hoc ꝙ ꝓcedũt naturaliter formã corporeã naturaliter ꝓcedẽtẽ animã: vt falso suppo-
nit in argmẽto: sed oino scđm suas terminationes sequunt & illã formã & animã & totũ cõpositũ
ex aĩa & corpore: quas habẽt ab vtraq;: sed ab aĩa principalius q̃ ab illa forma. Et ideo ꝑ illarũ cor-
ruptionẽ fit materia necessitas ad aię sepationẽ simul tẽpore: & ad illius formę corruptionẽ: & tã-
to tũ magis ad aię sepationẽ quãto magis ab ea erãt illę terminationes, per hoc eñ erãt magis ei ꝑ
portionales. Et ideo non obstãte ꝙ illa forma fuit dispositio ad animã sicut incõpletũ ad suũ cõple
mẽtũ: per solã illarũ dispõnũ corruptionẽ in materia est pfecta necessitas ad naturalẽ aię sepationẽ:
etiã manẽte supnaturaliter illa forma. Forma eñ illa naturalis est dispositio ad animã nõ nisi sicut
incõpletũ ad cõplemẽtũ per hũc modũ. Eo eñ ꝙ illa in nullo gradu generis substãtię dat esse com
pletũ sed incõpletũ: qa icõpletã substãtialitatẽ & incõpletã corporeitatẽ: ꝓpter hoc vt pfecte pficiat
materiã, eget cõplemẽto quo ad istos grad⁹ ꝑ aliã formã: q̃ etiã sup illos grad⁹ ꝑ se det pfectionẽ ĩ
esse specifico. Vnde aĩa rõnalis infusa dat pfectionẽ quo ad cõplemẽtũ substãtialitatis et corporeita
tis. Et sic materia quo ad istos gradus pficit ꝑ vtrãq; formã ĩ eẽ cõpleto: et est vna dispositio ad alte
rã in pficiẽdo: nõ aũt in necessitatẽ dãdo materię ad aliqd in ipa ꝓducẽdũ. Nec additur aĩa sup illã
formã incõpletã vt differẽtia sup genus: sed vt q̃ simul cõstituunt in eodẽ rõnẽ generis gñalissimi
qđ est substãtia: et siliter rationẽ generis subalterni qđ est corp⁹. Et vlteri⁹ aĩa habet ĩ virtute sua ꝙ
addat rõnes differẽtiarũ se sola sup rõnẽ corporeitatis: q̃ ẽ gen⁹ subalternũ. Hinc aũt ex rõnib⁹ dua
rum formarũ, cõtrahẽdo, ſ. corpus differẽtia animationis, ſ. vegetabilis, facit corpus animatũ: et vl
terius sensibilitate cõtrahẽdo corp⁹ animatũ, facit aĩal: et cõtrahẽdo animal rõnalitate facit homi
nẽ. Vnde licet quo ad actũ pficiẽdi materiã, forma corporea est dispositio ĩ materia ad animã: qa, ſ.
aĩa nõ ẽ nata dare cõplemẽtũ: nisi ꝑsuppositio naturaliter illo icõpleto: et sic est dispositio ad animã
respectu actus pficiendi ꝑsupposita: quo ad actũ tñ ꝓductionis earum in esse in materia, nõ est vna
magis in materia dispositio ad animã q̃ ecõuerso: nec vna ꝓcedit alterã, aut ꝑsupponit alteri: sed
æque primo naturaliter ambę natę sunt ꝓduci simul: sicut et materia eadẽ oino est necessitas ad
vtrãq;. Q4 si illę dispões scđm suas terminationes nõ essent dispões ad animã: nisi ꝑ hoc ꝙ eẽnt
ordine naturę prius disponẽtes ad illã formã corpoream, tãq̃ ad summã dispositionẽ & immediate
faciẽtem necessitatẽ materiæ ad animã aliqualiter vt supponit argmẽtũ: forte seq̃ret cõclusum
in ratione, sed cũ nõ est ita vt dictũ est: clarũ est ꝙ nullo mõ sequit. Est aũt ad maiorẽ declarationẽ

dictorũ aĩaduertendũ ꝙ circa illam formã corporeã duplex cõsideratur ordo. Vnus respectu actus producendi eam in esse: Alius respectu actus perficiendi & dandi esse materiæ & toti composito. Habẽdo vero aspectũ ad primũ ordinẽ, dicta forma nequaq̃ est dispositio ad animã: sed ea q̃ scdm p̃ dicta faciũt necessitatẽ materię ad animã: nec etiã naturaliter p̃cedit animã: sed naturaliter simul ĩ eodẽ instãti scdm rẽ & in eodẽ signo scdm rationẽ ambę formę ꝓducũtur in esse. Habẽdo qdẽ aspectũ ad scdm ordinẽ: dicta forma corporea est dispositio ad animã: & p̃cedit ipsam in materia naturaliter. Vt em̃ dicit phs lib. viii. Politic. Corpus & aĩa duo sunt, corpus aũt generatiõe prius q̃ aĩa. qđ iam etiã supra diximꝰ, & auctoritate Augusti. de ecclesiasticis dogmatibus cõfirmauimus. Illa em̃ forma etsi respectu actus ꝓducẽdi in esse nec pfecte nec ĩmpfecte disponit materia ad animã: tñ respectu actus pficiendi in esse: ipa est pfecta dispositio materię ad animã: sicut icõpletũ qđ pficit eã respectu cõplemẽti qđ addit pfectionẽ in esse, & quod pficit eã scdm esse pfectum cũ forma illa imperfecta. Et hoc est quod facilius dicit: ꝙ habẽdo aspectũ ad fieri illarũ formarũ: vna nullo modo p̃cedit aliã. Habẽdo aũt aspectum ad esse earum in materia, vna est dispositio ad aliã naturaliter p̃cedens: scdm ꝙ infra dicemus dimẽsiones interminatas ĩ fieri p̃cedere formas substãtiales generabiliũ & corruptibiliũ in materia: in esse aũt sequi eas. Q2 aũt duobus sic se habẽtibus ꝙ vnũ non potest manere absq; pmanẽtia alterius, nõ sit incõueniẽs virtute diuina illud manere qđ oĩno naturaliter depẽdet a pmanẽtia alterius: patet in substãtia panis & eius accidẽtibꝰ. Accidẽs em̃ nullo modo naturaliter natũ est manere sine substãtia. & tñ nõ manẽte substãtia panis in trãsubstãtiatione manẽt accidẽtia ꝑ miraculũ. Etiã si materia & forma naturaliter corrũperẽt in nihilũ, deo nõ cõseruãte illa ĩ esse scdm modũ cõmunẽ manutenẽtię creaturarũ: licet accidẽtia simul caderẽt naturaliter in nihilũ, tñ miraculo deus posset illa tenere in esse. Q2 arguit ꝙ ista positio est solitaria: Dicendũ ꝙ nõ est in aliquo solitaria p̃terq̃ in modo cõseruãdi formã corporis Christi in esse post aĩç separationẽ. In oĩbus em̃ aliis vel cũ vna vel cũ altera ex aliis duabus famosis opinionibus concurrit: & quo ad illud qđ est ei solitariũ, plane posuit illam Hilarius: vt patet in dicta auctoritate ix. de tri. & plane p̃nũciauit propheta qñ dixit, Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ: vt patet ex expositione Augusti. Q2 arguit ꝙ magis incõueniẽs est apparẽs cõtra naturã rei in positione pluriũ formarũ in hoie q̃ cõtra facta in positione vnius: Dicẽdũ ꝙ nõ est incõueniẽs p̃ferre q̃ exprimur ꝑ rõnes naturales in naturis rerũ scdm doctrinas philosophicas illis factis. Si tñ de illis aliqs intellexerit (qđ nõ est verisimile) q̃ in sacramẽtis & in aliis factis ptinẽtibꝰ ad fidẽ certa tenemus a diuina instructione: tũ minimũ incõueniẽs apparẽs in eis q̃ fide tenemꝰ, maximũ debemus reputare incõueniẽs: & dicere ꝙ q̃cũq; ratio humana quãtũcũq; efficax appareat, tñ verisimilitudine decipit. scdm ꝙ dicit Augusti. de rationibus q̃ inducũtur cõtra veritates cõtẽtas in sacra scriptura cũ quarũ veritate eiusdẽ auctoritatis sunt q̃ in sacramẽtis ecclesię & circa pccatũ originale & cętera instituta a Christo & a deo facta tenemus ex cõsuetudine ecclesię & dictis sanctorũ, etsi de illis in sacra scriptura nulla oĩno fieret mẽtio. Et ideo incõparabiliter p̃ferenda sunt hmõi facta & sacrę scripturę dicta oĩbus eis q̃ a phis dicta sunt & scripta: nec illis cõparãda. quia vt dicit in psal. de phis qui erant suis doctrinis iudices & doctores gentiũ, Absorpti sunt iuncti petrę iudices eorum. Vbi dicit Augustinus, Petrę, i. Christo, coniuncti, i. comparati iudices eorũ tãq̃ iudicantes de moribus, & sentẽtiam proferentes. Dixit hoc Aristoteles. Adiunge illum petrę: & absorptus est: apud inferos cõtremiscit. Dixit hoc Pythagoras: dixit hoc Plato. Adiũge illos petrę: cõpara auctoritatẽ illorũ auctoritati euãgelicę: cõpara inflatos Christo crucifixo. Dicimus eis. Vos lras vestras cõscri psistis in cordibus superborum: ille crucem suam fixit in frontibus regum. ergo absorpti sunt iuncti petrę iudices eorũ. Tandiu vidẽtur aliquid dicere donec cõparẽtur petrę. Propterea si inuentus fuerit aliquis eorum dicere qđ dixit Christus congratulamur illi. Sed erunt multi qui contra dicant. Quid ergo erit? audient verba mea quoniam pręualuerunt. Pręualuerunt verba mea verbis illorum. Dicta sunt quędam ab eis discrete: sed a me vere. Ecce ꝙ q̃diu non fuerint comparata dicta philosophorum dictis & factis Christi: dictis in sacra scriptura: & factis in sacramentis & in corpore quo ad identitatem in viuo & mortuo, & corporis ꝑseruationẽ, & etiam in corpore nostro quo ad originalis propagationem & cætera huiusmodi: tandiu possunt videri dicere aliquid discrete: sed cum comparantur petræ in dictis & factis: si contradicant non est eis vlterius credendum: quasi aliquid dicant vere. Vnde quia tanta sequi videntur inconuenientia circa prædicta facta diuina ex positione vnius solius formæ substantialis in homine: quantũcũq; mihi verisimilis ratio produceretur ex philosophia, etsi forte eam soluere nescirem, solubilem tamen a magis perito crederem. Et quod amplius est, si non possent vitari omnia inconuenientia circa dicta

Ad tertiũ. Z

Ad quartũ. A

facta, ponẽdo in homine cũ anima rationali vnã formã corporeã tm̃: & illã in morte Christi conseruatã miraculose tm̃: sed naturaliter: ego dimissa ꝓpositione quę mihi videt ad psens ꝓbabilior & melius vitare oia incõueniẽtia circa dicta & facta & alia, potius ponerẽ in homine multo plures formas naturales: quocũq; modo generari ponerẽtur & corrũpi: & manere naturaliter vnã vel plures in corpore Christi mortui ad animę separationem q̃ vnicam: quia modo a ponentibus eãdem formã corporeitatis numero manere ī Christo mortuo quę prius fuit ī viuo: nõ differt nisi ꝙ ego illã formã nõ pono sub terminatione alterius formę: sicut illi ponũt eã vltimã resolutiõe: & ꝙ ego illam pono manere miraculose: illi vero naturaliter: vt quo ad hoc in re posita nullo modo differa
B mus: sed solũ in modo ponẽdi. ET ꝑterea nõ minora incõueniẽtia ex natura rei apparẽt sequi ex positione pluriũ formarũ in hoīe q̃ vnius: vt ꝙ actione patris nihil ꝓduceretur in filio: & ꝙ naturaliter corruptio esset sine naturali generatione: & q̃ plurima huiusmodi: quę in aliis disputatiõi
fectiorẽ habẽdo entitatem: siue verius & perfecti⁹ esse scđm quẽcũq; modum esse. Quare cũ q̃cunq;
in eodẽ existũt differẽtia p essentiam, pprias vnitates habẽt sub vnitate totius: nec ppter vnitatem
toti⁹ amittunt pprias vnitates: sic ergo & habẽt ppria esse sub esse totius: nec ipsa amittũt ppter
esse totius, immo magis p vnitates & esse propria, quas habẽt manentes: sed non nisi effectiue a pri
ma vnitate & primo esse, causant esse & vnitatem totius, dicente Boetio ibidem, Ome esse a forma
est in creatis cum vnita est materiæ. Vnde philosophi sic describũt illud dicentes: Esse est existen- T
tia formæ cum materia. Cũ autẽ forma materiæ vnitur: necessario ex cõiunctione vtriusq; aliquod
vnũ cõstituit. & infra. Forma igit existẽs in materia: quæ pficit & custodit vniuscuiusq; essentiam:
vnitas autem est descẽdẽs a prima vnitate quę creauit eam. Ecce plane q̃ forma etiam existens i ma
teria constituendo cõpositum vnitas est vnitate quã accepit a deo qñ creauit eam: & hoc secũdum
modũ pdictę participationis. Cũ ergo in rebus eẽ & vnum sint eiusdẽ rationis: sicut nullus potest
dicere q̃ in vno composito ex pluribus non sit alia vnitas q̃ vna quæ est totius compositi ex pluri-
bus: immo materia & forma & quæcũq; sunt in illo, sub vnitate illius retinẽt suas pprias vnitates:
& per vnitatẽ eius qđ est formale & principale in illo, causant vnitatẽ totius: sic nullus potest dice-
re q̃ in vno composito ex pluribus non sit aliud esse q̃ vnum qđ est totius, immo materia & forma
& quæcũq; sunt in illo, sub esse illius retinent sua propria esse: & per esse formalis & principalis in
illo, causant vnitatẽ totius. Et vt istud idẽ applicemus ad confirmationẽ dictorum in præcedenti
quæstione: sicut nullus potest dicere q̃ vnitas quæcũq; in rebus est aliquid additũ ei cuius est: aut
illis ex quibus componit: vt enim dicit Commen. super. iiii. metaphy. substãtia cuiuslibet rei est vna
per se: non secũdũ rẽ additam illi: Sic nullus potest dicere q̃ entitas siue esse quodcunq; in rebus sit
aliquid additum rei cuius est aut illis ex quibus componitur. Et causa deceptionis & erroris i hoc
est, vt dicit philosophus in fine. viii. metaphy. q̃ ponũt rem cũ est in actu diuersam a seipsa qñ fuit
in potẽtia. Sed vt dicit ibi Commẽ. in rei veritate est vnum, illud enim qđ fuit in potũtia est i actu.
& vt dicit philosophus, nõ habet in hoc aliã causam oĩno præter motorẽ p̃ducẽtẽ rem de potẽtia
in actũ. & sic si non habet res aliam causam suæ vnitatis & sui esse in actu existẽtiæ, non est esse ad-
ditum essentiæ vel vnum re differẽs ab illa: ga illud esset alia causa, s. formalis: sicut albedo esset cau
sa essendi albũ, prẽter motorem. Sic ergo nullo modo tenẽdum est q̃ in vno non sit nisi vnicum es V
se: nisi hoc intelligat de esse suppositi siue subsistentiæ. tale eñ esse est vnicum quo per se & primo
subsistit & existit ipsum totum continens in se plura: & quo subsistunt & existunt materia & for-
ma substantialis siue vna siue plures: quia sunt aliquid subsistentis & existentis: quo etiã subsistunt
& existunt accidentia eius, quia sunt in existente & subsistente: non per additum: secundum q̃ ille
dicit q̃ esse sit aliquid additum existenti re diuersum ab eo. Qđ explicat dicẽdo: q̃ quæ diuersimo
de fundantur in existente: diuersimode dicuntur existere: sicut & quæ diuersimode fundantur in
ente: diuersimode dicuntur esse &c. vt supra. Vnde nisi poneret esse existentiæ aliquid additum re
differens: non posset ponere idem esse in vno habente in se plura: nisi ponendo q̃ in eodem solum
vltima forma vl' vltima differentia dat totum esse existentiæ. In quolibet enim habente in se plura
dicit illud esse existentiæ fore additum vt re differens ab eo cuius est. Qđ si ita esset: nõ oporteret
ipsum plurificare secũdum pluralitatem eorum quę ipso diuersimode participant. Sed ponendo q̃
esse nullo modo sit aliquid additum: sed est idem cum essentia rei secundum prætactum modum:
necesse est omne esse plurificari in eodem: siue essentiæ siue existentiæ. præter illud qđ est subsisten
tiæ, siue in ipsa rei essentia apud intellectum: siue in ipsa existentia extra, vt dictum est. & sic deter
minatio quæstionis huius multum dependet a determinatione quæstionis præcedentis. Q; autẽ
omne aliud eẽ in habente in se plura differentia re, plurificatur secundum eorum plurificationem
siue fuerit essentiæ siue existentiæ simpliciter: hoc plane patet de accidentibus quæ fuerunt in sub
stantia panis: & manent in ipso transubstantiato, de quibus certum est q̃ aliquod esse habent, vn-
de acceptum est argumentum vltimum, secundum hoc concedendum. SED vlterius distinguo: Y
aut ergo habebant idem eẽ prius in substantia panis, & sic habeo propositũ: aut non: & sic illud esse

eſt illis de nouo acquiſitum, ſed hoc nõ niſi per generationem naturalem: aut per cauſalitatem: aut per illud qđ remouet prohibens. Non primo modo nec ſecundo vt patet: nec tertio: tũ quia eſſe totius non repugnat eſſe illorum quæ ſunt in eo, vt patet ex dictis: & ideo nullo modo eſt prohibens: tũ quia remouens prohibens nihil agit in illud a quo prohibens remouet: ſed exponit ipſum ſuę naturæ. Eſſe autẽ aliud re ab eo cuius eſt, qđ non fuit prius ſub eſſe, & ideo non eſt niſi in ſola potentia ad illud, neceſſario per actionem aliquam alicuius agentis procedit in actum. Aliter enim reſſe ipſam de non eſſe ſimpliciter deduceret ad eſſe. Sed in actum poteſt procedere vel agente ex a quo remouet prohibens: vel agẽte alio: qđ non poteſt eſſe niſi generans aut creans, ergo vt prius. Vnde ſi quandoq; per ſolam actionem amouentis prohibens proceditur de potentia in actũ: hoc non eſt quia de nouo non enti ſimpliciter, qđ nõ eſt niſi in ſola potentia: eſſe in actu acquiritur: ſed quia exiſtens in actu vno modo, eſt in potentia ad exiſtere in actu alio modo: & remouens prohibens ne res ſit in actu alio modo: per ſe agit circa illud in quo conſiſtit prohibens. Verbi gratia: formæ ſingulæ habẽtes in ſe modicam vnitatem ſicut & modicam entitatem: quæ ſunt ſimiles in parte & in toto: vt ſunt forma lineæ & ſuperficiei, q̃ per ſe ſunt extẽſæ: & forma lapidis aut albedinis, quę per accidẽs ſunt extẽſę: quia ſunt ī quantitate: potẽtia ſunt plurificatę: ita q̃ aliquo remouẽte prohibẽs ſtatim ſunt plura in actu per ſolam ſolutionẽ cõtinuitatis, & hoc ga ex ſe erãt prius plures res cõtinuę: ſed modo ſunt plures diſtinctæ, dicente Boetio de vnitate & vno. Oĩa vnitatem appetunt:
Z & etiam ea quæ multa ſunt: vnum dici volunt. Quæcunq; enim ſunt, aut vera vnitate vniuntur: aut ſaltem eam ſimulando mẽtiuntur. Pluralitas autem non eſt niſi ex congregatione vnitatum: quæ vnitates ſi ſint diſgregatę: faciunt multitudinem: ſi vero ſunt congregatę in materia: faciunt magnitudinem. Quapropter inter vnitates quantitatis continuę & diſcretę exiſtentis in materia nihil intereſt: niſi q̃ iſtę diſgregatę ſunt & illę continuæ, & conſimiliter eſt de illis quæ extenduntur cũ quantitate. Et ſicut illud contingit circa eſſe accidentium ſeparatorum a ſubſtantia panis: ſic poſſibile eſſet contingere circa humanitatem Chriſti. Si enim humanitas Chriſti in Chriſto aſſumpta a verbo nullum habet eſſe ꝓprium præter eſſe ſuppoſiti increatum manente aſſumptione tunc ſi illam humanam naturã dimitteret ſicut poſſet ſi vellet: cum ipſe eſſe haberet tunc qđ prius non habuit: eſt ergo ei acquiſitũ de nouo: qđ eſt impoſſibile: quia nec ꝑ generans: nec per creãs: nec
A per remouens prohibẽs: vt prius. Sed dices q̃ ꝑ remouẽs prohibẽs: quia aſſumptio facit q̃ humana natura non habet eſſe ſeparatum ſiue diſtinctum ab alio: qđ requirit eſſentia ſuppoſiti: & ideo cum ſubtrahit aſſumptio: ſtatim habet eẽ exiſtẽtię ſuppoſiti. Qđ nõ valet: quia ſubtractio illa nihil ponit niſi ſeparationem naturæ humanæ a diuina ſecundum ſe eã ponendo: qđ non dat ei nouum eſſe: ſed ſolum nouum modũ circa eſſe. Prius ergo habuit idem eſſe qđ modo: ſed prius non ſecũdũ rationem ſuppoſiti ſed ſimplicis exiſtẽtiæ: quã modo propter ſeparationẽ habet ſecundũ rationem ſuppoſiti. In hoc enim ſolo differũt exiſtẽtia ſimpliciter & ſubſiſtẽtia: q̃ nõ ſubſiſtit niſi ſeparatum: exiſtit autem etiã alteri cõiunctũ: & qđ eſt exiſtẽtia ſimpliciter in coniuncto, eſt ſubſiſtentia in ſeparato. Præterea: ſi humana natura in Chriſto nullũ haberet eſſe ꝓprium, ſed ſolum diuini ſuppoſiti cũ illud nõ ſit niſi eſſe increatum: humanitas ergo Chriſti nullum haberet eſſe creatum oĩno: & ſic non eſſet Chriſtus creatura ſecundũ humanam naturam: quia non eſt creatura niſi participando eſſe creatum, conſequens falſum eſt, ergo &c.
B De iſto igit̃ eſſe exiſtentiæ qđ eſt ſubſiſtentiæ, ſciẽdum q̃ eſt formaliter a forma dante & cõmunicante ſuum eſſe eſſentiæ & exiſtentiæ ſimpliciter, illi cuius: & hoc ſeparatim aut diſtincte: ita q̃ illud eſſe quod eſt eſſentiæ vel exiſtentiæ ſimpliciter, inquantum eſt a forma ſimpliciter, eſt eſſe ſubſiſtentiæ: ſiue ſecundum eſſentiam ſiue ſecũdũ exiſtẽtiam inquantum dat illud ſeparatim aut diſtincte. Sed tale eſſe aut eſt abſolutũ & a forma abſoluta, aut eſt reſpectiuum & a forma relatiua. Primo modo habet exiſtentiam ſubſiſtentię oĩs creatura ſecundum ſe exiſtens ſeparata a quocunq; alio. Secundo modo habẽt exiſtẽtiam ſubſiſtẽtię ſolę tres perſonæ diuinæ. Vnde a diuina eſſentia non eſt in deo aliquod eſſe ſubſiſtẽtiæ: quia nullum habet eſſe diſtinctum aut ſeparatum a diuinis perſonis & ſubſiſtentiis earum: ſed eſſe eſſentiæ & exiſtentiæ ſimpliciter eſt vnum in tribus perſonis: ſicut ipſa diuina eſſentia eſt vna in illis: ꝓter tria eſſe ſubſiſtentiæ ad aliud: & hoc quẽadmodum ab anima rationali non eſt in Chriſto aliquod eſſe ſubſiſtentiæ: quia nullum habet eſſe diſtinctum aut ſeparatum a diuina natura & ſubſiſtentia verbi: & etiam quẽadmodum anima rationalis in alio homine vt eſt perfectio materiæ nullum habet in ſe eſſe ſubſiſtentiæ quia non eſt ſeparata a materia: quale eſſe ſubſiſtẽtię habet licet imperfecte cũ eſt ſeparata. Nullo igitur modo in habente in ſe plura quę eſſentialiter differunt inter ſe, poteſt eẽ vnicum eſſe tm̃ niſi illud ſit ſubſiſtentię, vel qđ communicatur ab vltimo formali toti compoſito.

Et eſt illud quod exprimitur in definitiua ratione:cum dicitur ꝙ definitio eſt oratio indicãs quod eſt eſſe,de quo intelligitur aſſumptum in tertia ratione:ꝙ vnius rei vnicum eſt eſſe,& de quo dicit Boetius primo de trini,cap.iii.Omne eſſe ex forma eſt,ſtatua enim non ſecundum ꝙ eſt materia ſed ſecundum formam quæ inſignita eſt,effigies aialis dicitur.& infra.Nihil ergo ſecundũ materiam eſſe dicitur:ſed ſecundum propriam formam . Per qđ patet reſponſio ad illud:ꝙ iſtud eſt illud quod fundatur in vnione formæ cum materia:quæ non eſt niſi vnica ſecundum ꝙ proceſſit quarta ratio.Non tamen ex hoc ſequitur quin materia habeat ſuum proprium eſſe eſſentiæ: & ſimiliter accidentia:vt patet ex dictis,Illud enim eſſe quod eſt in compoſito ex vnione formę cũ materia eſt vnicum in quolibet compoſito ex materia & forma:ſiue ſecundũ ſe ſeparatim ſubſiſtat vt in aliis hominibus,ſiue in ſuppoſito alterius vt in homine,Homo em̃ ille habet eſſe eſſentiæ & exiſtentiæ ſimpliciter ab anima rationali ſicut & cæteri:& cũ hoc habet eſſe diuinæ naturæ ſibi communicatũ: q̃ ſubſunt vni eſſe diuini ſuppoſiti,Vnde ſup de duabus naturis Commen.In illo ſunt vnũ quidem qđ ſit de⁹ & aliud qđ ſit homo:ſicut in quolibet hoie eſt quiddã qđ eſt anima:& aliud qđ eſt corpus.Et ſecũdũ illud duplex eſſe in Chriſto ſup cæteros,qui tm̃ habẽt vnicũ,in Chriſto eſt duplex viuere:humanũ.ſ.& diuinũ.ſecũdũ ꝙ etiã duplex in ipſo volũtas eſt:& cętera hmõi ſecũdũ duplicem naturam.Quo ad eſſe autẽ eſſentiæ & exiſtentiæ ſimpliciter,qđ cõuenit Chriſto ratione naturæ humanæ:non eſt differentia in Chriſto & in aliis homínib⁹:ſed quo ad eſſe ſubſiſtẽtiæ multum refert in Chriſto & in aliis:quia in aliis eſſe ſubſiſtẽtiæ eſt a forma abſoluta: & non differt ab eſſe exiſtentiæ ſimpliciter:qđ etiam eſt in Chriſto: niſi quo ad hoc ꝙ eſt eſſe exiſtentiæ ſimpliciter vt eſt a forma ſimpliciter:eſt aũt eſſe ſubſiſtentiæ, inquantum eſt a forma ad alterius ſubſiſtentię rationem non aſſumpta.Propter qđ in Chriſto,in quo forma humana ad alterius ſubſiſtentiæ rationem aſſumpta,non eſt idẽ eſſe ſubſiſtentiæ:quẽadmodũ etiã nec diuina natura in Chriſto licet det ei eſſe exiſtẽtiæ ſimpliciter,non tm̃ eſſe ſubſiſtẽtiæ:quia dat ipſum ſub ſubſiſtẽtia alterius rationis:q̃ eſt ſubſiſtentia non abſoluta ſed relatiua:& hoc a proprietate relatiua cõſtitutiua ſuppoſiti verbi. ita ꝙ ſi in Chriſto non eſſet aliud eſſe q̃ diuini ſuppoſiti:nullum eſſet in eo eſſe abſolutum ſed relatiuum tm̃.Qđ ergo dicũt aliqui:ꝙ ſubſtãtia eſt & exiſtit quia ſubſiſtit ipſi eſſe:verum eſt:nõ ſicut differenti a ſe ſecũdũ rẽ:ſed ſecundũ rationem ſiue intẽtionem tm̃.Et ꝙ accidẽs eſt & exiſtit:qa eſt iente & exiſtẽte:verum eſt:nõ quia non ſit ei ꝓprium eſſe vt illi intẽdunt:& vt concludit primum argumentũ:cuius ex hoc patet ſolutio:ſed ipſum quo ad id quod eſt,& quo ad id quo eſt,ſecundũ eſſentiã & ſecundũ exiſtẽtiam nullo modo eſt ꝓ naturã niſi quia eſt in alio qđ eſt & exiſtit in ſe.Vnde quia philoſophus bene ſentiebat ꝙ ex illo dicto ſuo quo accidẽtia dicuntur entia quia ſunt entis:aliqui putarẽt ꝙ accidẽtia non haberẽt proprium eſſe quibus dicerẽtur entia:continuo mouet ſuper hoc dubitationem ſubdẽs.Et ideo forte quæret aliqs:vtrũ ambulatio,ſeſſio,aut ſanitas ſignificant ens aut nõ ens,qm̃ nullũ eorum eſt exiſtẽs per ſe:nec poteſt ſeparari a ſubſtãtia.& ſoluit ſub cõditione ſubdens,Sed ſi ambulans fuerit de entibus & ſedens & ſanus,iſta ſunt digniora vt ſint entia.ſ.ſubſtantiæ.Ponit autem reſponſionem illam ſub conditione,quia ſupponit eam ex quinto libro præcedente vbi dixit ſic.Dicũtur entia per ſe quæ ſignificant figuræ prædicamẽtorũ:ſunt em̃ ſecundum numerũ eorum.Vbi dicit Commen.Hoc nomẽ ens dicitur de omnibus de quibus dicũtur p̃dicamẽta:quia qđ ſignificat hoc nomẽ ens,idẽ videtur cũ eo qđ ſignificãt dictiones prędicamẽtorum.Ex quo concludo:ꝙ cum dictiones illę ſignificẽt res diuerſas:quare & ens dictum de ipſis ſignificat eſſe earũdem diuerſa:vt non plus poteſt concludi ſic: accidens non eſt niſi quia eſt entis:ergo non habet proprium eſſe:q̃ ſic:accidens non eſt eſſentia niſi quia eſt eſſentiæ vt aliquid in ſubſtantia:ergo non habet propriam eſſentiam.Vt propter hoc accidẽtia non dicuntur entia niſi quia entis:neꝙ eſſentiæ niſi quia ſunt illius eſſentiæ quæ eſt ſubſtantia:non quia non habẽt ꝓpria eſſe & proprias eſſentias:ſed quia non habent ſua eſſe & ſuas eſſentias ſeparatim:ſed in ſubſtantia cum eſſe & eſſentia ſubſtantiæ:& etiã cauſaliter ab illis.Qđ bene ſignificat ibidẽ philoſophus ſubdẽs.Sedẽs enim & ſtans non dicuntur ſine hoc .ſ. ſubſtantia. Igitur hęc eſt cauſa eſſentiæ cuiuſlibet illorum:& illa ſunt propter iſtud.Qđ autem adducũt pro ſimili de extẽſione:Dicẽdum ꝙ magis facit pro nobis,licet enim non ſit extẽſio niſi ſub quantitate:neꝙ in accidẽtibus niſi quia ſunt in quantitate:nihilominus tamen aliquid proprię extenſionis habẽt materia & accidẽtia in natura & eſſentia ſua:licet non niſi per extenſionem quantitatis:quẽadmodum materia ſub quantitate habet partem iuxta partem:ſicut & quantitas:& aliã & aliam partem quãtitatis:& ſimiliter accidens in quantitate exiſtens,puta albedo,habet partem continue iuxta partem:& aliã & aliã partem ſub alia & alia parte quantitatis.Quẽadmodũ ergo materia habet proprium eſſe:licet cum hoc eſſe qđ ha

Ad ꝓbationẽ primam.

C

bet a forma: qđ quidem eẽ ꝓpriũ haberet ſi per virtutem diuinam exiſteret ſine forma: & ſimiliter accidentia propriũ eſſe hñt præter eſſe illius in quo ſunt: etiã per eũdẽ modũ quo diuerſimode habẽt fundari in ente exiſtẽte: diuerſimode dicunt eſſe & exiſtere. Sed non ex hoc habeẽt quin habẽt ꝓ pria eſſe diuerſa: quib⁹ diuerſimode ſecundũ ſe ſunt atq; exiſtunt quo ad ipſoꝝ eſſentias non cõparatas ad ſubſtantiã: vt in ipſa fundatę: licet iſta non habeant extra intellectum niſi fundata in ſub-
D ſtantia diuerſimode. Qđ vlterius arguitur: ꝙ ſi plures ſint formæ ſimul in eodẽ: nõ habeẽt eſſe niſi Ad ſecundã.
ꝓ vltimã: verũ eſt quo ad eius cõplemẽtũ qđ cõmunicat toti cõpoſito & materię, vt dictũ eſt: qđ eſt idẽ cũ eſſe ſubſiſtentię rei, nihilominus tamẽ eſſe cõpletũ habeẽt per alias formas & etiam ꝓ materiã.
E Qđ aũt adiũgit: ꝙ alię formę priores aduenięte vltima deſinunt dare eſſe: hoc impoſſibile eſt: ſicut Ad tertiam.
impoſſibile eſt ꝙ ipſa eſſentia illarũ ſit & deſinat eſſe eſſentia: quia in ipſa illarum eſſentia conſiſtit ipſarum eſſe: qđ quęlibet illarum ꝓ modulo ſuo cõmunicat cõpoſito & materiæ. Vnde aĩa rationalis nõ dat homini totum ſuũ eſſe: ſed ſolũmodo cõplemẽtũ ei⁹: & non ſunt virtute præcedentia in cõpleto ſed in tota forma cõtinente genus & ſingulas differentias tanq; differentes intentiones in ſe. Vnde nunq; ponimus in eodem duo eſſe eſſentiæ: vnũ cõpletum & alterum incõpletum. Ponimus tamẽ in eodem vt in hoie, duo eſſe eſſentiæ a duabus formis: quorum vnũ eſt incõpletum: alte-
F rum vero complementum. Q⁊ aũt addunt: ſi in vno ſunt duo eſſe: ille eſt duo exiſtentes: Dicendũ Ad quartam
ꝙ aliud eſt dicere duo exiſtẽtes in maſculino: aliud vero duæ res exiſtẽtes in fœminino: vel duo exiſtentia in neutro genere. Nũc autem ꝙ in maſculino dicitur vnus exiſtens vel duo exiſtentes: hęc denominatio non eſt niſi ab eſſe ſubſiſtentiæ ſiue ſuppoſiti: qđ nõ eſt niſi vnum in vno ſicut ꝑdictũ eſt: vt nullo modo poſſint dici maſculine duo entes vel duo exiſtentes, niſi quorum ſunt duo eſſe ſubſiſtentiæ. In fœminino autem vel neutro ꝙ dicitur vna res exiſtens vel duæ exiſtentes: ſiue vnũ exiſtẽs & duo exiſtentia: hæc denominatio eſt ab eſſe exiſtentiæ ſimpliciter: qđ ſecundũ prædicta bene plurificatur in vno ſecũdũ ſuppoſitum, & ideo vnus ſecundũ ſuppoſitũ, & vnus exiſtẽs maſculine, bene dicitur duæ res exiſtẽtes fœminine, vel duo exiſtẽtia in neutro: & hoc indifferẽter in nobis propter materiam & formam: & in Chriſto propter eandem & propter deitatem: ſecundum quæ in Chriſto ſunt plura eſſe exiſtentiæ ſimpliciter: vt in fœminino poſſit dici plures res exiſtentes: vel in neutro plura exiſtentia: & vniuerſaliter in quolibet toto habente plures ꝑtes, dicẽte Boetio in libro de trini. cap. iiii. Vnũqđq; habet eẽ ſuum ex his ex quibus eſt: & eſt hoc atq; illud: vt cũ terrenus homo cõſtat ex aĩa & corpore: & aĩa & corpus eſt. Et hoc non ſolũ quãdo ſunt coniuncta qđ cõtingit in omnibus hoibus: ſed etiam qñ ſunt ſeparata: qđ ad minus cõtingit in Chriſto, dicente Cõmen. ſuper de duab⁹ naturis, de humanitate Chriſti. Sicut aĩa hominis nunq; deſinit eſſe genere ſpirit⁹, nec corpus ei⁹ eſſe genere corpus: ita homo etſi remoto animæ habitu deſinat eſſe homo atq; animal: nunq; tamẽ deſinit eſſe corpus & ſpiritus. Q⁊ ſi ſic: tunc neceſſario habet eſſe vtriuſq;. Vnde ſuper illud de trini. Boetii: Cũ terrenus homo conſtat ex anima & corpore: & anima & corpus eſt, dicit Commen. Quicquid enim eſt eſſe cuiuſlibet partis eius: etiam qđ ex illa parte cõſtat eſt eſſe. & infra. Itaq; eſſe hominis non ſimplex atq; ſolitariũ. & infra ſuper illud. In parte igit nõ eſt id qđ eſt. Cõmen. Aliud ſaltẽ eſt eſſe partis vnius a qua cõpoſitũ aliquid eſt: & aliud alterius partis eſſe: a qua ſimiliter ipſum cõpoſitum eſt. Quocirca illud vere eſt, in quo nullus eſſentiæ eſt nũerus: quia nullum in eo eſt aliud eſſe præter id vnũ quo ſolo eſt vere: vt deus vel eius diuinitas, & loquitur de eſſe eius abſoluto. Et tamen licet Chriſtus ſic ſit plura exiſtentia ꝓpter eſſentias ex quibus eſt: tñ non niſi vnus exiſtens eſt ſecũdum ſuppoſitum in maſculino. Vnde non oportet dicere ꝙ in Chriſto nullum erit eſſe ab anima: ne ſi in ipſo eſſet duplex eſſe, creatum & increatum, Chriſt⁹ non eſſet vnus exiſtens: ſed potius duo exiſtentes & duo ſuppoſita. Si enim vt ſaluetur vnitas ſuppoſiti ſuper duas naturas in Chriſto: oportet dicere ꝙ in Chriſto non eſt niſi vnum eſſe: ſcilicet ſuppoſiti: & non aliud: cum illud eſſe non ſit niſi reſpectiuum & ad aliud: ſicut non eſt in deo ſuppoſitum niſi relatiuum: neq; in Chriſto: ergo etiam neq; in deo ponẽdum eſſet aliquod eſſe abſolutum a forma diuinæ exiſtẽtię, qđ commune ſit tribus perſonis diuinis: & quodam modo communicatũ Chriſto ſecundum humanitatem ſub ſuppoſito verbi: ſicut neq; illi dicunt in Chriſto fore aliquod eſſe ab anima in cõpoſito ex anima et corpore: qđ falſum eſt. Plane ergo patet eẽ falſum qđ ille dicit in ſua quæſtione: formam non ſemper eſſe principium eſſendi. Oportet enim ponere in Chriſto humanam naturam ſine ſuo eſſe, aliter enim eſſent in ipſo duæ exiſtentiæ et duo exiſtentes et duo ſuppoſita: qđ totum falſum eſt: vt patet ex dictis. Nõ enim poſſibilius eſt ponere formam exiſtere ĩmateria et non dare eſſe: q̃ ponere albedinem in corpore: et ipſam non dare corpori eſſe album. Sicut ergo contradictoria implicat qui dicit albedinem eſſe in corpore: et corpus per eam nõ eſſe album:

ſic contradictoria implicat qui dicit formam exiſtere in materia: & compoſitum per eam non eſſe
Ad ſcdm pri. aut non exiſtere. Non reſtat ergo niſi reſpondere ad ſecundum argumentum quo dicitur. Si eẽnt G
plura eſſe ſimul in eodem: per ordinem ſe haberent: & vnum eorum eſſet perfectius altero, qđ bene
verum eſt: non tamen ex hoc ſequitur vt concludit ꝙ vnum participaret altero: quia nihil eſſe par
ticipat niſi id in quo fundatur, qđ eſt eſſentia rei. Cũ ergo vnum eſſe non fundatur in altero: ſed qđ
libet in eſſentia ſibi ſubiecta: vt patet ex prædeterminatis: nullo modo ex poſitione quæ ponit plu
ra eſſe in eodem, ſequitur ꝙ ipſum eſſe aliquo participet. Vel aliter dicẽdũ: ꝙ licet eſſe ſcdm ſe non
pticipet aliquo: tamen vt ſecundum illos ex eſſe & eſſentia fit vnum compoſitum: illud compoſi
tum participat eſſe ſecũdo: & ſic in illo compoſito participat eo eſſe illud primum, qđ nullum eſt i
conueniens.

Quæſtio. ix. Argu. prin. CIrca tertiũ arguitur: ꝙ ſubiectum non poteſt eſſe cauſa accidentis exiſtentis in
eo, ſic. Qđ eſt in potentia ad aliquid, eo ꝙ inquantum hmõi eſt non ens, illud nõ
poteſt eſſe cauſa vt ſecundũ actum ſit illud: ſicut non ens non poteſt eſſe cauſa
ſuæ entitatis, ſubiectum ex ſe ſolum eſt in potentia ad ſuum accidens. ergo non
poteſt eſſe cauſa vt ſecũdum actũ ſit illud. Sic autẽ eſſet cã, ſi eſſet cauſa ſui ac
In oppoſitũ. cidentis, ergo &c. CONtra eſt: ꝙ voluntas eſt mouens ſeipſam in actum vo
Reſol. q. lendi, qui eſt accidens eius in quo eſt cauſa ſui actus volendi. ergo &c. Dicendum ꝙ quæſtio iſta ꝑ H
poſita eſt de cauſa efficiente accidentis generaliter: ſed ſpecialiter propter accidẽs qđ eſt ipſe actꝰ
volendi: quomodo poſſit cauſari effectiue ab ipſa voluntate quæ eſt ſubiectum eius. Et eſt ratio du
bitationis in ea: cum ſubiectũ ſit cauſa materialis reſpectu accidentis ſui: & ita licet ſit in actu quã
tum ad formam ſubſtantialem: tamen quantũ eſt ex ſe: non ẽ niſi in potentia ad formam accidẽta
lẽ: & ideo neceſſario eget aliquo exiſtẽte in actu tale, quale eſt illud in potẽtia, quo reducat de potẽ
tia in actum. Dico autem exiſtẽte in actu tale, ſaltẽ virtute etſi nõ formaliter: quẽadmodũ ſol g cali
dus ẽ in potentia: facit calidum in actu virtute etſi non formaliter calidus eſt. Et videtur mihi hic
eſſe dicendum ꝙ ſecundũ phm. vii. metaphy. vt tactũ eſt in q̃ſtione pręcedente: ſubſtantia eſt cau
ſa eſſentię & eſſe ſuorum accidentium nõ ſolum vt materialis ſed etiã vt efficiens: ſed aliter & ali
ter. Qz enim eſt cauſa accidentium materialis: hoc habet a ſe & natura ſua: ꝙ vero ſit cauſa efficiẽs
eorundem: hoc habet a generante & ꝓducente eſſentiam ſubſtantiæ in eſſe. Producẽs enim ipſam
in eſſe imprimit ei virtutem cauſandi effectiue in ſe omnia ſua accidentia. Et ſic videtur mihi hic
eſſe diſtinguendum: dicẽdo ꝙ ſubſtantia ſubiecta accidenti conſiderari habet dupliciter. Vno mo
do vt habet in ſe perfecte virtutem agentis ſibi influxam: qua natum eſt illud accidens producere
de potentia ad actum. & ſic eſt in ſe ſumme diſpoſitum & in potentia accidentali ad illud accidens
Alio modo vt eſt aliquid in natura ſecundum ſe. Si ſecũdo modo: de hoc membro breuiter me ex
pedio dicendo ꝙ ſubiectum nullo modo eſt cauſa ſui accidentis niſi ſicut materia & cauſa materia
lis, exiſtendo ad illud in potentia remota & eſſentiali, propter qđ eget vt vadat de potentia in actũ
ſecundum illud accidens eſſentiali tranſmutante extra. Si primo modo: in quo conſiſtit difficultas
quæſtionis: ſic dico diuidẽdo quæſtionem in duo membra. Quorum primum eſt de ratione & mo
do cauſandi accidẽs qđ iam eſt actu in ipſo ſubiecto. Secundũ vero de ratione & modo cauſandi ac
cidẽs qđ nõdum eſt actu in ſubiecto. Quo ad primum membrum dico: ꝙ ſic procedit curſus & or I
do naturæ ꝙ quandocunq; ad aliquam formam conſequunt naturaliter aliquæ ꝑ ſe proprietates
aut actiones, generans rem ſecũdum illam formam in generando ſic eam ſumme diſponit ꝙ quan
tum eſt de ſe ſit in potentia accidentali ad illud accidens & ex parte materiæ & ex parte formę. Ex
parte materiæ diſponendo ipſam vt ſit neceſſitas ad receptionem illius accidentis: & ex parte for
mę diſponendo eam vt ſit neceſſitas ad illius accidentis productionem de potentia materiæ. Vn
de generans ignẽ quia leuitas & caliditas ſunt per ſe proprietates ſequentes formam ignis: ſimul
diſponit materiam ignis vt ſit neceſſitas ad recipiẽdum leuitatem & caliditatẽ: & ſimiliter formã
ignis vt ſit neceſſitas producẽdi illam de ſua materia. Et hoc totum procedit de virtute agẽtis im
preſſa igni: & quo ad materiam & quo ad formam: & ideo ignis ſtatim cum generatus eſt quo ad
ſuam formam ſubſtãtialem de potentia materiæ cui adhęret, immediate generat de potentia quæ
ſuæ materiæ adhęret mediante potentia ad formam ſubſtantialem ipſas formas accidentales: leui
tatem, ſ. & caliditatem. Sed quia hoc non facit niſi in virtute generantis ignem ſecundum formã
ignis: ideo formarum accidentalium generatio attribuitur generanti formam ſubſtãtialem: qñ
dicitur ꝙ generans rem dat ei accidentia per ſe: & operationem illius propriam. attribuitur autẽ
formæ ſubſtantiali vt ſequelę ſuæ: quando dicitur ꝙ formam ſubſtantialem generatam neceſſario

conſequuntur ſuæ proprietates & proprię operatiões. Quia autem ad formam accidentalem quæ eſt leuitas per eundem modum ſequitur propria operatio quæ eſt moueri ſurſum: ideo ſimiliter dicitur ꝙ generans leue dat motum leui: & per motum locũ propriũ illi. Tamen cauſa proxima agẽs talium accidentium & operationum ſunt ipſę formæ rerum ſiue totum compoſitum ratione formæ tm̃. Et ſic quo ad iſtud membrum quæſtionis reſpondeo dicens: ꝙ omne ſubiectum per ſuam formam eſt cauſa agens & efficiens ſuorum accidentium propriorum: & ſimiliter communium, cõcurrentibus circa ipſum agentibus primis, quę ipſum ad hoc diſponunt ſecundum iam dictũ modum. Quo ad ſecũdum membrum quæſtionis in quo principaliter erat propoſita: ſcilicet de ratio
k ne & modo cauſandi accidens qđ nondum eſt in ſubiecto ſecundum actum: ſed ſecundum potẽtiam tantum: in quo videtur eſſe maior difficultas: Dico ꝙ ſubiectum generatum ſecũdum formam ſubſtantialem, ſi dicto modo nõ fuerit cauſa ſecũdũ actum ſuorũ accidẽtiũ & operationum hoc non contingit niſi quia ſuſtinet impedimẽtum: quo remoto (quia de ſe a generante extra, licet iam ceſſauerit a ſua actione & ſit abſens, ſumme diſpoſitũ eſt retinendo in ſe & ſecundum materiã & ſecundum formam virtutem generantis, ſecũdum prædictum modum) ſtatim cauſat ſecundum formam ſuam actiue, & ſecundum materiam ſuam paſſiue huiuſmodi accidentia & operationes: vt ſi ignis ſecũdũ formã ſubſtantialẽ poſſet ſuſtinere aliquod impedimentũ ne ſimul cõſequeretur eũ caliditas aut leuitas: & ſic eſſet ignis: ſed nõ calidus aut nõ leuis: amoto impedimento ſtatim ſeipſo agente ſecũdum prędictum modum fieret calidus aut leuis. Sed hoc magis clarum eſt in propriis operationibus quæ natę ſunt ſequi ipſas formas: quoniam per impedimentum retardãtur quandoq; patenter: ne poſſint in ſuas proprias operationes: vt patet de graui & leui: quæ generata ſecundum formã grauis & leuis, ceſſante impedimento per ſuas formas grauitatis & leuitatis mutantur & trãſferuntur, hoc ſurſum, illud deorſum: ſecundum ꝙ hoc ſufficienter declaraui in prędecedente Quolibet. Quando vero ſuſtinent impedimentum, & ſunt in potẽtia tantum ad ſuas operationes, amoto impedimento ſtatim ferunt̃ de potentia in actum ſecũdum p̃dictum modum Sic etiã habens habitũ cõſiderandi ſecũdũ aliquã ſcientiã, ceſſante impedimẽto ſemp quando vult (per hoc enim amouetur impedimentum) conſiderat: præſente vero ipedimẽto etſi ceſſet ad tempus: amoto impedimento ſtatim per habitum ſuum fit in actu conſiderandi. Et eſt omnino aliud genus tranſmutationis qua generatur habitus & addiſcens fit ſciens: & qua ſciens ſecundum habitũ fit conſiderans & ſciens ſecundũ actũ: & quo modo eſt ille in potẽtia ſciens ante generationẽ habitus: & iſte poſt habitus generationem. dicente em̃ Philoſopho ſecundo de anima: vterq; eorũ non eodem poſſibilis: ſed hic quidem quoniam materia eſt: ille autem poſſibilis conſiderare niſi aliqd prohibeat: & hic quidem per doctrinam alteratus eſt: ille autem alio modo, qđ vere non eſt alterari: in ſeipſum enim eſt inductio & in actum aut alterum genus alterationis. Q2 aũt non eſt proprie alteratio cum ſciens ſecundum habitum fit conſiderans: ex hoc claret: ꝙ operatio ſecundum actum minus diſtat a potentia ſua q̃ habitus, hæc em̃ eſt cauſa quare exitus in actum conſiderandi de potentia non eſt proprie alteratio: quæ eſt proprie corruptio alicuius contrarii: ſicut eſt exitus de potentia ad habitum: ſed proprie ſalus & perfectio operantis abſq; contrario. Propter qđ tale accidens qđ eſt operatio, præcipue poteſt ſubiectum in ſe cauſare de nouo poſt impedimentum remotum. Et per omnem eundem modum dico ꝙ voluntas forma libertatis ſuæ quæ eſt vis quædam in ipſa: vt alibi declarauimus: a cauſante voluntatem liberam in anima & imprimente ei in hoc virtutem ſuam ad cauſandum ſuas proprias operationes ſecũdum iam expoſitum modum, poteſt mouere ſeipſam & educere de potentia volẽdi ad actum volendi: & eſt tota voluntas mouens & mota tota: ſed mouens ratione qua eſt libera: quæ libertas eſt formale in ipſa: mota autem ratione qua eſt natura: quę eſt materiale in ipſa: & hoc ceſſante impedimẽto, quemadmodum
L dictum eſt de graui & leui reſpectu tranſlationis ſurſum & deorſum. AD cognoſcendum autẽ modum quo voluntas pati poſſit impedimentum ne poſſit velle: quo amoto ſeipſa libere vadit in actum volendi: Sciendũ eſt ꝙ aliqd a ſuo actu qui operatio eſt cũ ſit imperfectio actu ſecũdum formam qua natum eſt operari: poteſt impediri dupliciter. quia per impedimentum poſitiuum: quẽadmodum impeditur graue per obſtaculum ne deſcendat: & per impedimẽtũ priuatiuum: quem admodũ impeditur lux ne illuminet quando non habet illuminabile ſibi præſens. Primo modo impeditur voluntas ne velit per coactionem. Secundo autem modo impeditur per ignorantiam: qua obiectum volitum eſt ſibi abſens: qđ non eſt natũ eſſe ei prẽſens niſi per ſcientiã ſiue notitiam in intellectu. Et ſecundum hoc accipitur duplex inuolũtarium ſecundo Ethico, ſcilicet per violentiam

& per ignorantiam. Vnde ceſſante coactione libere de non volente cum effectu fit volens: & ceſſante ignorantia per præſentiam obiecti in cognitione libere ſeipſa de non volente fit volens ipſum bonum cognitum: & eſt mouens non motum prius: & agens non paſſum prius ab alio, niſi forte ſecundum exigentiam ſuæ naturæ: vt infra dicetur: ſicut potentia ſimpliciter actiua: & primo actiua: & ſecundo paſſiua. Et hoc dupliciter: ſed ordine quodã primo a ſeipſa quando de potentia volẽte fit actu volens: vt dictum eſt. Secundo ab obiecto: quando ex obiecto per actum volendi ſibi coniuncto ſuſcipit delectationem & gaudium & huiuſmodi. Et ſecundum hoc concedendum eſt ſecundum argumentum quod ſuper hoc erat fundatum. M

Opinio quorundam.

Quis ſint aliqui dicentes ꝙ voluntas ſimpliciter paſſiua eſt: & prius paſſiua q̃ actiua: licet ſit ſecũdario aliquo modo actiua: in quo excedit vires inferiores & ſenſitiuas & appetitiuas: quę omnino ſunt paſſiuę. Q2 eñ (vt dicũt aliq) ex ſe ſit in potentia aliqd ſiue ad aliqd, & ſeipſo fiat in actu illud nullo alio agente & mouẽte ipſum: hoc omnino eſt inconueniens. Quod probant per rationes: quarum prima eſt illa, quę ſupra ad partem negatiuam quæſtionis eſt producta.

Ratio pria.

SEcundo per hoc: ꝙ illud qđ facit aliqd in actu ſecundum aliquid ad qđ prius erat in potentia: oportet ꝙ prius ſit in actu ſecũdum illud: vt qđ facit aliud calidum oportet ꝙ in ſeipſo ſit calidum. Voluntas ergo ſi ſeipſam de potentia faceret in actũ volendi: prius vellet anteq̃ hoc faceret.

Secunda.

TERtio per hoc: ꝙ ſi aliqd ens in potentia, aliqd ſeipſum faceret in actum ſecundum ꝙ eſt in actu eſſet cauſatum: & ſecundum ꝙ in potentia eſſet cauſa: & ita effectus eſſet perfectior ſua cauſa.

Tertia.

Elſdem etiã videt ꝙ modus ponẽdi prętactus nõ eſt cõueniens: ſcilicet ꝙ in volũtate ſit aliqd mouẽs, & aliqd motũ: & aliqd potẽtiale: & aliqd actuale: & hoc ſicut cõtingit i gratui & leui: & ꝙ aliter periret liberũ arbitriũ. N

Improbatio primi pria. Secunda.

IMprobãt eñ primũ ſic: qm̃ dicũt ꝙ graue nõ mouet a ſe niſi quia mouet aliud p ſe: & ideo ſe per accidẽs: & tale ſi mouet ſe: oportet primo moueri ab alio a ſe: quare & ſic oportet ſentire de voluntate.

ITem ꝙ dicatur graue moueri ratione materiæ, & mouere ratione formę: hoc eſt inconueniens: quia ſubiectum motus nõ eſt niſi ens in actu ſecũdum ꝙ eſt in actu: ita etiam ꝙ moueatur ratione eius quo eſt in actu: quale non eſt materia: quia eſt in potentia tantum. Si ergo graue mouetur, totum compoſitum ex materia & forma eſt ſubiectum motus ratione totius & vtriuſq̃ partis in eo tã formæ q̃ materiæ ſimul. Qđ autẽ ſic ſubiectũ motꝰ eſt, non ratione totius neq̃ alicuius partis eius eſt principium aut ratio mouendi actiue, neq̃ ergo forma grauis: neq̃ compoſitum ex materia & forma ratione formę eſt mouens aut ratio mouendi actiue: ſed ſolummodo aliqd extrinſecum. Eodem modo & de voluntate eſt: quia tota cedit in ratione poſſibilis.

Tertia. Quarta.

ITem ſicut dicunt: ſi graue aut voluntas mouet ſe per ſe propter potẽtiale & actuale in ſe: eadem ratione omne compoſitum ex materia & forma moueret ſe per ſe.

ITem nõ mouet ſe per ſe ſecundum totum: quia ſimpliciter & realis differentia debet eſſe inter mouens & motum.

Quinta.

ITem tũc ſemper moueret ſe, quia ſemper eſt ſibi præſens.

Improbatio ſecundi prima.

SEcũdum autem propter qđ volũtas dicitur mouere ſe: quia aliter periret liberũ arbitrium: improbant ſic: quoniã voluntas vult qđ nõ poteſt nõ velle: & tamẽ libere vult. vniuerſaliter eñ bonũ qđ eſt ſimpliciter bonũ cũ eſt viſum non poteſt nõ velle: & tñ libere vult. Similiter bonũ ꝑticulare ꝑ hora qua illud vult, nõ põt nõ velle: & tamẽ libere vult. Vñ idem incõueniens ſequit ponẽdo voluntatẽ a ſe moueri & ab alio, ſi ſit inconueniens, equali eñ neceſſitate mouet a ſe & ab alio: vniuerſaliter eñ volens quando vult neceſſario vult nõ coacte ſed libere. O

Secunda.

Iſti autẽ imponendo volũtatem ptim actiuã & partim paſſiuam, ſed principaliter paſſiuã dicũt ꝙ paſſiua eſt ab obiecto ſecũdũ determinationẽ actus: actiua aũt ex ſe quo ad exercitiũ actus: illud ſcilicet qđ ei determinatum eſt a ratione exequendo: ſic enim eligere & imperare formaliter ſunt actus intellectus & principaliter: ſed executiue & miniſtraliter volũtatis. Vnde completa electione per iudicium & determinationem actus a ratione & voluntatis cõſenſu, voluntas agit precipiendo executionem imperati & proſecutionem eius qđ electum eſt viribus inferioribus, & etiam rationi vt exquirat modum vtrunq̃, & ſi ſtandum eſt in electione & imperio & cætera huiuſmodi.

Tertia.

Q2 autem non metaphyſice moueatur ab obiecto ſiue a fine, arguũt: quia obiectum qđ eſt finis non mouet metaphyſice niſi materiam: & hoc non niſi quia mouet per ſe agẽtem: qui vlterius per ſe mouet materiam: vt patet in operibus artis.

Contra tertium prima ratio.

Similiter ꝙ obiectum in eo ꝙ voluntas mouet ſeipſam non eſt cauſa ſine qua non, arguunt ſic. Duplex enim eſt cauſa ſine qua non. Vna quę nihil agit, vt albedo in ędificando: quando dicitur album ędificat, talis cauſa non eſt obiectum reſpectu actus volendi: quia voluntas ſine obiecto nihil vellet: ſine illa autem cauſa ędificans ędificaret. Alia eſt quæ aliquid agit: quia agit aliquid quo facto aliud exit in actum: vt ſcamonea expellit choleram: quo facto virtus naturæ infrigidat quæ prius erat impedita.

Sed ſic obiectum non agit: quia nihil poteſt facere aliquid quo facto aliud moueat ſeipſum: quia aliquid per ſe mouere ſeipſum, eſt per ſe impoſſibile. Vnde exemplum de ſcamonea eſt contra illos qui ipſum adducũt pro ſe: quia ſcamonea non facit aliquid quo facto virtus naturæ agat in ſeipſam ſed in aliquid aliud. Virtus enim quæ eſt in vna parte corporis, agit in aliam partem. Item ad idem: ſi obiectum non aliter agit q̃ mouendo intellectum: quo facto voluntas mouet ſe: eadem ratione poſſet probari ꝙ appetitus bruti eſſet actiuus: quia non mouet niſi ſenſu prius moto ab obiecto ſenſibili. Dicit igit ꝙ obiectum eſt cauſa per ſe mouens volũtatem: quia nõ poteſt aliter probari quid eſt cauſa per ſe: niſi quia ea poſita neceſſario ſequitur effectus: & ea remota nullo modo ſequit. Aliter enim non poſſet probari ꝙ ignis eſſet per ſe cauſa agens in comburendo ligna: quia poſſet dici ꝙ ligna comburerent ſeipſa ad p̃ſentiam ignis: vt ignis non poneret eſſe cauſa combuſtionis niſi ſine qua non: quia non poteſt inueniri exemplũ ꝙ aliquo p̃ſente aliud mouet & eo abſente non mouetur, quin ipſum ſit cauſa mouens per ſe. Secunda. Tertia. Quarta. Quinta. Opi. aucto.

p Iſta nobis reſtant pertractanda ordinem: dicendo ꝙ volũtas ſimpliciter & omnino actiua eſt quo ad actum volendi, & nullo modo paſſiua niſi a ſeipſa quo ad actum volendi, ſecundũ ꝙ de potẽtia ducit in actum: & quo ad affectiones gaudii & delectationis & huiuſmodi ab obiecto, vt dictum eſt. Ad arg. principale

Q Qđ ergo arguitur cõtra hoc ad principalem quæſtionem: qđ eſt in potentia aliquid: quia inquantũ hmõi eſt non ens: illud nõ poteſt eſſe cauſa vt ſecundum actum ſit illud: Dicendum ꝙ verum eſt: nullo modo recipiendo ad hoc virtutem ab alio prius q̃ illud facit. Si tamen ad hoc prius recepit virtutem ab alio & eſt impeditum: amoto impedimento bene poteſt illud, vt patet ex prędictis. Et qđ aſſumitur in argumẽto: ꝙ non ens non poteſt eſſe cauſa ſuæ entitatis: dicẽdũ ꝙ verum eſt: dum tñ nullo mõ eſt: quia tale nullam virtutem habet omnino nec a ſe nec ab alio q̃ poſſit ſe de potentia facere in actum. Si tamen actu eſt ſecundum formam ſubſtantialem in ea habendo virtutem primi agentis poſt amotionem impedimenti poteſt ſe ducere in actũ eſſendi aliquid, ad quẽ prius erat in potentia: ſicut & ceſſante omni impedimento ducit ſe in actũ per eandem virtutem ad præſentiã primi mouentis. Sic em̃ generans graue mouet graue: quia ab illo eſt virtus ad mouendum in graui: & graue ſeipſum mouet quia continet virtutem quã ad mouendũ ſe accepit: & ſic mouens ſemper ſe: non ſicut illi dicũt facit ſeipſum in actum nullo alio agente & mouente ipſum: abſq; enim omni alio mouente prius impoſſibile eſt omnino ꝙ aliquid moueat ſeipſum in creaturis: quẽadmodum poteſt aliquid moueri ab alio ſic ꝙ nullo modo moueatur a ſe: quẽadmodum graue per violentiam mouetur ſurſum.

R AD ſecundum qđ illi adducunt: faciens aliquid de potentia in actum ſecundum aliquid, oportet ꝙ prius ſit in actu ſecundum illud: Dicendum ꝙ verum eſt: vel formaliter ſicut calidum eſt in actu prius calidum quando de potentia calido vt de frigido facit calidũ: de quo procedit agumentum: vel virtualiter: quẽadmodum ſol eſt prius calidus quando ſuo radio de potentia calido facit actu calidum. Et ſecundum hunc modum, vt dictum eſt, faciens ſe de potentia in actum ſecundum aliquid, prius eſt actu tale licet alio modo: & ſecundum hunc modum volũtas faciens ſe de potentia volente, actu volentem: prius erat volens virtualiter: ſcilicet habendo vnde ſe potuit facere in actũ voleudi: licet non formaliter qualem ſe facit illa virtute. Ad ſecundã rationẽ opi.

S AD tertium: Si ens in potentia faceret ſe ipſum actu ſecundum aliquid: effectus eſſet dignior cauſa: Dicendum ꝙ verum eſt ſi nec virtute eſſet prius illud. Nunc autem eſt virtute prius illud, & in hoc quia ipſum primum mouens in quo eſt, perfectius licet ſecũdum aliam rationem, habet eſſe ipſe effectus q̃ in eo in quo cauſatur formaliter: quẽadmodum vnũquodq; pfectius habet eẽ in ſua cauſa prima: licet ſecũdum aliam rationem q̃ in ſeipſo ſecundum propriam rationem: quæ enim in ſeipſis non ſunt vita: in deo ſunt vita: vt dicit Auguſtinus ſuper illud Ioã. primo. Qđ factum eſt in ipſo vita erat. & quo ad hoc faciens ſeipſum de potentia in actum: perfectius eſt ſecundum alium actum q̃ ſecundum actũ quẽ facit. pertinet tamen vterq; actus ad integritatem ſuæ perfectionis. Ad tertiam.

AD illa quibus illis videtur inconueniens modus ponendi voluntatem mouere ſeipſam in actum volendi: Primo quo ad hoc ꝙ in ipſa eſt potentiale & actuale vt in graui & leui: & ſecundo quo ad hoc ꝙ aliter periret liberum arbitrium: Aduertendum eſt circa primum ꝙ non ponitur potentiale & actuale in voluntate circa diuerſa re ſicut in graui & leui, vbi totum ponitur potentiale ratione materiæ: & totum actuale ratione formæ: quæ per eſſentiam differunt inter ſe: ſed ſolummodo circa diuerſa ratione: ponendo totam voluntatem eſſe potentiale ratione qua natura eſt ſimpliciter: & actuale ratione qua eſt libera: quæ ſcilicet natura & libertas non differunt ſecũdũ rem i volũtate: Ad improbationes primi.

etſi ſecundum rationem aut intentionem.& propter hoc potentiale & actuale minus diſtant in voluntate q̄ in graui & leui.ſecundū q̄ in Quolibet p̄cedēte declarauimus diſtinguendo diuerſa
Ad primam genera mouentium & motorum. AD primum:q̄ non eſt ita de graui & leui q̄ ſuo actuali mo T
uent ſe per ſe: quia non mouent ſe niſi aliud moueat : & ideo ſe non mouent niſi per accidens:er
go nec voluntas mouet ſe per ſe:Dicendum q̄ motus quandoq̄ dicitur ſtricte pro tranſlatione cor
porali ſucceſſiua habente partem & partem:aliquando large pro tranſlatione ſubita & ſimplice nō
habente partes:aliquādo vero largiſſime pro operatione ſpirituali ab agēte ſpirituali in paſſum ſpi
rituale.Loquendo de motu primo modo:verum eſt q̄ graue & leue non mouētur a ſe niſi per acci
dens.Impellitur enim ab eis cum ſic mouent medium reſiſtens:qđ ſtatim quodam fluxu mouetur
& ſecum defert id qđ ipſum impulit motu vectionis : ac ſi nauis ſeipſa impelleret aquam & aqua
ſuo fluxu motu vectionis ſecum deferret nauem : & ſic mouetur a ſe per accidens : quia impellit
motum per ſe:per cuius motum mouetur per accidēs.Qđ autem ſic mouetur per motum alteri
us q̄ impulſu alterius mouetur:mouetur omnino per accidēs:vt graue ſurſum. Loquēdo autem
de motu ſecundo modo:graue & leue mouentur a ſe per ſe,quia tota mouentur:licet ratione par
tis principaliter:& tota mouent licet ratione partis principaliter:& hoc per virtutē quā habent in
ſe ſibi propriam,licet eam a generante receperint. Vnde ceſſante prohibente vel amoto, ſi non eſ
ſet medium reſiſtens:graue in inſtanti faceret ſe deorſum & leue ſurſum,& hoc per ſe:non per aliđ
extra ſe.Nunc autem q̄ graue deſcendit ſucceſſiue,hoc eſt propter impediens ſua reſiſtentia ne de
ſcendat ſubito,& propter deferēs qđ ab impellente mouetur ſucceſſiue: & ideo ſucceſſiue defert ali
ud. Vbi eſt aduertendum q̄ deferens mouetur per accidens,quia violenter ab impellente ipſum:
& ſimiliter delatum mouetur cum deferente accidentaliter per accidens:quia propter deferens qđ
mouetur per accidens abſolute,& ſic delatum eſt per ſe mouens deferens:& accidentaliter per acci
dens motum & a ſe & a deferente:licet alio modo accidentaliter,Per accidens enim mouetur a de
ferente:quia eſt in ipſo per accidens,A ſe:quia nō niſi per actionem qua ipſum delatum mouet de
ferens.Per ſe enim non moueret a ſe niſi ſubito.Et eſt aduertendum tamen q̄ graue minus per ac
cidens mouet a ſe deorſum:q̄ a violentāte ſurſum:quia a violentante mouetur omnino per acci
dens:ſcilicet & quo ad ſurſum lationem,& quo ad ſucceſſionem in latione,A ſe mouetur deorſum
quoquo modo per ſe:ſcilicet quo ad deſcenſum ſimpliciter:licet quo ad ſucceſſionem in deſcenſum
moueatur a ſe per accidens,vt dictum eſt.Loquendo autem de tertio modo motus:volūtas moue
tur a ſe:& hoc conuerſione quadam ſpirituali ad ſeipſam.ſecundum illam.xvii.propoſitionem Pro
cli.Omne ſeipſum mouens:primo ad ſeipſum eſt conuerſum,& tale vt dicit Commē.non vna par
te mouet & alia mouetur:qđ cōtingit in motu progreſſiuo animalium ſecundum q̄ alias expoſui
mus:qđ non eſt ſimpliciter ſeipſum mouēs:quia ſimpliciter ſe mouens non ſecundum alteram par
tem eſt mouens ſecundum alteram motum:ſed ſecundum totam ſuam ſubſtantiam eſt mouēs &
motum:neq̄ totum mouetur parte:aut mouet:neq̄ econuerſo:quod contingit quodammodo in
graui & leui:totum enim in eis mouetur:ſed parte altera principaliter mouet & ecōuerſo: vt pa
tet ex dictis.Non enim ſecundum totum eſt ipſum motum aut ſeipſo motum: ſed ſecundum par
tem eius:& hanc & illam.Sed tale qđ eſt ſeipſum mouens,primo ſecūdū vnum & idem totum mo
uet & mouetur:& eam quæ eſt ipſius mouere operationem ad ſeipſum habet:& ſic motiuum ſui
ipſi⁹ ad ſeipſum cōuerſum eſt. Vñ quandocūq̄ philoſophi probāt q̄ nihil ſeipm p ſeipſum mouet:
loquuntur de motu in corporalibus proprie dicto,propter qđ dicta ipſorum circa illa non valēt ad
propoſitum circa voluntatem:nec omnino conſimiliter mouet voluntas ſeipſam: & graue aut le
ue:ſed multo verius . Et ſecūdum hoc omnes rationes quas Ariſto,inducit primo de anima con
tra Platonem,q̄ anima eſt ſeipſam mouens:quæ veritatem concludunt in motibus corporalib⁹ pri
mo modo dictis:in motibus autem ſpiritualibus tertio modo dictis nihil omnino concludunt: ſol
uit Macrobius in fine libri ſui ſic dicens.Ariſtoteles animā nō ſolum ex ſe moueri:ſed nec moueri
penitus conatur aſſerere.Plato autem dicit ex ſe moueri animam:non a cauſa quæ intra ſe latet:
vt mouentur animalia & arbores: ſed ita dicit animam ex ſe moueri vt non aliam cauſam vel ex
trinſecus accedentem vel intrinſecus latentem.Anima enim per ſe mouetur:vt ignis per ſe calet
motu eſſentiæ conueniente.Sed Ariſtoteles etiam motuum genera in ipſa quærit:in quibus aliud
eſt qđ mouetur,aliud qđ mouet:cū nihil horum in anima cadere poſſit:in qua nulla diſcretio eſt
Ad ſecūdam mouentis & moti.Motus enim eius eſt q̄ deſiderio rapitur:q̄ cupiditatibus alligatur. AD ſe V
cundū q̄ graue non mouet ratione materię quia motū eſt in actu:Dicendū q̄ differt dicere aliqd

moueri:& ratione cuius aliquid moueri. Verũ em̃ est: ꝙ in graui materia nec est motum nec mutatum per se: sed totum compositum, hoc tñ ratione materiæ: quia nõ inest toti potẽtia ad motũ nisi fundamẽliter ratione materiæ. Qđ aũt assumitur ꝙ est subiectum mot⁹ non principium ei⁹ neꝙ aliquid eius &c. Dicendum ꝙ verum est ratione totius: potest tamen ratione partis: ita tñ ꝙ pars non est principium motus sed totum: vt patet ex dictis iam: & sic totum graue est mouens & totum motum: & multo verius voluntas: vbi non nisi ratione differunt: ratione cuius mouet & ratione cuius mouetur, vt dictum est. AD tertium: ꝙ si voluntas propter potentiale & actuale & simi- Ad tertiam.

X liter graue & leue moueret se: eadem ratione & omne compositũ ex materia & forma: Hoc bñ concedimus motu ꝑ formã substãtialem ad proprietates & proprias operationes suas, vt habitum est

Y supra: licet non semper motu locali. AD quartum: ꝙ nihil mouet se per se: quia realis debet eẽ differentia inter mouens & motum: dicendũ ꝙ non oportet nisi in aliquo modo motus: vt determinauimus in præcedẽte Quolibet. AD quintum: si aliquid per se mouet se: semper mouet se: dicẽdum ꝙ verum est in mouentibus se naturaliter nisi sit impedimentum vel finis motus adeptus: vt patet in graui & leui: non autem in mouentibus se libero arbitrio: qualiter mouet se voluntas, vt iam dicetur. Qđ autem inducunt contra secundum datum pro ratione quare voluntas mouet se, s. quia aliter periret liberum arbitrium: dicendum secundum ꝙ in quæstionibus ordinariis declarauimus: ꝙ differũt libertas & libertas arbitrii. Libertas em̃ est vbicũq; nulla occurrit coactio: licet nõ sit libera electio valens ad oppositum, liberum arbitrium autem non est nisi vbi est contrariorum libera electio, licet enim posse malum non sit libertas arbitrii nec pars eius: tamen non est sine hac: & vtrũq;, s. tam libertas q̃ liberum arbitrium requirit ꝙ motum non moueatur ab alio per coactionẽ.

Z Ad quintam.

Ad improbationes ſcđi.

Per qđ patet ad primum obiectum cõtra hoc cum dicunt, volũtas vult qđ non potest non velle vt

A summum bonum simpliciter: & bonum aliud ad horam quando vult: & tamen nõ nisi libere vult Dicendum ꝙ verum est simpliciter quo ad summum bonum: & etiam pro hora quo ad aliud: volendo, s. cum effectu illud aliud bonum cum isto: quia tunc contraria vellet simul, vt iam amplius declarabitur: si tamen non ponatur sic moueri ab alio a se quin possit contraire. Vnde sciendum est: ꝙ voluntatem ponere moueri ab alio non reputatur inconueniens propter ab alio moueri simpliciter: sed solummodo propter moueri de necessitate ab alio: quæ & libertatem arbitrii tollit. Simpliciter autem necessitate imutabilitatis bene potest moueri a se circa summũ bonũ: ga circa summũ bonũ necessitas imutabilitatis stat cũ libertate: licet non cũ libero arbitrio: ga statim ꝑsente summo bono per apertam visionem non potest voluntas non moueri in illud. Vnde licet de necessitate poneretur moueri simpliciter circa summum bonum: & hoc a se: tamen est incõueniẽs ponere ipsam de necessitate moueri ab alio vel a se circa aliud bonum pro hora: ga a se mouetur de necessitate immutabilitatis circa summum bonum: q̃ non excludit libertatem. Ab alio autem moueri vel a se circa aliud pro hora: de necessitate excludit omnino liberum arbitrium. Intelligo si sic ab alio ponatur moueri vel a se ꝙ in illa motione nihil coagat & non possit contraire. Si tamẽ ponatur coagere, & ꝙ possit contraire ne motio ꝓcedat: nec velit: sicut coagit in omni motu quo mouetur in bonum a gratia: non remouet libertas circa summum bonum: neꝙ etiam liberum arbitriũ circa bonũ aliud. Si ergo ponat hoc modo moueri ab obiecto & intellectu: dicendo ꝙ hoc sit naturæ voluntatis & intellectus: sicut illud est naturæ voluntatis & gratiæ: ita ꝙ non moueat ab alio nisi secundum modum congruentem naturæ suæ: & ꝙ sic volũtas ponatur moueri ab alio: nõ impugnamus: sed potius ꝙ non possit se mouere ex se: & ꝙ solummodo moueat ab alio: cuius motioni nõ possit contraire: etiam pro hora: nec possit mouere ex se sola contra motionem illius: hoc impugnamus. Qđ ergo dicunt ꝙ voluntas simpliciter passiua est ab obiecto & a ratione determi-

B nante actum: non potest stare si sic ab illis intelligatur moueri: vt nihil coagat nec possit cõtraire: quia tunc necessitaret eam, liberum arbitrium & libertatem tollendo: quẽadmodum calor ignis necessitat combustibilia vt comburantur. Aliter autem secundum dictum modum non est nobis inconueniens ipsam moueri ab alio: sed in hoc simpliciter actiua est: non autem passiua nisi secun-

C dum quid. Qđ arguunt: ꝙ obiectum non mouet metaphysice nisi materiam: dicendum ꝙ verum est ꝙ materiam mouet metaphysice: quia non imprimit in materiam: sed secundum eius exigentiam agens imprimit in eam: nihilominus etiam mouet metaphysice agentem: tam in artificialibus q̃ in naturalibus: quia sine illo non mouet quodcunq; agens: licet non motus ab illo: nec est vere mouens aliud q̃ ipse appetitus, primo seipsum ad volendum: deinde materiam vo-

D litam exequendo, nisi iam dicto modo. Q2 dicunt ꝙ nihil est dicta causa sine qua non, quia non est causa nisi agat per se aut per accidens: Dicendum: ꝙ reducitur ad causam

Ad tertiam.

Ad improbationes tertii: primam.

per accidens:non ſicut per accidens calor generat:qa agit in materiam ipſam præparando ad gene rationem: non ſic enim agit obiectum in voluntatem: ſcilicet præparando ipſam ad volendum: niſi iã dicto modo:nec ſicut muſicum ædificat:qa nõ muſicus poſſet ædificare:ſine obiecto autem cognito voluntas nihil poteſt velle:ſed ſicut remouens prohibens priuatiue:quia non poteſt aliqd velle niſi in notitia intellectus præſens ſit ſibi obiectum:qđ nõ cognitum erat abſens. Q2 dicunt ꝙ paſſiua eſt a ratione per determinationem act9: & in libertate eius dimittitur actus exercitium:di cendum ꝙ non determinatur voluntas in ſuo actu volendi:ſic vt neceſſe habeat ipſum exequi:ſed manet in ſuo libero arbitrio de non volendo vel volendo determinatum:ſicut in aliis quæſtionib9 declarauimus. Et ſic ratio ſua determinatione non eſt reſpectu actus volẽdi niſi dicto modo:aut nõ niſi ſicut cauſa ſiue qua nõ,niſi enim ratio oſtenderet obiectum:voluntas nõ poſſet illud velle vel eligere propter aliqua quæ placent : aut refutare propter aliqua quæ diſplicent.& ſic electio & im perium præciſe & formaliter ſunt in volũtate & a voluntate: nec vllo modo in ſe cõcludunt actum rationis:ſed ſupponunt tm̃.& qđ amplius eſt,ſi eligibile determinaret ſuo iudicio & diceret hoc eſ ſe eligendum & imperandum:ſic ꝙ neceſſe haberet voluntas eligere & imperare ſecundum ratio nis iudicium: nondum tamẽ ex hoc in ratione eſſet aliqd electionis aut imperii:ſed ſolum dictamẽ eorũdem:& non eligeret aut imperaret ratio niſi quia voluntati actus iſtos imprimeret:quẽadmo dum lux determinando viſibile:actum viſionis imprimit viſui,non tamen videre eſt operatio ſeu perfectio lucis. Et ꝑterea ratio non magis dictat actus determinationem q̃ exercitium:quia volun tas non vult niſi cognitum:ſi ergo non eſt libera quo ad actus determinationem:nec quo ad exerci tium. Ad cuius intellectum ſciendum eſt:ꝙ libertas arbitrii voluntatis nihil aliud eſt q̃ indifferen tia quædã circa actus voluntatis:q̃ ſunt velle & nolle ſiue non velle.& eſt duplex ſecũdũ ꝙ duplex eſt idifferentia circa actus voluntatis. Quarum vna conſiſtit inter contradictorios actus volunta tis circa idem,ſ.in aliqđ bonũ determinatũ volendo vel nolendo ſiue non volendo.& ſcđm hoc di citur libertas quo ad exercitium actus. Alia vero conſiſtit inter cõtraria ſiue diſparata volita reſpe ctu diuerſoꝝ actuum volendi vel nolẽdi,ſ.in volẽdo hoc vel illud:vel ĩ nolẽdo hoc vel illud.& hęc dicit eẽ libertas quo ad determinationẽ ſiue ſpecificationẽ act9. Quare cũ volũtas nihil põt velle vel nolle niſi cognitũ per intellectum & rationem:ſi nihil oĩno ſit cognitũ:nulla omnino poteſt eſſe li bertas arbitrii voluntatis in effectu:neq̃ quo ad exercitium actus:neq̃ quo ad determinationẽ ei9 Et ſic ſi ratio nihil cognoſcit quia voluntas non agit volendo vel nolendo niſi cognitum:ideo non magis dictat act9 determinationem q̃ exercitium:eo ꝙ neutrum dictat. Si ergo ratio dictat alterũ illorum:hoc nõ eſt niſi cognoſcẽdo aliquid:ſed hoc vel ſimplici intelligentia comprehendendo incõ plexum ſub ratione incomplexi:vel intelligentia collatiua compoſitiua aut diuiſiua,comprehẽden do complexum ſub ratione complexi. Si primo modo:cum in tali comprehenſione ratio non eſt niſi paſſiua:ipſa ſua actione nihil omnino dictat aut determinat ex parte actus voluntatis aut ex parte voliti. Sed ſi determinat aliquid, hoc eſt ipſum obiectum ſiue bonum cognitum: quod per actũ co gnoſcendi ſeipſum ꝓponit voluntati. Sed tale bonum ſic cognitum & ꝓpoſitum voluntati,aut eſt vnum ſolum per ſe cognitum & voluntati propoſitum,aut non:ſed cum alio : quod conſimiliter cognitum eſt a ratione & propoſitum voluntati. Si ſecundo modo:cum vtrunq̃ æqualiter cogni tum ſit & propoſitum voluntati:æqualiter determinationem faciunt:vel non faciunt: vt non ma gis moueat liberum arbitrium voluntatis quo ad actus exercitium in volendo vel nolendo per in differentiam hoc vel illud:q̃ quo ad actus determinationem in volendo vel nolendo potius hoc q̃ illud.& ſic ratio in iſto caſu non magis dictat determinationem actus q̃ eius exercitium,immo æq̃ liter eſt voluntas liberi arbitrii & non liberi arbitrii quo ad actus determinationem & quo ad actus exercitium,& econuerſo. Si vero primo modo cognitum eſt vnum ſolum per ſe ſine altero cogni to:& ſic propoſitum voluntati : tunc cum voluntas non poteſt velle vel nolle niſi cognitum:etſi iſtud cognitum poſſit liberum arbitrium velle vel nolle indifferenter:vt ſic omnino maneat libe rum arbitrium quo ad actus exercitium:nullo modo tamen poteſt velle aut nolle aliud ab hoc,imo ſi aliquid velit aut nolit:oportet ꝙ ſit iſtud & non aliud.vt ſic non omnino maneat liberum ar bitrium quo ad actus determinationem ſiue ſpecificationem. Sed cum illa propoſitio, cognitum ẽ vnum ſolum ſiue tm̃ vnum,continet hanc affirmatiuam:hoc eſt cognitũ:& hanc negatiuam,nul lum aliud ab hoc ẽ cognitũ:quæro an illa determinatio actus circa quã volũtas nõ manet liberi ar bitrii, ſicut manet liberi arbitrii circa exercitium act9, ꝓcedat ab illo qđ rõ cognoſcit vnũ ſolũ pro poſitũ ꝓ hoc volũtati,rõne affirmatiuę,ſ.qa cognoſcit illud vnũ ſic ꝓpoſitum voluntati:an ratione negatiuę,ſ.quia ratio non cognoſcit aliud:nec aliud eſt ꝓpoſitum voluntati. Si primo mõ:vt.ſ.ra-

E

tio dicatur dictare actus determinationem de volendo hoc & non aliud, potius q̃ act⁹ exercitium de volendo hoc vel nolendo: quia hoc est ei cognitum: hoc non potest stare. quoniam si ratio dictaret illud quia hoc est ei cognitum: aut ergo hoc dictat propter illud tanq̃ propter causam p se: aut tanq̃ propter causam per accidẽs. Non tanq̃ propter causam per se: quia cũ illud æqualiter est ei cognitum quando est ei cognitũ & aliud similiter: & qñ est ipm solũ ei cognitũ: æqualiter ergo dictaret actus determinationem hoc modo quando est cognitũ & aliud similiter: sicut & qñ est cognitũ per se solũ, consequens falsum est vt patet ex ꝓsecutione secundi membri. ergo & antecedens. Nec tã q̃ propter causam per accidens: quia tũc ꝓpter aliquid aliud vt propter causam per se, dictaret illã actus determinationem. Illud autem vt dictum est non potest esse alid nisi dicta negatiua. s. ga nõ est ei cognitum aliud: quæ tamen non potest esse illius causa p se: quia illud dictamen quid positiuum est: & pura negatio nunq̃ est per se causa alicuius positiui. Si ergo illa negatiua est causa illi⁹: hoc solũ est per accidens. Qđ non potest stare: quia cum illud dictamen sit positiuum quid: oportet
F habere sui aliã causam per se. Quare cũ hoc est impossibile, vt patet ex dictis, falsum ergo & impossibile est dicere ꝙ cũ ratio cognoscit vnum solum ꝙ dictat actus determinationem potius q̃ exercitium. Immo manet liberum arbitrium voluntatis & quo ad actus determinationem de volendo hoc vel aliud: sicut quo ad exercitiũ act⁹ de volendo vel non volẽdo hoc. Sed ꝙ potest cum effectu velle hoc & nõ potest cũ effectu velle aliud, illius affirmatiuę cã sine qua non, est illa affirmatiua. s. illud cognitũ est a ratione. Istius aũt negatiuę causa est non positiua sed negatiua: quia. s. nõ est alid cognitũ a ratione: qđ est causa eius ꝙ non potest velle cum effectu aliud, sicut impedimentum prębẽs. Quo qdẽ impedimẽto ignorãtię siue nescientię aut non cognitionis remoto p illud positiuũ qđ est cognitio causa alterius a ratione, iã liberũ arbitriũ põt cũ effectu velle aut nolle non solum illd sed etiã aliud ab illo. qđ & pri⁹ liberũ arbitriũ velle aut nolle potuit sed nõ cũ effectu. & hoc nõ nisi propter dictum impedimẽtũ eius negatiuum: non aũt propter aliquod dictamen rationis: quo po-
G tius dictat act⁹ determinationem q̃ exercitium. Si vero ratio cõprehendẽs intelligentia collatiua compositiua aut diuisiua dicatur potius dictare vnum illorum q̃ alterum: hoc similiter nõ potest stare. quoniam sicut talis ratio ex iudicio potest dictare ꝙ hoc est volendũ & non aliud: siue vno cognito siue pluribus: & hoc quo ad actus determinationem: sic potest dictare ꝙ volũtas debeat hoc cognitum velle & non nolle aut econtrario: & hoc quo ad exercitium actus. Et præterea dictando ꝙ hoc est volendum & non aliud: simul quo dictatur ꝙ est volendũ, dictat ꝙ non est nolendũ: quia qui vnũ oppositorum affirmat, negat reliquum. Et sic nullo modo ratio magis dictat act⁹ determinationem q̃ executionem, propter qđ neutrũ sic dictat quin maneat omnino liberum arbitrium in voluntate & quo ad actus determinationem, sicut & quo ad exercitiũ circa aliud a summo bono viso. & circa summũ bonum visum sicut non manet liberũ arbitrium in voluntate quo ad actus determinationẽ: sic nec quo ad actus exercitium: sed libertas pura quo ad vtrũq;. Vnde si exponeretur ille articulus dãnatus: Qz voluntas passiua est & non actiua, error: sic: verũ est quo ad exercitium actus sequentis: nõ autem quo ad determinationem actus prędcedentis: non est sustinendum. Qz em̃ ille articulus intelligat quo ad actus p̃cedẽtis determinationẽ, manifeste explicat ali⁹ articulus q dicit sic: ꝙ volũtas de necessitate mouet ab appetibili cessantib⁹ impedimentis, error, q̃ motio non pertinet nisi ad actus primi determinationem secũdũ illos. qui articulus sic exponeret, dicendo ꝙ verũ est simpliciter circa obiectum qđ non habet omnẽ rationẽ boni: ga videlicet prius potuit id velle & nõ velle & postmodũ silr esse circa aliud: sed nõ p hora qñ vult: tunc em̃ de necessitate mouet ab appetibili. Vnde solũ vult de necessitate quando determinat ab intellectu siue simpliciter siue pro hora. Sed quæro: aut intẽdit istud p illa hora ratione illi⁹ reduplicatiõis: aut simpliciter ra-
H tione actionis obiecti in volũtatem in illa hora absq; reduplicatione. Si primo modo: illud non est mirabile: quia nulla actio est ita contingens quin per talem reduplicationem habeat necessitatem circa subiectum: modo qui iam dicetur. Sortes enim quando currit: necessario currit. & sic nihil ẽ illud ad propositum. Si secundo modo: quæro an illa hora qua determinatur ab intellectu, de necessitate moueatur ab obiecto vt velit: & sic necessario vult pro illa hora absq; reduplicatione: q̃is non simpliciter & necessario vult, quia potuit prius impedimentum fuisse ne voluisset: & postea poterit cadere ab illa voluntate. Si dicas ꝙ nõ: ergo nullo mõ volũtas de necessitate mouet ab appetibili sicut nec p alia hora: sic nec pro illa: & sic habet libertatẽ arbitrii. q̃ libertate arbitrii nõ solũ libere vult qđ p illa hora vult: sed etiã libero arbitrio vult sic ꝙ possit p hora velle oppositũ: licet non ponẽdo illud in effectu cũ primo: ga cõtraria sil' vellet. Et sic dicere ꝙ volũtas moueat ab intellectu sicut & agens modo iam dicto: ita ꝙ pro hora non possit velle contrarium cum effectu ex causa iã

dicta:non tamen ꝙ pro illa hora moueatur de neceſſitate vt velit:neq; a ſe neq; ab alio:nullum eſt inconueniens:quia eadem libertate ponitur moueri a ſe ſola:ſicut & a ſe cum alio mouente ſecum: vt patet ex prædictis.Et hoc eſt contra illorum intentionem in illa expoſitione.Intendunt em̃ ꝙ voluntas illa hora neceſſario vult qđ vult:qđ dãnat articulus. non dico quando vult:qđ nõ damnat. Nullus enim eſt ita fatuus ꝙ credat ꝙ a tali obiecto moueat de neceſſitate pro illa hora.ergo hoc non intendit articulus damnare:ſed aliud.ſ.ꝙ de neceſſitate mouetur illa hora propter intellectus determinationem:ſic ꝙ non poſſit motui reſiſtere:quæ eſt neceſſitas coactionis.Aut forte cum hoc damnat ꝙ pro hora moueatur a ſe neceſſitate immutabilitatis.qm̃ nec pro hora i alio bono a ſummo inuenit boni plenitudinem vt neceſſario ſe in illud tranſferat:ſed libero arbitrio tm̃.qđ magis credo eſſe verum. Adhuc amplius declarat tertius articulus qui dicit ſic.Manente ſcientia particulari in actu & paſſione, ꝙ voluntas non poſſit vẽlle ſiue agere oppoſitum: error.Sed ſi exponeretur articulus iſte per hoc ꝙ iſta conceditur a magiſtris: non eſt malitia in voluntate niſi ſit neſciẽtia ſiue error in intellectu:quia loquũtur de ſimultate temporis:non autem de cauſalitate:qa ſimul tempore eſt deordinatio in vtroq;:ſiue ab intellectu cauſetur in voluntate ſiue ecõuerſo:nun q̃ poteſt eſſe in vno quin ſimul ſit in altero:ſi illa propoſitio magiſtrorum ſit vera.Sed habẽdo aſpectũ ad cauſalitatẽ:ſi diceret ꝙ volũtas nõ põt velle niſi cognitũ: & ſicut eſt cognitio in generali,& velle cognitũ in gñali:& ſicut ẽ cognitio i ſpeciali & velle i ſpeciali:& ſi ẽ error i intellectu i gñali: & in generali eſt in volũtate:& ſi in ſpeciali:& in ſpeciali:vt ſemp priꝰ cauſalitate ponat error in ratione:& cauſalitas erroris ſemper magis attribuatur rationi q̃ voluntati:ſimul ſimiliter neceſſario ſunt error in ratione & in voluntate.Et dicere ꝙ hoc ſequeretur ſi illud poneretur,in hoc non eſt error.Q2 tamen voluntas non poſſit in contrarium pro alio tempore,error eſt : ſicut ſedens dum ſedet non poteſt ambulare ſed poſtea. Sicut enim ſciens pro nunc quo eſt ſciens non poteſt errare: poſtea autem poteſt: ſimiliter manente ſcientia in actu & paſſione pro illa hora voluntas non poteſt velle oppoſitum:poſtmodum autem poteſt.Vnde ꝙ iſta:ſedens manẽs ſedẽs:ſiue ſedẽs dum ſedet non poteſt ambulare, non eſt diſtinguenda:ſed eſt falſa:et in ſenſu compoſito: eſt quia fruſtra adderetur illa determinatio manens ſedens:licet quantum eſt ex natura rei bene poſſet diſtingui. Sed illa eſt diſtinguenda:ſedẽs non poteſt ambulare,ſecundum vſum philoſophorum.Similiter & illa:ſedẽs manẽs ſedens,ſiue ſedens dum ſedet poteſt ambulare:quãtum eſt ex natura rei diſtingui poſſet,licet non ſit conſuetum:ne fruſtra videretur additũ ly manẽs ſedẽs:vel ly dũ ſedet. Vnde ſicut iſtæ ſe conſequuntur:ſi ignis eſt:calidus eſt:& econuerſo:ſimiliter ſi ſcientia eſt recta,& voluntas.dico neceſſitate conſequentiæ ſed non cõſequẽtis.Dico ſi illa propoſitio magiſtralis ſit vera:nõ eſt malitia in voluntate niſi ſit error in ratione.Ecce ꝙ innuit diſtinctio illius:ſciens manens ſciens non poteſt velle ſiue agere oppoſitum:qa poteſt eſſe compoſita vel diuiſa:& ſi compoſita ſit eſt vera ſub conditione tamẽ ſi illa eſt vera, non eſt malitia in voluntate niſi ſit error in ratione:quia ſi ſic, iſta:ſi ſcientia eſt recta:volũtas eſt recta:eſt neceſſaria neceſſitate cõſequẽtiæ: quia neceſſario ſimul ſunt:licet non neceſſitate conſequentis, Licet enim ſcientia ſit recta : non tamen neceſſitate conſequentis voluntas de neceſſitate eſt recta : quia ſic in nullo tempore vlteriore poſſet eſſe non recta:quod falſum eſt.Si vero illa, ſciens manens & cætera ſit diuiſa,dicitur ꝙ eſt falſa:quia ſic in nullo tempore vlteriore poſſet velle oppoſitum.Et ſic ſecundum huiuſmodi expoſitionem expone articulum dictum errorẽ eſſe ꝑ ſenſu diuiſo & pro neceſſitate conſequẽtis:ſub hoc ſenſu.manente ſciẽtia in actu & paſſione:neceſſarium eſt volũtatem non poſſe velle oppoſitum:errorẽ.quia non ẽ illud cõſequẽs neceſſarium:quia tũc ꝑ nullo tẽpore alio poſſet velle oppoſitũ:qđ aperte erroneum eſt,& de quo nullus dubitat.Pro ſenſu autem compoſito,& pro neceſſitate cõſequẽtię ſecũdum dictam expoſitionem exponitur articulum illum non eſſe erroneum ſub hoc ſenſu.manẽte ſciẽtia & paſſione in actu:neceſſario ſequitur voluntatem non poſſe pro eodem tẽpore vel hora velle oppoſitum:& ꝙ hoc non ſit error.cõſequẽtia em̃ eſt neceſſaria eo ꝙ neceſſario ſimul ſunt error & directio in vtroq;:& non eſſent neceſſario ſimul pro hora illa ſi non ſequereť.An autem poſſit cõcedi hoc totum & quõ:patebit in determinatione habenda in ſequenti quæſtione.Si tñ nõ ponat cauſalitas ex parte rationis:quia volũtatis malitiã neceſſario ſequitur error in ratione communiter dictus:etiã ſi nõ cauſatur a ratione in volũtate:ſed ecõuerſo:ſi tamen illa ſit vera:non eſt malitia in voluntate niſi ſit error in ratione.ſup quã fundat ſe iſta expoſitio:qa aliter nõ poſſent iſta ſimul ſtare & eſſe ſil' vera,articulus ille & ꝓpoſitio magiſtroꝝ.Sed ponẽdo cauſalitatẽ ſemp in rõne,oĩno cõtrariat articulo.Propterea em̃ dãnatꝰ ẽ ille articulus:qa ſic daret rõni ꝙ ſic ꝑ hora neceſſitaret & determinaret volũtatẽ:vt ad errorẽ vniꝰ ſequereť error alteriꝰ,Per hoc em̃ in tali actu volẽdi tollit libertas

liberi arbitrii in eo ꝙ non potest contraire. Sed non sic posuit dicta opinio causalitatem in ratione: sed solũmõ dixit ꝙ si ita poneretur: sic sequeret: & sic vt dictũ est, deberet articulus exponi. Et qđ amplius est, si causalitas motionis voluntatis ponat in ratione mouente cum voluntate: sic tamen ꝙ non moueat nisi secundum modum congruentem suæ naturæ: quẽadmodũ dictum est de motione gratiæ: nullo modo necessitaret voluntatem, nec cõtrariaret articulo. Ad illđ quo arguitur obiectũ voluntatis in eo ꝙ voluntas mouet seipsam, non esse causam sine qua nõ: ga non est causa per accidẽs: vt albedo in ædificando: Bene verum ẽ: ga illa nihil agit per se omnino: causa autem quæ proprie dicitur sine qua nõ: semper aliquid agit p se vt iã dicetur. Similiter ꝙ neq; est causa p accidẽs quæ agit, quo facto aliud exit in actum suum: dico ꝙ imo, ad modũ enim quo posq̃ scamonea expulit choleram q̃ impediuit virtutẽ naturæ ne posset infrigidare: statim virtus naturæ infrigidat: obiectum posq̃ per se mouerit intellectum ad actum cognoscendi: & p hoc expulerit ignorantiam quæ impediuit voluntatem ne posset velle aliud obiectum: statim voluntas libere põt vel

L le. SED arguit contra hoc: ꝙ. s. obiectum non agit sicut scamonea: quia nihil potest facere aliquid quo facto aliqd potest mouere seipsum: qa aliqd p se mouere seipsum, est p se impossibile: & nihil potest facere aliquid quo facto aliud agat aliquid qđ est impossibile agere: sed aliquid bene potest facere aliquid quo facto aliquid potest mouere aliquid aliud a se: qđ est per se possibile: sicut contingit in ꝓposito, quãdo virtus naturę infrigidat expulsa cholera per scamoneam, virtus em̃ naturę non agit mouendo seipsam: neq; partem in qua ẽ: sed existẽs in vna parte puta in corde, mouet ad infrigidandum partem proximam. & sic scamonea non facit aliquid quo facto virtus naturæ moueat seipsam vel id in quo est. Vnde (vt dicit) exemplũ de scamonea directe est contra illos qui ipsum adducunt pro se. Dico ad hęc: ꝙ vt dictum est, obiectũ omnino agit sicut scamonea: quia sicut scamonea nihil agit nisi expellere choleram a membro: sic nihil agit obiectum nisi expellere ignorãtiã ab intellectu, sicut em̃ obiectum nullam vim ad mouendum se dat voluntati quando ab intellectu expellit ignorantiam: sic scamonea nullam vim ad mouendum dat virtuti naturæ quando a membro expellit cholerã & econuerso. Sed sicut scamonea expellente cholerã præcise, exposita est virt9 naturæ potestati suæ naturali ad mouendum aliquid secundum exigentiam naturæ suæ absq; oi impedimento: sic obiecto expellente ignorantiam ab intellectu præcise, exposita est vis voluntatis potestati suæ naturali absq; omni impedimento ad mouendum aliquid secundum exigentiam suæ naturæ. nec vlterius hic intelligitur aliquid facere obiectum in intellectu: sicut nec ibi scamonea. Aliter enim non essent causę sine q̃ nõ: sed ꝓpter quã sic. Et ideo sicut ibi expulsa cholera a membro potest virtus naturæ membrum infrigidare aliud a se: eo ꝙ hoc pertinet ad potentiam naturalem eius, quã nullatenus dat ei scamonea: ad quã potẽtiã virtutis naturæ ga corporalis est: nullo modo pertinet mouere seipsam vel id in quo est: sed solũmodo aliquid aliud: sic hic expulsa ignorantia ab intellectu, potest voluntas seipsam mouere: eo ꝙ hoc pertinet ad potentiam naturalem eius: quã cõsimiliter nullaten9 dat ei obiectũ. Ad quã potentiã voluntatis quia spiritualis est & libera: nullo modo pertinet motu spirituali qui est operatio & perfectio entis in actu secundum ꝙ est in actu, moueri ab alio a se necessitante ipsam: & qđ ampli9 est: nõ potest voluntas mouere aliud a se siue spiritualiter siue corporaliter priusq̃ seipsam moueat primo spiritualiter: quẽadmodum lux nullo modo illuminat aliud: nisi primo in seipa luceat: neq; quodcunq; agens spirituale agit aliquid in alio priusq̃ agat suam propriam operationem in seipso, dicente Proclo. cxxxi. propositione. Omnis deus a seipso propriam operationem orditur. Commen. Proprietatem enim eius quæ in

M secundo, in seipso primo intendit. Cũ igitur assumit ꝙ obiectum nõ agit sicut scamonea: quia nihil potest facere aliquid quo facto aliquid potest mouere seipsum: Dicendum ꝙ verum est, si illam potentiam mouendi seipsum non haberet naturaliter a se: & esset omnino impossibile voluntatem habere illam: sicut supponit in argumento. Si tamen illam habet a se naturaliter: & est impedita ab executione eius in opus, bene potest remouens prohibens aliquid facere quo facto potest mouere se ipsum: qđ prius non potuit: non quia illam potentiam non habuit: sed quia impedita fuit. Cõsimiliter omnino in exemplo de scamonea, sicut enim obiectum non potest facere aliquid quo facto voluntas potest mouere seipsam: quia non potest ei dare hanc potentiam: eo ꝙ solum potest expellere prohibens: sed illam virtutem naturaliter habet ex se: & ideo expulso ꝓhibente mouet seipsam: & sic facit obiectum aliquid quo facto voluntas põt potestate quã prius habuit sed impeditam; & modo habet, sed solutã: mouere seipsam: sic nec scamonea põt facere aliqd quo facto virt9 naturæ põt infrigidare partẽ sibi ꝓximã: ga nõ põt ei dare hãc potẽtiã: eo ꝙ solũ põt expellere prohibẽs, sed illã virtutẽ habet naturaliter ex se: & ideo expulso prohibente infrigidat partem sibi proximam. & sic

Ad secũdam tertii.

facit cõſimiliter ſcamonea aliqd,quo facto virtus naturæ põt poteſtate quã habuit prí⁹,ſed impedi tam:& modo habet,ſed ſolutam,mouere aliud a ſe.Et ſic plane exemplum de ſcamonea eſt pro me ſecundum modum iã dictũ quo ipſum alibi induxi: ſed incomplete intellectũ ab illo qui ipſum niſus eſt retorquere contra me.Vnde cũ dicit ꝙ nihil poteſt facere aliqd quo facto aliqd põt mouere ſeipſum:quia aliquid p ſe mouere ſeipſum eſt p ſe impoſſibile:manifeſte petit illd qđ debet ꝓbare.ſ.

Ad tertiam tertii. ꝙ aliquid mouere ſeipſum eſt per ſe impoſſibile. AD ſecũdũ:Si obiectũ non aliter agit q̃ mouendo intellectũ:quo facto volũtas mouet ſe:eadẽ ratione poſſet dici ꝙ appetitus bruti eſſet actiuus & moueret ſe:quia mouet ſenſu prius moto ab obiecto ſenſibili,& non aliter:Dico ſcdm ꝓdicta ꝙ reuera obiectum non aliter agit q̃ mouendo intellectũ:& p hoc expellẽdo tenebras ignorãtiæ ab intellectu:quo facto volũtas mouet ſe:quia hoc habet a natura ſua non ab obiecto,niſi ſecundum modum congruentẽ naturæ ſuæ ꝓtactum:nec a ꝓhibẽtis expulſione:licet a ꝓhibẽtis expulſiõe habeat ꝙ libere poſſit in actũ ſuę potẽtię mouẽdo ſe:qđ prius nõ potuit ꝓpter impedimẽti ꝓſentiã.Sed nõ eadẽ ratione põt dici ꝙ appetitus bruti eſſet actiuus in mouẽdo ſe:quia non mouet niſi ſenſu prius moto a ſenſibili,qm̃ appetit⁹ bruti ꝙ moueat ſcdm actũ:hoc nõ habet a natura ſua etiã poſt ſenſum niſi prius fuerit motus a virtute naturę ſecundũ paſſiones qualitatũ ſenſibiliũ.Et ideo licet nõ poteſt moueri niſi ſenſu prius moto a ſenſibili:cũ hoc tñ qñ ſenſus mot⁹ eſt a ſenſibili,bñ reqrit aliud mouens:& ſic non eſt omnino ſimile:nec põt ille dicere ꝙ illud eſt oĩo ſimile niſi petat & ſupponat

Ad quartam tertii. quod debet ꝓbare. AD tertiũ qđ dicit ꝙ obiectũ eſt per ſe cã mouens voluntatem : quia aliter nõ poſſet ꝓbari cã mouẽs p ſe niſi quia ea poſita ponit effectus:& ea non poſita non ponit:vt patet in igne & ligni combuſtiõe:Dicẽdũ ꝙ verum eſt vbi nullum reſtat impedimẽtũ amouendũ: vt cõtingit in veris motibus corpalib⁹: q ſunt actus imperfecti ſcdm ꝙ impfectum: vbi corporale mouens corporalẽ motũ mouet p cõtactũ abſq; oĩs ipedimẽti amotiõe.Propter qđ neceſſario ſequit ꝙ ſi tali ſic poſito ponit effect⁹:& ipo remoto remouet effect⁹:hoc eſt cã effect⁹ p ſe.In motib⁹ vero q ꝓprie ſunt opationes & pfectiões,& iõ act⁹ pfecti ſcdm ꝙ pfectũ eſt:quẽadmodũ lucere ẽ ꝓprie act⁹ lucis qbus mouẽs ſemp ſe mouet niſi ſit ipedimẽtũ,& in quibus põt interuenire ipedimẽtũ:nõ eſt verũ ſi tali poſito ponit effectus & eo remoto remouet: ꝙ ſit cauſa effectus per ſe.Illud em̃ qđ eſt remouẽs ꝓhibẽs eſt tale.Vnde lux ſi poſſet impediri ne luceret: amoto impedimẽto p ſe exit in actũ lucẽdi abſq; omni alio mouẽte.& tñ poſito remouente ꝓhibens ponit effectus lucẽdi:& eo non poſito non ponit:licet nõ ſit cã per ſe.Vñ & ignis ligna q̃ tãgit nõ cõburit ſi ipedimẽtũ ſit in lignis,niſi pcedẽte actiõe ei⁹ qđ remouet ꝓhibẽs:quo nõ poſito nec ipedimẽto remoto nõ cõburit:eo aũt poſito & ipedimẽto remoto,ſtatim cõburit.& ſic nõ ꝓbat p hoc aliqd eẽ cã p ſe ꝙ ſimplicit eo poſito ponit effect⁹,& nõ poſito nõ ponit:ſed ꝙ ceſſante ipedimẽto eo poſito ponit effect⁹, & nõ poſito nõ ponit.Et ſic ꝓbat ꝙ ignis eſt p ſe cã cõburẽs ligna:qa ceſſante ipedimẽto anteq̃ tãgit ligna,cũ tãgit cõburit & prius nõ cõburit.Sic ẽt ꝓbat ꝙ volũtas ẽ cã p ſe mouẽdi ſeipſam:qa ceſſante ipedimẽto ignorãtiæ priuſq̃ velit,p hoc ꝙ obiectũ eſt ꝓſens in cognitione libere põt illud velle vel non velle.

Ad quintam tertii. Et ſic multo eſſentialius volũtas p ſe põt in mouẽdo ſe motu volẽdi qui eſt eius opatio propria:q̃ graue p ſe inclinat deorſum:quę inclinatio eſt ei accidẽtalis,eo ꝙ eſt extra locum ꝓprium. Qđ autẽ adiungit in fine ꝙ exẽplum inueniri nõ poteſt ꝙ aliquo ꝓſente aliquid mouet,& eo abſente nõ mouet qn illud ſit ei cã mouẽs p ſe:dicendũ ꝙ falſum eſt:quia exemplũ habet in oĩbus in qb⁹ agẽs coniunctum eſt patienti & patit aliquod impedimentũ:quẽadmodũ cõtingit in ſcamonea & virtute naturæ.Si vero nullũ patiat impedimẽtũ:non eſt inſtantia qn illud ſit cauſa p ſe quo poſito ponit effectus:& quo non poſito non ponit.Sed hoc differenter in agente naturaliter, & in agẽte voluntarie:quia in agente naturaliter amoto impedimẽto effectus neceſſario ponit agente per ſe conIuncto patienti.In agente autem voluntarie,nequaq̃.Propter qđ voluntas dñanter agit in volẽdo natura vero ſeruiliter:puta ignis in comburendo:qđ nullo modo poteſt applicari ad motus ſpũales qui equiuoce ſunt motus cum illis.

Quæſtio.x. SEquuntur quæſita quæ pertinẽt ad creaturam,quę eſt homo, ſpecialiter.Vbi q̃rebantur quædam pertinẽtia ad omnes homines generaliter:vt de quibuſdam potẽtiis animæ: & quædam pertinẽtia ad quædã genera hominum ſpecialiter.

Quæſtio.xi. CIRca primum quærebat vnum pertinẽs cõiter ad vires intellectiuas & ſenſitiuas:vtrũ,ſ.appetitus ſenſitiuus poteſt mouere volũtatẽ ad cõſentiẽdũ alicui: nulla de hoc exiſtẽte notitia in intellectu:& vnum pertinẽs ſpecialiter ad intel-

Quæſtio.xii. lectum:vtrum,ſ,poſſibile ſit homini ꝙ aſſentiat propoſitioni cuius contrarium apparet ſibi per rationem:& vnum pertinẽs ſpecialiter ad voluntatem:videlicet vtrum amicitia ſit virtus.Deinde q̃

rebantur q̃dã alia ptinentia cõiter ad intellectũ & voluntatẽ. CIRca primũ arguit̃ ꝙ appetit⁹ ſenſi tiu⁹ nõ põt mouere voluntatẽ ad cõſentiẽdũ alicui de quo nullã hẽt notitiã in intellectu: quia ordinem naturalẽ habent inter ſe cognitiua intellectiua,& appetitiua,quia appetitiua ſua actiõe neceſſario ſequitur cognitiuã,non præcedente ergo notitia cognitiuæ intellectiuæ de aliquo appetibili,ꝓ illã appetitiua ſenſitiua nullo mõ põt mouere volũtatẽ,ergo &c. CONtra,ſi cognitiua itellectiua apprehendit motum appetitus ſenſitiui prius q̃ ſenſitiuus mouet intellectiuũ, tũc appetit⁹ intellectiuus ſiue voluntas non mouet̃ ab appetibili ſenſitiuo niſi rõ prius obũbretur errore,& nõ inficitur voluntas per malitiã,niſi prius obũbret̃ intellectus per errorem. Si oportet illã notitiam ĩ intellectu p̃cedere:ergo oportet pri⁹ intellectũ obũbrari per errorẽ,q̃ appetit⁹ ſenſitiu⁹ moueat voluntatẽ,qđ falſum eſt vt videtur,ergo &c. DIcẽdũ ad hoc ꝙ notitia ĩ intellectu de motu exiſtẽte in appetitu ſenſibili contingit dupliciter. Vno modo ſimplr quaſi notitia ſpeculatiua,cognoſcẽdo id quod eſt motiuũ in appetitu ſenſitiuo, & motum ac modum motus. Alio modo cognoſcendo eadem quaſi practice eis aſſentiendo & approbando. Si quidem neutro modo notitia appetitus ſenſitiui ſit in intellectu,q̃q̃ ſit in ſenſu, nullo modo appetitus ſenſitiuus poteſt mouere voluntatem ad conſentiendum illi,quoniam voluntas vt dictum eſt non poteſt ferri in bonum niſi cognitum, & qa nõ eſt virtus organica nõ fertur in bonum ſub ratione qua particulare eſt primo,& ſub cõditionibus materiæ & boni vt nũc,ſed ſub ratione vniuerſalis & boni ſimpliciter abſtracti a conditionibus particularibus. Bonum autem mouens appetitum ſenſitiuum inquantum hmõi, & etiã ſenſum, habet rationem particularis boni:rationem autem vniuerſalis & boni ſimpliciter non habet niſi per abſtractionem ĩ notitia intellectus. Et ideo niſi notitia intellectualis præcedat de eo qđ mouet,& modo motus in appetitu ſenſitiuo,non põt ab illo moueri voluntas. Si vero nõ ſit de appetitu ſenſitiuo notitia in intellectu ſecundo modo:ſed primo tm̃: in hoc credo conſiſtere,q̃ſtionis difficultatem:vtrum,ſ.appetitus ſenſitiuus poteſt mouere voluntatem ad cõſentiendum illi motui,& appetendũ illud de quo ipſa mouetur,de quo tñ intellectus nullam habet notitiam aſſenſus aut approbationis,ſed ſpeculationis tm̃,vt ꝑm hoc in tali notitia nullus ſit error p̃cedẽs circa iudicium rationis ipſam malitiam voluntatis. Qđ non eſt aliud q̃ quærere,an poſſit eſſe malitia per appetitum in voluntate ab appetitu ſenſitiuo trahente & alliciente, nullo præcedente errore in ratione circa illud quod appetit ſenſitiuus appetitus,& hoc ſiue error rationis ponatur eſſe per ſe cauſa propter quam fit malitia in appetitu voluntatis,ſiue ſaltem cauſa ſine qua nõ. ET eſt dicendum ꝙ ſecundũ ꝙ dicit articulus tertius tactus in quæſtione præcedenti,ſtante ratione recta,& in vniuerſali & in particulari pro hora in qua ſtat poteſt voluntas ei contrariari, & per appetitum generari malitia in voluntate,vt ſciens manens ſciens & perſeuerans in ſua ſcientia poſſit contra ſcientiam ſuam agere. Vnde ſuper illud pſal. cxxii. Forſitan viuos abſorbuiſſet nos,dicit Auguſt. in originali. Hi ſunt qui viui ſorbentur qui ſciunt malum eſſe & conſentiunt, conſentiunt & viuunt ſcilicet ſciendo malum in quod manentes ſcioli incidunt voluntarie. Sed completa malitia: tunc primo perfecte moriuntur opinando contrarium eius quod prius ſciuerunt,propter quod ſubdit continuo Auguſtinus dicens. Abſorpti moriuntur. Vnde Auguſtinus loquens de eodem,ſuper illud pſal. lxviii. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum,quærit ſic. Quid eſt viuos? cõſentiẽtes & ſcientes, quia cõſentire non debeamus,ecce norunt muſcipulam & pedem mittũt:tãtũ valet animi præſumptio, vt & coram ipſis muſcipula ſit, & incidant in eam. Muſcipula ſiue laqueus peccatum eſt ſiue malitia in voluntate: eſca in laqueo lucrum aliquod, vel delectationis vel alterius alicuius expetitio. Tunc autem eſt coram ipſis muſcipula quando peccatum notum & cognitum eſt in intelligentia. Vnde ſuper illud pſal. cxxxix. Non tradas me domine a deſiderio viro peccatori,dicit Auguſtinus. Tu deſiderio tuo facis locum diabolo,ecce diabolus propoſuit lucrum & inuitat ad fraudem. lucrum habere non poteris niſi fraudem feceris,ſed lucrum eſca eſt,fraus laqueus. Sic attendas ad eſcam vt videas laqueum. Fraudem enim ſi feceris, capieris. Frena deſiderium, & non cades in laqueum. Si autem vicerit te deſiderium eſcæ, mittet tibi collum in laqueum & capiet te auceps animarum. Sic ergo ſtante ratione recta pro hora in qua ſtat poteſt voluntas ei contrariari,& generari prius malitia in voluntate q̃ error proprie dictus generetur,ita ꝙ nullo modo p̃cedat,neq; vt cauſa propter quam ſic,neq; vt cauſa ſine qua non. Qđ ꝑculdubio intendebat tertius articulus errone⁹ tactus in fine præcedentis q̃ſtionis. Sed iſta malitia ſiue fuerit peccati mortalis,ſiue venialis, neceſſario eſt ſtatim cauſa erroris aliqualis ſiue obſcurationis in ratione. Vnde ſuper illud Pſal. ii. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, dicit Auguſtinus ſic. Ira dei ipſa eſt mentis obſcuratio quæ conſequitur eos qui legem dei tranſgrediuntur. Vnde poſtq̃ di-

Arg. pri.

In oppoſitũ.

Reſolu.o

xiſſet Dauid propheta. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, continuo adiecit. Obſcurentur oculi eorũ ne videãt, ita clare ſicut prius ſuo facto. quia iã amplius & liberius: cũ dixiſſet propheta Obſcurentur oculi eorũ ne videant, continuo adiecit. Et dorſum eorum ſemp incurua. vbi dicit Auguſtinus. Hoc conſequens eſt, nam quorum fuerunt oculi obſcurati ne videãt: ſequitur vt dorſum eorum incuruetur: cum autem dorſum volũtatis ſic fuerit incuruatum: tunc demum amplíore ira dei, oculus rationis obſcuratus omnino excæcatur. Propter quod ſequitur continuo in propheta. Effunde ſup eos irã tuã, vbi dicit Auguſtinus. Nã cæcitas occulta vidicta eſt. Vt em̃ dicit idem ſuper pſal. decimumtertiũ: Corrupti ſunt & abomina. f. ſunt in affectionibus ſuis: ipſæ ſunt affectiones quæ corrumpunt animam: & ſic excęcant, & corrumpunt, vt credat oppoſitũ principii eſſe verum. Cumq; anima ſic oculo intellectus fuerit excæcata: tunc in voluntate cumulantur peccata ſuper peccata. Vnde poſtq̃ dixit propheta. Effunde ſuper eos irã. t. addit paucis interpoſitis. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorum. Auguſtinus. Non vulnerando, ſed ſinendo. & tunc demũ in volũtate fiunt obſtinati ne reuertant ad bonũ. Propter qđ ſequit continue. Et non intrent in iuſt. t. deleant de libro viuentiũ. Et per hunc modũ in gyrũ malitiã voluntatis ſequitur error rõnis p obſcurationẽ: & ecõuerſo errorẽ rõnis maior malitia volũtatis, & illã maior obſcuratio: & ſic gradatim quouſq; ad plenã rationis excæcationẽ, ſequatur voluntatis perfecta obſtinatio. ſic tamen q̃ ſemper cauſalitas incipit a malitia voluntatis: contra illud qđ dicunt quidam, vt habitum eſt in fine præcedentis quæſtionis: qui prophetiam ſequuntur Ariſto. in hoc in ſeptimo ethicorum, dimittentes doctrinam clauſam in libris ſacris, & a ſanctis expoſitam, vt patet ex dictis. Ex qbus etiam aduertendum: q̃ licet error rationis & malitia voluntatis ſemper ſimul ſint tempore ſiue duratione, vt dicit illa propoſitio a magiſtris conceſſa: Non eſt malitia in voluntate niſi ſit error in ratione: ex qua ſequit illa: Si ratio eſt recta & voluntas eſt recta: ſemper tamen natura & cauſalitate præcedit malitia voluntatis, puta ſi primo fuit malitia voluntatis ī a, inſtanti ſiue venialis, ſiue mortalis, & toto tempore præcedenti potuit præceſſiſſe rectitudo & plena claritas rationis de contrario eius quod voluntas elegit: ſed ſimul cum generata eſt malitia voluntatis in a, in eodem inſtanti declinata eſt ratio a ſua rectitudine & a ſua claritate obſcurata: veruntamen natura prius eſt malitia in volũtate gñata q̃ ratio ſic eſt declinata: vt ſecundum intellectum illud inſtans quod eſt a, oporteat diuidere in duo ſigna ſecundum prius & poſterius ſecundum naturam, & in priore ſigno malitia voluntatis eſt generata ſtãte adhuc rectitudine rationis abſq; omni obſcuratione vitioſa tracta a voluntate. In poſteriore vero ratio declinata eſt per aliqualem obſcurationem vitioſam. Et eſt aduertendum: q̃ ſicut ſecundum prædicta voluntas non q̃ cito eſt malitia infecta & omnino auerſa a bono, tam cito eſt obſtinata, ſicut nec q̃ cito ratio a ſua rectitudine & claritate declinata, tam cito eſt excæcata & omnino corrupta, aut a vero auerſa. & hoc ideo quia voluntas magis immergit ſe & vnit volito, q̃ intellectus intellecto, vt infra dicetur. SED vt dictum eſt, paulatim primo obſcuratur ratio per primam malitiam aliquantulum, & creſcit obſcuratio plus & plus ſecundum q̃ creſcit & augmentatur malitia voluntatis: ita q̃ cum rectitudo rationis ſit per claram notitiam firmum habere iudicium de veritate, & rectum, qua cognitis terminis cognoſcuntur principia in moralibus & in credibilibus: vt q̃ furtum ſit malum cognito quid ſit furtum, & quid ſit malum, & q̃ deus ſit, cognito quid ſit deus: & quid ſit eſſe, obſcurata ipſa ratione in ſua notitia & deficiẽte claritate eius incipit iudicium vacillare & deficere a ſua firmitate & rectitudine. Quod enim quis recte iudicat, ex peccato ei in dubium venit. ſicut ſuper illud Matth. tertio. Vt tentaretur a diabolo. dicit etiam Gloſſa illa quæ ſic incipit. Nouit filium dei. vt deinde augmentata obſcuratione ad augmẽtationem malitiæ, tandem dubitatio eſt de illis principiis, & tandem ratione excæcata deficit omnino rectitudo iudicii circa principium: & notitia intellectualis terminorum, & per appetitum ſenſualem ex notitia ſenſuali quam habet de terminis, iudicat oppoſitum principii, vt q̃ furtum eſt bonum, & q̃ deus non ſit. Iuxta illud. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus. & quæ ſit ratio continue ſubiungit. Corrupti ſunt &c. vt iam ſupra. Et tunc voluntas fit obſtinata, & impleť illud prouerbiorũ. xviii. Peccator cum venerit in profundum malorũ contemnit. Q đ exponens Auguſtinus ſuper illud pſal. cxlii. Similis ero deſcendentibus in lacum, dicit ſic. Quid eſt contemnit? Iam nec vllam prouidentiam deputat, aut ſi deputat, ad illam ſe pertinere nõ putat, proponit ſibi licentiam peccandi. Vnde ſi excæcationem appellemus plenum defectum iudicii rationis: non ſtatim ratio excæcatur: ſed pręcedunt plures gradus obſcurationis. Si vero appellemus excæcationem totum progreſſum excæcationis, ſecundum q̃ vſus fui excęcatione in primo Quolibet, dicendo q̃ q̃ cito eſt malitia in voluntate, ratio

T

obſcuratur & excæcatur,quemadmodum homo qui graditur continue ad mortem dicitur mori. Ex quibus declaratur veritas illius articuli tertii poſiti in fine præcedentis quæſtionis: manente ſcientia particulari in actu & ſimiliter paſſione q̄ voluntas non poſſit velle oppoſitum, error:& vlr
V ppoſitionis magiſtralis q̄ dicit:Nō eſt malitia in voluntate niſi ſit error i ratione: & quō ſimul ſtāt & quomō nō.Verūtn̄ ad ampliorē vtrorūq̄ intellectum eſt hic aduertendum,q̄ iſta,ſciens nō pōt velle oppoſitū ſcientię,duplex eſt,ſicut illa,ſedēs non pōt ambulare. Quia poteſt eſſe cōpoſita,vt ly velle determinet ly ſciens:& ſic componatur ei ſub hoc ſenſu:ſcientem velle oppoſitum ſcientię nō eſt poſſibile.in quo ſenſu expoſitio habita in præcedente quæſtione diceret eam eſſe veram,quia ſe cundū ipſam pro hora ſcientiæ nō poteſt velle oppoſitum. Vel poteſt eſſe diuiſa:vt ly velle non de terminet ly ſciens,ſed ſeparetur ab ipſo ſub hoc ſenſu,ſcientem nō eſt poſſibile velle oppoſitum:in quo ſenſu proculdubio eſt falſa,q̄ tunc in nullo tempore vlteriore etiam nō manente ſcientia poſ ſet velle oppoſitum.Similiter illa,ſciens dum ſcit nō pōt velle oppoſitum,ſicut & illa,ſedens dum ſedet nō pōt ambulare,eodē modo eſt duplex,& eodē modo vera & falſa,& ſecūdū eoſdem ſenſus ſed magis explicatos.Eſt em̄ iſte ſenſus compoſitus:ſcientem velle oppoſitum ſcientiæ dum eſt ſci ens,non eſt poſſibile,& iſte eſt ſenſus diuiſus,ſcientem dum eſt ſciens non eſt poſſibile velle oppo ſitum:ſiue ſciens dum eſt ſciens non habet poteſtatem volendi ,de cætero oppoſitum. Similiter iſta ſciens manens ſciens non poteſt velle oppoſitum, eodem mō duplex eſt:& habet conſimiles ſenſus ſicut & illa,ſedens manens ſedens non poteſt ambulare.Et proculdubio ſi in illa,Non eſt malitia in voluntate niſi ſit error in ratione:non eſt diſtinguendum de errore in ratione:et ſimiliter ſi in illa, ſciens manente ſcientia non pōt velle oppoſitum,non eſt diſtinguendum de ſcientia manente.Sed omnes ſenſus prædicti compoſiti ſunt veri,ſi illa eſt vera,ſi ſcientia eſt recta, voluntas eſt recta,& ecōuerſo,& ſi ſcientia eſt obliqua,& volūtas eſt obliqua,& econuerſo,vt ſemper rectitudo propor tionaliter reſpondeat rectitudini & obliquatio obliquationi,vt nō poſſit eſſe verū qđ dicit ille arti culus: q̄ ſciens manens ſciens ſiue manēte ſcientia non poteſt velle oppoſitum,error:niſi pro ſenſu diuiſo.ſicut nō pōt eſſe verū qđ dicit illa ꝓpoſitio:Si ſciētia eſt recta,volūtas eſt recta, error: niſi p neceſſitate conſequentis. Quare ſi ecōtrario ſecundum verum intellectum articuli ponant oēs il li ſenſus compoſiti falſi,vt ſciens poſſet velle oppoſitum dum eſt ſciens: & tunc manente ſcientia, aut etiā poſt,proculdubio illa propoſitio,non eſt malitia i volūtate niſi ſit error in ratione,falſa eſt. et ſimiliter iſta,ſi ratio eſt recta,voluntas eſt recta,etiā neceſſitate conſequentiæ,& cōtrariatur ar ticulo damnato niſi diſtinguatur error rationis:& ſimiliter ſcientia manens. Hoc em̄ facto concor
X dari poſſunt articulus,& dicta propoſitio vt iam patebit.Suſtinendo ergo dictas ꝓpoſitiones de ſci re & velle falſas eſſe,& ſecundum ſenſum compoſitum,ſecundum aliquos modos,vt iam dicetur: et ſecundum diuiſum:licet illę de ſedere et ambulare in ſenſu cōpoſito ſunt verę: et tamen poſſe ſi mul ſtare quoquo modo dictam propoſitionem magiſtralem in ſua veritate:Dico q̄ iſta propoſitio error eſt q̄ ſciens manente ſcientia non poteſt velle oppoſitum,ſecundum prædicta duplex eſt,et ſe cundum duos ſenſus duas cauſas habet veritatis.Vnam q̄ manente ſcientia prius per totum tem pus præcedens actum volendi,voluntas non poſſit in oppoſitum finito illo tempore:vt ſi in a.inſtā ti ponatur primus actus volendi,et ſcientia oppoſita manente per totum præcedens tempus,licet quoquo mō corrūpatur in illo actu volēdi.Nec refert ad hoc ſiue error rationis ponatur cauſa erro ris voluntatis,ſiue ecōuerſo.In iſto ſenſu ſecundū iſtam cauſam clarum eſt q̄ dictū in illo articulo eſt error.Eſt em̄ ſenſus diuiſus et manifeſtior quem poteſt habere.Aliam vero cauſam habet veri tatis q̄ manente ſciētia ſimul cum ipſo velle,aut etiam poſt ipm̄ velle,voluntas nō poteſt velle op poſitum,quia non neceſſe eſt voluntatem et ſcientiam concordare in rectitudine et obliquatione qui eſt ſenſus diuiſus.Vnde ſi ſcientia eſt recta,et voluntas eſt recta:et ſi ſcientia eſt obliqua et volū tas eſt obliqua,et econuerſo:q̄ volūtas poteſt velle oppoſitū eius qđ ſciētia manēs dictat.et ſic pñt diſcordare,vt q̄ non obſtante q̄ ſcientia manens ſit recta, volūtas poteſt eſſe obliqua ſimul,aut ecō tra nō obſtante q̄ ſcientia ſit obliqua,voluntas pōt eē recta.Sed in hoc ſenſu diſtinguenda eſt illa ꝓ poſitio,non neceſſe eſt voluntatem et ſcientiam concordare,ſic:q̄ non eſt neceſſe ſi ſcientia ſit recta voluntas eſt recta,et econtra ſi ſcientia eſt obliqua,et voluntas eſt obliqua: q̄ ly neceſſe negatum poteſt dicere neceſſitatem cōſequentis,vel conſequentiæ.Si cōſequētis, ſic iterum clarū eſt q̄ dictū in illo articulo eſt error:q̄ ſi ſciētia eſt recta nō eſt neceſſe q̄ voluntas ſit recta vt nō poſſit velle op poſitum,vt dictum eſt in fine præcedentis quæſtionis.Si vero dicat neceſſitatem conſequentiæ,ſic iſta,ſi ſcientia eſt recta,non eſt neceſſe q̄ voluntas ſit recta duas habet cauſas veritatis.Vnā : quia ſcientia recta non eſt cauſa voluntatis rectę.Aliam:quia voluntas obliqua ſtare poteſt ſimul cum

ſcientia recta,aut econtra.In iſto primo ſenſu,& ſcdm iſtam cauſam clarum eſt q̄ dictum in iſto articulo eſt error.Hęc enim,vt dictum eſt in fine præcedentis quæſtionis,fuit cauſa principalis damnādi illū articulū.qa.ſ.ſupponit q̄ rō ſic eſt motiua neceſſitate naturali ipſius volūtatis q̄ nō poſſit oīno cōtrariari.qđ falſū eſt,qa liberum & volūtariū qđ ē liberi arbitrii nō pōt ſic moueri de neceſſitate ab alio abſq̄ coactione: quia moueri non habet niſi a ſe ſola,aut etiam ab alio ſecum mouēte ſecundū naturæ ſuæ cōgruentiā p̄ libertatē circa ſummū bonū viſum,vel per liberum arbitriū circa quodcūq̄ aliud bonum,vt dictū eſt iam ſupra.q̄ quidem coactio in tali nullo mō ſtat cū libertate aut libero arbitrio,imo tollit ambo vt dictū eſt in p̄cedēti q̄ſtione.Et hoc ſufficiebat dicere aliq̄ & alias ſolebat concedi:ſi ſcientia eſt recta voluntas eſt recta,& econuerſo:et ſi bene recolo in finib⁹ iſtis ſteti ſub quodam inuoluto in primo Quolibet qđ ſcripſi.Sed modo vlteri⁹ p̄cedēdū eſt,dicēdo q̄ in ſcdo ſenſu propter ſecūdam cauſam.ſ.quia volūtas cū ſua obliquatione cōpatitur ſcientiam rectam,vt voluntas non poſſit velle oppoſitum manente ſciētia ſimul,aut poſterius,adhuc duplex eſt.qa aut pōt itelligi de ſciētia obliqua & volūtate recta,vt ſi ſit ſcientia obliqua,voluntas non pōt eſſe recta volendo oppoſitum,aut de ſcientia recta & voluntate obliqua,vt ſi ſcientia ſit recta,volū tas non pōt eſſe obliqua volendo oppoſitum.Si primo modo,clarum eſt q̄ dictum in dicto articulo eſt error.Ex quo enim vt dictum eſt ſciētia obliqua nō eſt cauſa obliquitatis in voluntate,ſed ecō uerſo manente ſcientia obliqua bene pōt eſſe voluntas recta volēdo oppoſitum. Si ſecundo modo adhuc in illo ſenſu,& ex illa cauſa duplex eſt,quia ſcientia pōt intelligi recta aut p̄fecta & completa rectitudine abſq̄ oī obſcuritate & vacillatione ſeu dubitatiōe:aut īpfecta & īcōpleta rectitudine cū aliqua vacillatione ſeu dubitatiōe.Si prio mō,ſic an illa ſi ſciētia eſt recta nulla.ſ.obſcuratione obliquata,volūtas nō neceſſario ē recta,ſit vera neceſſitate cōſequētiæ,vt volūtas poſſit velle oppoſitū manēte tali ſciētia:& ſit error,q̄ nō poſſit velle oppoſitū,diligēs lector iudicet,& an illa bñ pōt cōcedi a magiſtris,nō eſt malitia in volūtate niſi ſit error ī rōne.ſ.per aliqualē obſcurationē. Videt ēm ſecundum p̄dicta q̄ voluntas ſua obliquitate quacunq̄ non compatit̄ ſcientiā rectā, ſed ſemp volūtas ſua obliquatione eſt cauſa aliqualis obliquationis ſcientiæ, vt volūtas nullo modo pōt velle oppoſitum manente ſcientia ſic recta,vt ſcdm hoc ſit quoquo modo omnis peccās ignorans qđ facit,maxime pro hora fm determinata a nobis in primo Quolibet.ex qua cauſa conceſſa eſt illa,non eſt malitia in voluntate niſi ſit error in ratione.ſ.ſequens naturaliter vt cauſatus, licet in eodem inſtanti ſcdm rationem aliquantulum obliquans ſcientiam,licet p̄cedens nullo modo poſſit vt cauſa obliquare voluntatē,ſicut nec ſcientię rectitudo poteſt eſſe cauſa rectitudinis voluntatis.Poſſunt enim voluntatem & rectā & obliquā ſimpliciter,& abſq̄ cauſalitate ex parte ſcientiæ p̄cedere ſciētia tam recta q̄ obliqua.Si ſecundo modo,ſ.ſcientia exiſtente in rectitudine incompleta,ſic illa,ſi ſcientia eſt recta voluntas eſt recta,nullo modo eſt neceſſaria neceſſitate conſequentiæ. immo etſi ſciētia eſt recta non eſt neceſſe q̄ voluntas ſit recta,quia ſcientia ſub rectitudine imperfecta bene ſtat cū voluntate obliquata,licet non cum omnino obſtinata. Et ideo in iſto ſenſu dictum in dicto articulo error eſt. Similiter in iſto ſenſu in alio articulo error eſt, quia ſciens poteſt velle oppoſitum ſcientiæ manentis in rectitudine incompleta: quæ tamen poteſt dici rectitudo ſimpliciter reſpectu illius obliquationis:qua ratio omnino corrumpitur opinando oppoſitum principii agibilium vel credibilium,cum tamen omnis obliquatio voluntatis per conſenſum in malum mortalis peccati,dicatur obliquatio ſimpliciter,& nullo modo rectitudo,licet illa obliquatio nō ſit tanta quanta eſt quando voluntas omnino eſt obſtinata.vt ſecundum hoc illa poteſt concedi, ſi ſcientia eſt recta voluntas eſt recta,& ſi obliqua eſt ſcientia obliqua eſt voluntas: & econuerſo proportionaliter hinc inde.Ita tamen q̄ cum ſcientia obliquata rectitudine incompleta ratione obliquationis: quæ tamen eſt completa ratione recti iudicii, etſi non omnino firmi, bene ſtat voluntas ſimpliciter obliquata,licet non vltimata obſtinatione.Sed cum ſcientia obliquata perfecta obliquatione qua corrupta eſt ratio & perfecte excæcata, non ſtat obliquatio voluntatis niſi obſtinata,nec econuerſo,vt ſecundum hoc intelligatur articulus,manente ſcientia ſimul, vel poſt in rectitudine ſimpliciter,licet aliquantū obſcurata q̄ nō poſſit volūtas in cōtrariū,error.qđ in rei veritate error ē.Sed an ratione manēte in apice rectitudinis abſq̄ omni obſcuratione q̄ voluntas non poſſit velle oppoſitum, error ſit,videat lector,cum vt dictum eſt omnem obliquationem voluntatis neceſſario ſequitur ſimul aliqua obſcuratio rationis : & etiam ſecundum hoc intelligatur propoſitio magiſtrorū ſim̄l ſtare cū articulo:q̄ ſi malitia ē ī volūtate error ē ī rōne.ſ.p̄portionalis vl' obſcuratiōis tm̄ ſi nō ſit cōpleta malitia,vl' exc̄catiōis ſi ſit malitia obſtiata.In gnq̄ ergo modis clarū ē q̄ ſit error dictū ī illo articulo,ſciēs ñ pōt velle oppoſitū manēte ſciētia ī ptīculari & paſſiōe.In vnico aūt ex

præpositis iudicet qui voluerit, qm̃ istę duæ stant simul: manente scientia in particulari & passione, voluntas non potest velle oppositum: quam damnauit dominus episcopus, & illa quam concesserunt magistri, non est malitia in volũtate nisi sit error in ratione. Qd̃ ergo arguitur primo ꝙ voZ luntas non potest moueri ab appetitu sensitiuo, nulla præcedente de illa notitia in intellectu, concedo. AD illud qd̃ arguitur in oppositum, ꝙ tũc prius obumbraretur intellectus q̃ appetitus sensitiuus moueret voluntatem alliciendo: quia aliter mouere eam non posset: Dicendum ꝙ nõ oportet. Nec hoc est possibile ꝙ appetitus sensitiuus obumbret modo aliquo vitioso, de quo est sermo, intellectũ a sua rectitudine quã habet, nisi mediante voluntate, licet eam impedire potest in acquisitione rectitudinis, & rectis iudiciis ex rectitudine acquisita, sicut & ebrietas & phrenesis: & hoc obũ bratione non vitiosa quando ꝓcedit ex morbo. Ad arg. i op.

Arca secundum arguitur: ꝙ non sit possibile homini vt assentiat propositioni cuiꝰ contrarium apparet sibi per rationem: quia non per voluntatem ad hoc cogentem: de qua magis videtur. quoniam intellectus per suum obiectum non potest cogere voluntatem ad consentiendum illi cuius contrariũ vult: ergo nec voluntas intellectũ ad cõsentiendũ ei cuius contrariũ nouit. Itẽ in secundo de aĩa. phã tasiamꝰ cũ volumꝰ: nõ aũt opinamur: vt hoiem quadrupedẽ phãtasiamꝰ quẽ nũ q̃ opinamur talẽ esse: opinari autem est opus intellectus, quare opus intellectus Quæst. xi. Arg. prĩ. pri. Secundum.

A non habetur ex voluntate. ergo &c. CONtra. tunc nũq̃ assentiremꝰ articulis fidei. Dicẽdum ad hoc breuiter: quia alias in quæstionibus ordinariis de tangentibus materiã huius quæstionis satis locuti sumus. Ex illis ergo q̃ ibi diximus dico distinguẽdo de ratione, quia aut est ratio q̃ solidę veritati innixa est, & nullo modo infringi potest aliquo genere solutionis veræ, aut est ratio quæ quantũcunq; apparens sit, solidæ tamen veritati non innititur. Illi autem cuius cõtrariũ apparet homini per rationem primo modo dictam impossibile est ꝙ homo cogatur assentire, vel possit: quia contrariũ illiꝰ oĩno falsũ ẽ: cui nullꝰ cõsentire põt, aut cogi põt cõsentire cognita veritate. Veritas enim cognita cogit ĩtellectũ ad sibi assentiẽdũ: & cogẽdo ad sibi assentiẽdũ simlʼ cogit ad dissentiẽdũ In oppositũ. Resp̃onsio.

B suo opposito. Vnde & secũdũ hoc concedenda sunt duo prima argumenta, licet modicum faciant ad propositum. Illi vero cuius cõtrarium apparet homini per rationem secũdo modo dictam, bene potest homo assentire per habitum fidei, & cogi ad hoc per imperium volũtatis. Per hũc enim modum, vt procedit argumentum in contrariũ, assentimus articulis fidei, quorũ cõtrariũ nũq̃ apparet per rationem primo mõ dictam, quia sunt innixi solidę veritati. Qz si per impossibile iueniri posset articulus, cuius contrarium appareret tali ratione, illi non esset adhærendũ vt fidei articulo, dicẽte Augustꝰ ꝙ si recta ratione & infallibili apparere posset contrarium ei qd̃ tenetur in sancta ecclesia, nõ propter illã fidẽ christianã dimitteret, qualem impossibile est ĩueniri, immo qualiscũq; rõ apparenter de contrario fidei aliquid asserit, vera non est, sed veri similitudine fallit, vt alibi latiꝰ Ad arg. prĩ.

C declarauimus. Ex quo plane patet falsitas dicti illius ꝙ voluntas non põt velle oppositum eius qd̃ iudicatum est per rationem: postq̃ voluntas põt ad assentiendum illi contrario cogere rationem.

Arca tertium arguitur, ꝙ amicitia non sit virtus, quia nulla virtus tollitur ab homine ex vitio alterius: amicitia tollit a bono, amico suo facto vitioso. ergo &c. Quæst. xii. CONtra. illud est virtus cuiꝰ actus eliciuntur ex habitu: amicitia est hmõi, vt patet ĩ actibus amicitiæ gratuitæ: q̃ eliciunt ex habitu charitatis. ergo &c. Quę Arg. princ. In oppoſi.

D stio ista mota est propter dictũ philosophi in principio. viii. ethicorum. Amicitia est virtus quædam, vel cum virtute. vbi propter diſiũctionem dubitatur qd illorum ponenda sit, an habitus quidam virtutis distinctus cõtra habitus aliarũ Reſolu. q.

virtutum, an passio aut actio quædam consequens habitus virtutum, vt. ſ. modus quidam cuiusdam amationis. Scd̃m species. n. amationis sunt species amicitiæ, vt dicit ibidẽ cap. iiii. Sed qa disiũctiua artis ęqpollet copulatiuę: Dico ad q̃stionẽ ꝙ amicitia virtꝰ ẽ fm habitũ separata ab aliis, & ps quædam iustitiæ, sed nõ nisi cum virtute alia, aut aliis. Ipsa eñ nunq̃ est solitaria, sed vt sit & generetur, virtutem aliquã aut aliquas requirit in fundamento. Vnde ꝙ species amicitiæ distinguunt fm species amationis, hoc non est, vt dicit ibi Commen. quia sunt idem amatio & amicitia, sed quia sunt cõueniẽtia, vt iã videbit. Propt qd̃ phus ibidẽ cap. vii. distiguit ĩter amicitiã & amationẽ, dicẽs sic. Assimilatur qdẽ amatio passiõi: amicitia aũt habitui. Vnde vt dicit: Amici redamãt cũ eleE ctiõe & bona volũt amatis illoꝝ gra, nõ fm passionẽ, sed fm habitũ. Ad cuiꝰ manifestationẽ sciendũ ꝙ ad amicitię gnationẽ & eẽ cõcurrũt tria. Prio debꝫ hre virtutẽ, vel alias ĩ fũdamẽto, sine q̃ vel qbꝰ nõ põt gnari vera amicitia & mãsiua. ꝓpter qd̃ dicit. viii. ethi. c. v. Perfecta ẽ bonoꝝ amicitia et secũ- Declaratio.

dū virtutem ſimilium. Permanet igitur horum amicitia quouſq; boni ſunt: virtus autem eſt manſiua. Aliæ enim duæ ſpecies amicitiæ, quæ ſcilicet fundãtur ſuper vtile & delectabile, non ſunt veræ amicitiæ. Vnde philoſophus cap. quarto. Secundum accidens amicitiæ hæ ſunt. Non enim ſecũdum q̃ eſt amatus qui ſic amatur, ſed ſecundum q̃ tribuunt hi quidem bonum aliquod, hi autem delectabile, facile vtiq; ſolubiles. Vnde Tulli⁹ prio de offi. Qui ſummũ bonũ ſic inſtituit, vt nihil habeat cum virtute coniunctum, idq; ſuis commodis non honeſtate metitur, nec amicitiam colere poteſt, nec iuſtitiam. Idem tertio, de amicitia. Virtus amicitiam & gignit & continet. Secundo debet habere diſpoſitionem in ſubiecto qua habilitatur quis vt in eo ſuper aliam virtutem poſſit fundari amicitia. quæ diſpoſitio vocatur amatio, & eſt paſſibilis qualitas: q̃ eſt diſpoſitio ad amicitiam generandam, ſic q̃ homo ea naturaliter eſt habilis vt in eo generetur virt⁹ amicitię. Vnde in quibus non eſt talis diſpoſitio quaſi in medio quodam & temperamento, non ſunt apti ad amicitiã, vt ſunt ſolitarii atq; ſylueſtres homines, ſeueri, dyſcoli & litigioſi. de quibus quarto ethicorum. Neq; quæcũq; curãtes dyſcoli & litigioſi vocantur. Vbi dicit alia trãſla. Sunt q̃bus cordi nõ eſt: neq; curant de aliquo dyſcoli & intractabiles. de quibus etiam dicitur octauo ethicorum. In ſeueris & ſenibus minus fit amicitia quanto magis dyſcoli ſunt, & minus colloquiis gaudẽt. In iſtis enim deficit dicta diſpoſitio: in aliis aũt excedit. vt ī illo de quo, quarto ethicorũ. Non in amando recepit ſingulos vt oportet, ſed ī eo q̃d quiſq; eſt. Silr em̃ ad ignotos & notos idẽ faciet. vbi dicit alia tranſla. Recipit quem recipit: eo q̃ natura eius talis eſt &c. Tertio debet amicitia vt generetur habere proprias actiones per quas generatur: quæ ſunt amare, & reamare. propter quod dicit ſeptimo ethicorum. Tres ſunt ſpecies amicitiæ æquales numero amabilibus. Secundum vnumq̃q; enim redamatio. & infra. Vterq; igitur amat, & æquale retribuit. Et ſunt ī triplici gradu actiones illę amoris per quas generatur amicitia. Primo em̃ ille in quo debet generari habitus amicitiæ, amat bonum virtutis q̃d in ſe habet propter ipſum, & ſeipſum propter illud. Secũdo amat idem in p̃ximo, & proximũ p̃pter illud. Vt enim dicitur nono ethicorum, amicabilia q̃ ad amicos, & quibus amicitię determinantur videnť ex his q̃ ad ſeipſum veniſſe. & hoc ideo, quia ſe & ſua quiſq; prius & poti⁹ amare debet q̃ alie na. Sed quia in hoc perfectio amoris non conſiſtit: ideo ſecundo deriuatur ad proximum. Vnde de perfecto amore charitatis dicit Richar. de Trini. cap. iii. Nullus priuato & proprio ſuiipſius amore dicitur proprie charitatem habere. Oportet igitur vt amor ad alterum tendat, vt charitas eſſe queat. & cap. quarto. Non põt amor eſſe iucundus niſi ſit mutuus, alter itaq; erit amorẽ impẽdens & alter amorem rependens. Tertio vero idem q̃d amat in proximo, vult a ſe, & a p̃ximo coamari in tertio, & cũ tertio coamare q̃d amat in ſe & ī p̃ximo vt ſit amor perfectus ī ſummo. dicente Richardo ibidẽ cap. xi. In mutuo amore nihil pretioſius q̃ vt ab eo quẽ ſumme diligis & a quo ſumme diligeris, aliũ æque diligi velis. In illis ergo mutuo dilectis exhibitę ſibi dilectionis conſortem æqua rõne requirit: ergo & charitatis cõſummatio perſonarum trinitatem requirit. Et cap. xv. Perfectio vnius exigit adiunctionem alterius, & perfectio vtriuſq; requirit cohærendum tertię. Et cap. xix. Quando ſolus ſolum diligit, dilectio quidem eſt: condilectio non eſt. Condilectio iure dicitur vbi duorum affectus tertii amoris incendio conflatur. Et ideo perfecta amicitia quæ actionibus amoris & dilectionis generatur, inter pauciores q̃ inter tres: eſſe non poteſt. Q̃z etſi plures perſonæ addantur: nullus tamen nouus modus in perfectione dilectionis additur. Omnis enim dilectio aut eſt ſimpliciter dilectio: quam poteſt aliquis habere ad ſe ſolum: aut eſt redilectio: quam poteſt habere vnus ad alium: aut eſt condilectio: quam non poſſunt habere minus q̃ duo ad tertium et ſi ſit trium ad quartum, non eſt niſi condilectio: & ſic vera amicitia ſtat in tribus. Vnde q̃d dicit philoſophus octauo ethicorum, de amicitia cap. nono. q̃ aſſimilatur abundantiæ: quæ nata eſt ad vnum fieri: exponit in libro nono capitulo. xv. dicens q̃ hoc videtur congruere amicis etiam ad vtilitatem: & tunc quęrit vtrum ſtudioſus vnũ aut plures ſecundum numerum debet habere amicos. & reſpondet ſubdẽs, q̃ eſt quædam menſura. vbi dicit Cõment. Et eſt talis multitudo amicorũ, cũ qua poteſt viuere quiete & ſine perturbatione: cum quibus autem non poteſt ſic viuere, iſti ſunt plures, quibus tanti itaq; erunt, puta tres. plures enim habere forte nõ facile. Ampli⁹ aũt actio amoris ī vnoquoq; dictorũ graduũ debet habere tres comites: q neceſſario amorẽ ſequunť: q ſũt bñuolẽtia, beneficẽtia, & cõfidentia. Beneuolẽtia quo ad initiũ generatiõis amicitię, beneficentia quo ad eius p̃greſſum, cõfidẽtia quo ad eius cõſummationẽ. Cũ enim quis beneuolus eſt virtuti ſuæ quã diligit & ſibi, eam alteri cõicari appetit, & ī p̃ximum tranſferri. Vt em̃ ait Tullius de amicitia fructus ingenii & virtutis, omniſq; præſtantiæ, tunc maximus capitur, cum in proximum tranſfertur. Vnde ait Auguſt. i. de doct. Chriſtiana. iii. cap. Omnis res quæ dando non deficit, dum non

P

G

H

datur nondum habetur quomodo habenda eſt.Per talem enim beneuolentiam incipit per amoris actionem generari habitus amicitiæ ad proximum:quem ſibi ſimilem in virtute vult fieri:& vniuerſaliter omnia bona quæ ſibi.Hinc de beneuolentia loquens dicit philoſophus nono ethicorum. Videt vtiq; pricipiũ amicitię eſſe: & amicos nõ poſſibile eſſe niſi beneuolos factos.Et quia non ſufficit bonum velle proximo vt ad ipſum habitus amicitiæ generetur, ſequitur ſecunda actio:quæ eſt beneficentiæ qua erga proximum operatur vt in eo virtus communicetur,& alia bona quæ ſibi vellet communicari.Vnde dicitur nono ethicorum.Ponunt amicum volentem & operantem. Vnde Tullius de amicitia.Faciendum,imitandumq; eſt omnibus: vt ſiquã pſtantiã virtutis, ingenii,fortunæ conſecuti ſunt, impartiant,communicentq; eam cum ſuis. Per hoc enim ſimiles efficiuntur.Similitudinem aũt ſeſe amantium requirit amicitia.dicente Tullio ibidem. Diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur. quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias. Nec ob aliam cauſam vllam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi q̃ tanta eſt inter eos q̃ maxima poteſt eſſe ſtudiorum diſtantia. Vnde & in eis quæ ſunt bona fortunæ,adæquare ſe debent amici pro poſſe.Vt enim idem dicit ibidem, qui in amicitiæ coniunctionisq; neceſſitudine ſuperiores ſunt,exequare ſe cũ inferioribꝰ debẽt.Sed licet quis beneuolentia & beneficẽtia vtat erga proximum vt ad eum amicitiam concipiat:ſi tamẽ non confidat de proximo vt ei vices readamando & reamicando reddat, perfecta & firma eſſe non poteſt. Ideo vt perfecte in quocunq; habitus amicitiæ generetur,oportet q̃ de proximo talia confidat qualia de ſe erga proximum ſentit. dicente Tullio de amicitia.Firmamentũ ſtabilitatis conſtantiæq; eius quã in amicitia quærimus,fides eſt. Nihil enim ſtabile eſt qđ infidum eſt. Quæ vt perfecte habeatur,debent amantes ſua pectora ſibi aperire.Vnde ibidem.Niſi apertum pectus videas tuumq; oſtẽdas,nil exploratum habeas.Per hoc eñ repellitur omnis fictionis & contrarietatis ſuſpicio. qđ neceſſariũ eſt ad perfectæ amicitiæ generationẽ.Vnde ibidem.Eſt viri boni hæc duo tenere in amicitia.Primũ neqd fictum ſit neue ſimulatũ: deinde non ſolum illatas ab aliquo criminationes repellere oportet,ſed ne ipſum quidem eſſe ſuſpicioſum.Per quę omnis controuerſia ab amicis tollitur: qđ requiritur ad veram amicitiam.dicente philoſopho octauo ethicorum. cap.xx.Qui propter virtutem amici exiſtunt,in operari adinuicem prompti ſunt.Ad hęc autẽ tendentiũ non ſunt accuſationes neq; pugnæ. Et quia talis experientia non habetur niſi ex multis actibus,ideo non cito generatur vera amicitia. dicente philoſopho.viii.ethicorum.Indiget tempore & conſuetudine. Secundum prouerbium enim,non eſt ſcire adinuicẽ,ante ſal comedere:neq; acceptari oportet priꝰ,neq; eſſe amicos,anteq̃ vterq; vtriq; amabilis appareat & credatur : non ſunt autem ſi non amabiles, & hæc ſciant.Voluntas igitur velox amicitiæ:amicitia autem non.vbi dicit Commentator,Forte eſt quando ex pauca conuerſatione cognoſcit aliquem ſtudioſus,ſed tamen & latebit vtiq; vt ad aliquid benignos proponens ſermones.Amici enim nõ poſſunt ſeinuicem cognoſcere anteq̃ ſimul tãtũ conuerſentur,vt pariter multum ſalis comedant.quoniam oportet conuerſari adinuicem: & ſcire eam quæ adinuicem beneuolentiam. Credent quidem adinuicem beneuolos eſſe experientiam aſſumentes. EX exercitio igitur horum trium beneuolentiæ,beneficentiæ,& confidentiæ in actione amandi generantur habitus quidam connectentes inter ſe amantes & ad vnitatem quantum poſſibile eſt redigentes,dicẽte philoſopho nono ethicorum cap.v.Ad amicum habere quemadmodum ad ſeipſum. Eſt enim amicus alius ipſe. Nam vt ait Tullius, vis amicitiæ in eo poteſt vt vnus animus fiat ex pluribus.Quid dulcius q̃ habere cum quo omnia audeas loqui ſic vt tecum!quis eſſet fructus in rebus proſperis,niſi haberes illum qui illis æque vt tu ipſe gauderet.Aduerſas res ferre difficile eſſet ſine eo qui illas etiam q̃ tu grauius ferret.Propter qđ amicitia omnia virtutum opera in commune exercitium deducit.Dicente enim Tullio,Amicitia nihil aliud eſt q̃ omnium diuinarum rerum humanarumq; ſumma cum beneuolentia & charitate conſenſio.In quo perficitur aliarum virtutum operatio,quia aliarum virtutum opera ſunt vt ſimpliciter fiant : amicitiæ autem opera ſunt, vt in communem vtilitatem ſeſe amantium producantur, vt idcirco nullus ſine amicitia actus virtutis poſſit eſſe perfectus,propter qđ continue ſubdit.Nec ſine amicitia vlla pactio eſſe poteſt.& infra.Virtutũ eñ adiutrix amicitia a natura data eſt: vt qñ ſolitaria non poſſet virtꝰ ad ſũma puenire,coniuncta & ſociata cũ altera peruenireꝰ.q̃ qdem altera amicitia eſt.Propter qđ quãtũ ad exercitiũ opis reſpectu aliarũ virtutũ ẽ virtꝰ q̃dã gñalis,& ps pricipalis iuſtitię generalis,reddẽs vnicuiq; qđ ſuũ ẽ,& implens illud naturę p̃ceptũ.Qđ tibi vis fieri hoc feceris alii,qđ tibi nõ vis fieri nõ feceris alii.Propter qđ dicit Tul.Solẽ de mũdo tollere videnꝫ amicitiã de vita tollũt:q̃ populos vniuerſos tueri, eiſq; conſulere ſoleat optime,cum de virtute iuſtitiæ generalis dicat philoſophus

gnto ethicorum. Neq; Heſperus, neq; Lucifer ita admirabilis. Vnde inter omnes virtutes morales maxime charitati infuſæ conformis eſt, & eſt omnium moralium virtutum corona, & tanto perfectior quanto ſup plures & perfectiores virtutes morales fundatur. de quarum numero amicitia eſt vna. dicente Cõment. ſuper pricipiũ. viii. ethicorum. Vnam virtutum eſt dicere amicitiam ſic vt fortitudinem & temperantiam & moralium vnamquãq;. Hęc enim circa paſſiones & actiones eſt vt reliquæ. Sunt enim actiones vt amare: paſſiones vt amationes. Et eſt aduertendum q; eſt ali⁹ & alius habitus inquantum eſt circa actiones, & inquantum eſt circa paſſiones. Inquãtum enim eſt circa paſſiones, proprie dicitur non amicitia, ſed amicabilitas: & eſt pars temperantiæ. Sic enim ſecũdũ Cõment. vbi ſupra, eſt medietas adulationis, & ſylueſtritatis. Sylueſtris em̃ deficit a medio, & nõ ẽ aptus ad copulam amicitiæ: adulator aũt abundat, vehementer delectabilis eſſe volens: amicus autem medio vtit: quando oportet delectabilis fact⁹: quando aũt non oportet, nõ factus. Vnde de medietate amicitię ſecundum hunc modum dicit ph̃us. iiii. ethi. cap. xxxi. In colloquiis autem & cõuiuere, & ſermonibus & rebus aliis communicare: hi qdem placidi eſſe videntur, omnia ad delectationem laudantes, & nihil contradicentes, ſed ęſtimãtes oportere ſine triſtitia qbuſcũq; eſſe. Qui autem contrario his, ad oia cõtrariãtes cõtriſtare, neq; quemcũq; curantes, diſcholi & litigioſi vocantur. Medius autem horum laudabilis: qui recipiet q̃ oportet, & vt oportet, ſil'r aũt & ſpernet. Videtur autem amicitia eſſe maxime ſcd̃m mediũ habitũ. Sed de hac amicitia nihil ad ꝓpoſitũ. Ipſa em̃ non plus dependet a fundamento aliarũ virtutũ q̃ ecõuerſo. Amicitia vero iquãtũ eſt circa actiões eſt pars iuſtitiæ, & ꝓprie amicitia dicitur, de qua eſt ſermo. Et tũc aliter eſt intelligere abũdãtiã & defectũ & mediũ ī amicitia. Vt em̃ dicit Cõmẽt. ſuper pricipiũ. viii. ethi. alig ſm abũdãtiã & ī amare vtunt actu amandi: qualiter dicit Sycherus ad patrẽ fuiſſe, q; neq; viuere volebat mortuo patre. Alii vero deficiũt non valentes amare: amicus autem medio mõ vtit actu amandi. Eſt autẽ & iſtã amicitiã attribuere iuſtitiæ. Iuſtitia enim eſt æqualitatis diſtributiua, & amicitia amicis ęqualitatẽ tribuit. Secundũ hæc ergo concedẽda eſt ſcda rõ. AD primã aũt in oppoſitũ: q; amicitia nõ eſt virtus, quia tollitur vitio alteri⁹: Dicendũ q; amicitia & ſcd̃m q; eſt pars tẽperantię, & ſm q; eſt ps iuſtitię, ſm pfectã rõnẽ amicitię nõ cõſiſtit ſicut aliæ virtutes ī habitu oĩno abſoluto in vnoquoq;: ſed in habitu q ſm rẽ eſt aliqd abſolutũ ſub rõne reſpect⁹ ad aliũ habitũ nũero, q; ī coamico & amato ꝓpter virtutem q̃ in illo ẽ, fundatum in eſſentia illi⁹ habitus hincinde. Et amicitia inquantum noĩe ſuo noĩat illum reſpectum q; conſiſtit in concordia & conſenſu amicorum, ſic relatio q̃dã eſt, & eſt vna inter duos amicos fundata ſuper duos habitus abſolutos ī eis, ſicut ſimilitudo eſt vna inter duos ſimiles fundata in eis ſuper duas albedies. Vt vero noĩat noĩe ſuo illos habitus abſolutos: ſic eſt duo habitus & duæ amicitiæ diuerſi numero, vt duæ albedines. Sed inquantũ noĩat vtrũq;, ſolum habet perfectam rationem virtutis amicitiæ. Dico ergo q; licet habitus amicitiæ tollitur ī illo q; perſeuerat bonus ex vitio alterius quo ad rationẽ reſpectus, ſicut ſimilitudo tollitur in vno ſimilium quando fundata eſt in albedine, ex commutatione alterius de albo in nigrum: non tñ tollitur quo ad rationem habitus abſoluti ſuper quem fundabatur ille reſpectus. Per quem qdẽ habitum nõ deſinit amare, & actiones beneficentię exhibere erga illum vitioſum, nõ vt iam entem amicum, ſed vt poſſibilem reuerti ad amicitiam: quouſq; incorrigibilis factus fuerit: & tunc retrahit ſe amic⁹ etiã a conuerſatione illius, & ab exhibitione actuum beniuolentiæ, & eſt ei ſicut ethnicus & publicanus & inimicus ratione vitii. quem tñ non deſinit amare ex habitu amicitiæ, ſicut alium extraneum. Et ſic habitus amicitiæ quo ad id qd̃ abſolutum eſt & reale in eo, ita permanſurus eſt ſimpliciter ſicut & habitus aliarum virtutum: licet non habeat perfectam rationem amicitiæ niſi habendo coamicum, vt dictum eſt.

Ad arg. pri. L

Quæſt. xiii. Quæ. xiiii. Quæſt. xv.

SEquuntur pertinentia ad intellectum & voluntatem. Et erant tria. Quorum primum pertinet ad ſubſtantiam ipſorum: vtrum. ſ. ratione dictante aliquid faciendum pro aliqua hora, voluntas poſſit illud non velle. Secundum vero pertinet ad ordinem illorum actuum inter ſe, vtrum ſcilicet operatio volũtatis ſit finaliter propter operationem intellectus, vel econuerſo. Tertium vero pertinet ad efficaciam illorum actuum circa ſua obiecta, vtrum ſcilicet magis iuuatur voluntas volito, an intellectus intellecto.

Arg. pri. pri. CIRca primum arguitur, q; ratione dictante aliquid faciendum, voluntas pro hora illud non põt nõ velle. quia voluntas naturaliter ſequitur cognitionẽ. & in eis q̃ ſeſe ſequunt ordine naturali, ſemp primũ ẽ cauſa poſterioris. ergo &c. ITEM p̃ſente obiecto habẽte rõnẽ oĩs boni ſimpl'r, nõ põt illud nõ velle. ergo nec habẽs rationẽ boni particularis pro hora.

Secundum.

In oppoſitũ. CONtra. tũc volũtas ī actiõe illa volẽdi nõ eẽt magis libera q̃ appetit⁹ ſenſitiu⁹.

M Dicunt aliqui sequentes plm: ꝙ incõtinens se habet in hora passionis intẽse sicut se habet intẽperatus omni tẽpore. Intẽperatus em̃ sicut est in errore cõtinuo iudicãdo oppositũ principii: vt ꝙ fornicari sit bonũ: sic (vt dicũt) incõtinẽs in errore est iudicãdo idem in hora ꝑ qua volũtas vult illud qđ ante noluit: ita ꝙ ꝑ hora illa nõ potest illud nõ velle qđ ratio tũc dictat esse faciendũ: licet prius potuit non velle quãdo dictauit oppositum, & postea poterit cũ oppositũ dictauerit, cessante passione. Et est dictũ istud plane contra illũ articulũ tertiũ damnatũ, tactũ in quęstionibus ꝓceden tibus: q ponit: Q3 manẽte scientia recta & passione voluntas nõ possit in oppositũ, error. Nõ solũ dico manẽte vsq; ad horã in qua vult oppositũ: sed etiã simul in ipsa hora & post similiter: vt habi tum est supra: vt sic stante scientia secundum actum & in particulari recta & passione, voluntas possit in oppositum. Sed quomodo tunc potest esse vera illa propositio magistralis. Nõ est malitia in voluntate nisi sit error in ratione: & hoc simul tẽpore quicquid sit de causalitate? Et est dicẽdũ scđm supius dicta: ꝙ licet nõ dicat ꝑprie error in rõne quousq; iudicet oppositũ principii: & ꝑ hoc oino corrũpatur per exęcationem: ois tñ rationis obscuratio siue offuscatio qua in suo iudicio re cto quoquo modo debilitatur scđm ꝓdictũ modũ supra: largo modo potest dici error: quia est via & dispositio ad errorẽ. Et similiter licet rectitudo potest dici esse in ratione quousq; corrũpitur per errorẽ ꝑprie dictũ: nõ tñ est i statu pfectissimo rectitudinis dũ i aliquo rõ ẽ offuscata. Q3 si intẽtio articuli sit: ꝙ scientia manẽte recta cũ imunitate ab obscuratione & errore vtroq; modo, qua volũ tas inficit malitia, nõ sit necesse rationẽ in aliquo obscurari aut debilitari in suo iudicio recto: vt nõ statim ꝑccatũ in volũtate sequat ꝑna ꝑccati in ratiõe: nõ video quomodo illa ꝓpositio pote
N rit stare cũ dicto articulo. Sed nõ puto sic intelligi articulũ ꝑpter ꝓdictas auctoritates psalmi & ea rum expositiones: vt volũtate agente cõtra scientiã ꝑ tẽpus ꝓcedens oino rectã absq; omni obnubi latione, ipsa scientia maneat in apice illius rectitudinis in hora qua volũtas agit cõtrariũ: sed ꝙ ipa maneat nõ corrupta cõtraria opinione: licet offuscata. quæ offuscatio largo nomine secũdum prędicta error potest dici. Nisi forte dicamus ꝙ illud instãs in quo primo est malitia in volũtate, diui datur in duo signa: ita ꝙ in posteriore sequatur aliqua obnubilatio rationis: & i priore fiat malitia in volũtate: & simul in illo signo maneat recta ratio absq; omni obscuratione, & sicut ꝑ totũ tẽpus prędcẽs: quia ipsa nõ repugnat oino volũtati cõtrarię: nisi quaten9 obscuratio rationis necessario sequit malitiã volũtatis vt effectus suã ꝑ se causam. & sic articulus intelligat ꝙ manente scientia i apice rectitudinis ꝑ signo priore, sciens potest velle cõtrariũ ꝑ eodem signo: Propositio vero magi strorũ intelligat ꝙ si est malitia in voluntate, ꝑ eodẽ instãti scđm rem, licet ꝑ signo posteriore, est error in ratione, ſ. alicuius obscurationis causatę a malitia volũtatis. Et sic ęstimo intellexisse magi stros nomine erroris quãdo iudicabãt ꝙ illa ꝓpositio põt cõcedi: nõ est malitia in voluntate nisi sit error in ratione. An sic possit dici exponẽdo intẽtionẽ articuli de scientiæ manẽtis rectitudine: nõ tñ in pfectissimo statu rectitudinis q̃ opponit errori ꝑprie dicto: q non est sine corruptione princi pii in rõne: & ꝓpositionẽ magistrorũ de sciẽtię manẽtis rectitudine i pfectissimo statu rectitudinis quę opponitur errori large accepto nomine erroris: q est sine corruptione principii in ratiõe: licet sit sub aliqua debilitatione ꝑ rõnis obscurationẽ: diligẽs inuestigator iudicet: quia nec verbaliter cõtra articulũ aliquid dicere ꝓsumo, qualiscũq; sit intellectus eius. Cętera aũt q̃ ptinẽt ad difficul tatem q̃stionis ꝓpositę quãtũ mihi sufficiẽs visum est, ꝑsecut9 sum. Vnde scđm ꝓdicta cõcedẽdũ
O est obiectũ vltimũ. Q3 vero primo obiicitur: ꝙ ratio naturaliter prior est volũtate: ergo ratio suo actu naturaliter prior est volũtate: ergo rõ suo actu est causa actus volẽdi vt volũtas nõ possit non velle id qđ dictat: Dicẽdũ ꝙ licet ꝓcedat: nõ tñ aliter est causa q̃ sine qua non, quemadmodum & sensus in nobis naturaliter prior est intellectu: non tñ actus sentiendi est causa actus intelligendi nisi sine qua non. Et similiter in brutis sensus ꝓcedit appetitũ: non tamen est causa nisi sine qua nõ ꝓter hoc ꝙ in brutis post sensum necessario sequitur passio quę necessario impellit appetitũ. In
P homine autẽ non necessario ad intellectũ sequitur volũtas: neq; intellectus ad potẽtiã sensus. AD secundũ: ꝙ ꝑsente obiecto habente rationem oĩs boni non potest illud non velle: ergo & præsente obiecto habente rationem boni ꝑticularis, saltem ꝑ hora non potest non velle illud: Dicendũ ꝙ non est simile, qm̃ obiectũ extra habens rõnẽ oĩs boni, nõ est bonũ qđ q̃rat voluntas: propter qđ necessi tate imutabilitatis, libere tñ, seipsum mouet in illud. Obiectũ vero habens rationẽ boni ꝑticularis iudicati pro hora est aliquid qđ q̃rat volũtas: propter qđ nõ immutabiliter volũtas se mouet in il lud. Sic enim ꝓponit sub ratione ꝑticularis boni: et si iudicat bonũ simpliciter pro hora: ostẽdit tñ necessario illud in quo est defectus alicuius boni: propter quẽ defectum voluntas sua libertate po test ab illo resilire: licet non moueat ꝑ appetitum ad aliquod aliud: qa sibi forte nullũ est ostẽsum.

Opi. quorũ dam.

Ad primũ princip.

Ad secũdũ.

Vnde ſi pro hora nõ poteſt cum effectu nõ velle illud aut velle eius contrariũ: hoc non eſt propter aliquã neceſſitatẽ quã ſcientia imponit volũtati: ſed ſolũ ꝓpter incõpoſſibilitatẽ contradictoriorũ vel contrariorũ circa idem in eadem hora indiuiſibili, vt patet ex ſupra dictis.

Queſt. xiiii. Arg. prin. Primũ.

Ircа Secũdũ arguitur: ꝙ operatio volũtatis ſit ꝓpter operationẽ intellectus vt ꝓpter ſuperius & principalius: & hoc ex ordine ipſarũ potentiarũ, quia appetitus naturalis eſt ꝓpter pfectionem rei naturalis ſcdm aliquid perfectius & ſuperius ipſo appetitu, ſuppoſita natura rei ĩ vtroq;. Propter hoc em̃ graue ſuppoſita natura eius appetit eſſe deorſum, ibi em̃ habet ſuã pfectionẽ in eſſe, & ſuam ſalutem. Similiter & appetitus animalis eſt ꝓpter pfectionẽ animalẽ quę eſt ſenſus vt ꝓpter aliquid pfectius eo, ſuppoſita natura. Cõſimiliter ergo volũtas & appetitus rationalis eſt ꝓpter pfectionẽ rationis quę eſt intellectus ſiue intelligere, vt ꝓpter aliquid pfectius, ſuppoſita natura intellectus & volũtatis. Item volũtas eſt potẽtia inferior intellectu: quia mouet̃ ab illo: mouens aũt in eo ꝙ hmõi: quia eſt in actu: eſt ſub potiori ratione q̃ motũ: qđ inquã tum hmõi nõ eſt niſi in potẽtia tm̃, & ꝙ ſic ſit patet, quia volũtas ꝓ pſentiã intellectus exiſtentis in actu vadit in actũ: & ꝓ abſentiã eius nõ vadit in actũ, ergo &c. Item pfectior eſt opatio vt ꝓpter quã eſt alia, quę eſt circa ſubiectũ vnitũ operãti: q̃ circa nõ vnitũ, amare poteſt eſſe circa ſubiectum non vnitum: nõ autẽ viſio, ergo &c. Item ſi poſtmodum maneat amare circa ſubiectum vnitum non ex hoc ẽ principalior opatio & pfectior: vt propter ipſum ſit alia, poſt q̃ primo eſt reſpectu nõ vniti, quia etſi fides maneret in patria reſpectu vniti: non tamẽ eſſet principalior viſione, conſimiliter ſciẽtia rerũ quę ĩ propria natura earum habet̃ hic in via, licet maneat in patria: nõ tamẽ eſt principalior viſione diuina, ergo &c. Item arguũt ex cõparatione amicitiæ ad alias virtutes. Eo enim ꝙ ſemper eſt ad alias virtutes & in comparatione ad illas ſup quas fundatur vel quas ſequit̃ nũq̃ eſt principalior aliis: ſed econuerſo: quare ſimiliter cũ dilectio fundetur ſuper cognitionem vel ſequatur illam, nũq̃ eſt principalior illa. Item ſcdm philoſophũ amicabilia ad alterum ſunt ꝓpter amorem ad ſeipſum. Si ergo aliquis ſit perfectus oĩbus virtutibus: perfectior eſt in illo ꝙ cognoſcit ſe talem entem, q̃ ꝙ velit ſiue eligat ſe talem eſſe. ergo ſi aliquis ſit perfectus ſine vltimo, pfectior eſt in illo ꝙ cognoſcat ſe talem entem q̃ ꝙ velit ſe talem eſſe. primũ fit actione intellectus: ſecũdũ actione voluntatis. perfectior ergo eſt operatio intellectus q̃ voluntatis. ſi ergo vna illarum eſt ꝓpter alteram: potius operatio voluntatis eſt propter operationem intellectus, q̃ econuerſo. CONtra, voluntas mouet ſe & alias potẽtias ad exercitiũ actus, qđ autẽ mouet ſe, nõ mouet niſi ꝓpter pfectionem ſuam, qđ enim mouet propter pfectionem alterius: mouetur principaliter ab illo q̃ principaliter intendit pfectionẽ alterius, ergo &c. Dicunt aliqui ꝙ actus volũtatis ſit ꝓpter pfectionẽ intellectus: quoniã volũtas nõ mouetur in eſſe ꝓpter ipſam rem: ſed ꝓpter rei ab intellectu conſecutionẽ. Volo em̃ finem: ſed nõ niſi vt videã ipm̃, & principalius eſt videre q̃ velle ſiue appetere vt videatur: & perfectius attingitur finis actione intellectus q̃ volũtatis. Et eſt volũtas aliqualiter pfecta pfectione intellectus: & intellectu ſiue videre formaliter & finaliter adhęrem⁹ deo non volũtate aut amore ſiue charitate. Charitas em̃ nõ eſt pfectiſſima virtus ſimpliciter: ſed ſolũ in merito ordinato ad ꝑmiũ, & ſecũdũ ſtatum vię: non autem in ꝑmio & ſecũdũ ſtatum patriæ. Quia amor viæ pfectior eſt cognitiõe vię: quę imperfecta eſt, eo ꝙ eſt ꝓ fidẽ. Ecõuerſo aũt cognitio patrię pfectior eſt amore patrię. & hoc quẽadmodũ ad pfectionẽ ſciẽtiarũ ſpeculatiuarũ perfectius iuuamur per logicam q̃ ꝓ geometriã, tãq̃ ꝓ eam quę pfectior eſt vt inſtrumẽtum ad acquirẽdum ſcientias ſpeculatiuas, q̃ ſit geometria: cum inter ſciẽtias ſpeculatiuas perfectior ſit geometria: eo ꝙ eſt demõſtratiua: q̃ logica. De ꝑminentia volũtatis & intellectus alibi ſatis diximus: determinãdo ꝙ operatio volũtatis ꝑminet & principalior ſit: ita ꝙ ſi natura volũtatis ſic in ſe pfecta eſſet: vt abſq; operatione intellectus poſſet in ſuã operationẽ: non eſſet vis intellectiua in natura: niſi ob dignitatem naturę volũtatis ipſa haberet illam vt miniſtram, ꝓcedẽtem eius operationẽ: quẽadmodum ſi rex tẽporalis eẽt tantę perfectionis vt per ſe poſſet in omnẽ ſuã opationẽ: nullo modo eſſet ei ſeruus niſi ꝓpter dignitatis eius exigentiam: ſcdm ꝙ non ob aliud ſunt cũ deo angeli & ſingulæ creaturę: & cõſiſteret pfecta beatitudo in amare deũ abſq; videre, qđ nõ poteſt dici ecõtra. Etſi enĩ viſio poſſit eſſe perfecta ſine amore: non tamen in ſola viſione poſſet conſiſtere perfecta beatitudo: quia perfecta beatitudo cum ſit optimũ omniũ bonorum, non cõſiſtit niſi in actu perfectiore & meliore: qui eſt nõ videre ſed amare. Melius enim eſſet deum amare non videndo, q̃ videre nõ amãdo: quia amare ſimpliciter melius eſt q̃ videre. quod probatur ex ſuis contrariis. Peius enim eſt (ponendo hoc per impoſſibile) odire deum & videre, q̃ ignorare & diligere: ſicut & ſimpliciter

Secũdũ.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

In oppoſitũ.

Op. quorũdam.

Q

R

ꝓius est deum odire q̃ ignorare. Illud autem secũdum considerationẽ philosophi est melius, cuius contrarium siue oppositum est ꝓius. Maiori enim bono maius malum ꝑ se & essentialiter oppo-

S nitur. Q̃ ergo arguitur ex ordine potẽtiarum, ꝙ operatio intellectus est superior & principalior: & ꝙ propterea operatio volũtatis est ꝓpter operationẽ intellectus: quia appetitus omnis semp est ꝓ ꝓpter pfectionẽ rei scdm aliqd supius q̃ sit operatio appetitus: Dicendũ ꝙ duplex est operatio appe-

Ad primũ princi.

titus. Vna q̃ cõsistit in desyderio nõ habiti: quę dicitur desiderare. Alia vero quę cõsistit in dilectio ne iam adepti: q̃ dicitur respectu volũtatis amare. De prima operatione procedit obiectio: & de illa verum est ꝙ omnis opatio appetitus est ꝓpter perfectionẽ rei appetentis scdm aliquid superius q̃ sit operatio appetitus, & hoc vel vt qua sicut supiori simpliciter pficitur: vel vt sine qua media pfe ctionẽ illius supioris non potest attingere. Et sic verum est ꝙ appetitus grauis quo appetit moue-

ri siue esse deorsum, est ꝓpter salutẽ solã quã habet in quiẽscendo deorsum. & appetitus sensitiuus animaliũ quo appetũt sentire delectabile, siue tenere ipm, est ꝓpter esse eorũ conseruationẽ ex fruitione ipsius. Et similiter appetitus intellectiuus rationaliũ quo appetunt videre beatificans bonũ siue habere ipm, est ꝓpter pfectũ esse qđ habent in eo ꝑ amorẽ adepti: ita ꝙ sicut in graui appetit⁹ essendi siue quiescendi deorsum nõ est nisi ꝓpter salutẽ suã quã habet ibidẽ: vt ꝓpter pfectionem rei appetentis scdm aliquid supius q̃ sit ipa opatio appetendi: qua quidẽ pficitur vt supiore simpli citer: appetitus vero mouendi deorsum nõ est ꝓpter hmõi motũ: nisi vt ꝓpter pfectionẽ: sine qua media nõ potest illã quietẽ deorsum, & salutẽ ꝑ illã attingere: sic & ī animali appetitus habẽdi siue tenẽdi delectabile ꝑ fruitionẽ, puta in comedendo, nõ est nisi ꝓpter salutẽ suã qua conseruatur suũ esse: vt ꝓpter pfectionẽ rei appetentis scdm aliquid superius q̃ sit ipa opatio appetendi: qua pficit vt supiore simpliciter. Appetitus vero sentiendi puta auditu/visu/vel odoratu/nõ est ꝓpter hmõi sensum nisi vt ꝓpter pfectionẽ suã: sine qua media nõ potest appetẽs illud appetibile attigere: neq; eius fruitionẽ, & ꝑ illam sui eẽ cõseruationẽ. Vñ canis leporarius nõ apperit odoratũ vel visum vel auditũ leporis nisi vt ꝑ talẽ sensum mediũ dirigat ad ipm capiẽdũ vt eũ comedat, & ex hoc esse suũ cõseruet. Et cõsiliter oino est in rationalibus. Appetitus em̃ habẽdi siue tenẽdi summũ bonũ ꝑ frui tionẽ in amãdo, nõ est nisi ꝓpter salutẽ suã q̃ pficit in illo: vt ꝓpter pfectionẽ rei appetẽtis scdm ali qd supius q̃ sit ipa opatio appetendi: qua pficit vt supiore simpliciter. Appetitus vero videdi illd nõ est ꝓpter hmõi videre nisi vt ꝓpter pfectionẽ sine qua media nõ potest appetens illud bonũ pfe cte attingere: neq; eius fruitionẽ: et ꝑ hoc suã in illo cõsummationẽ. Loquẽdo aũt de scda opatiõe appetit⁹, de qua obiectio nõ ꝓcedit: siliter verũ est ꝙ opatio appetit⁹ est ꝓpt pfectionẽ rei apperẽtis scdm aliqd supi⁹ q̃ sit ipa opatio appetẽtis, qa nulla opatio potest eẽ primũ obiectũ potẽtię cui⁹ est opatio. sed illa pfectio nõ cõsistit ī aliq̃ alia opatiõe potẽtię alteri⁹ ad quã ordinat: sed in obiecto illi⁹ opatiõis. Et sic appetit⁹ grauis in qescẽdo deorsum nõ est nisi ꝓpter sui esse conseruationẽ ꝑ esse ibi et appetitus animalis in fruẽdo delectabili ꝑ comestionẽ: nõ est nisi ꝓpter cõseruationẽ sui esse: et similiter appetitus rationalis in volẽdo deum: nõ est nisi ꝓpter appetẽtis cõsummationẽ in eẽ dei:

T nec est aliqs taliũ appetituũ principaliter ꝓpt aliquã aliã opationẽ. AD secũdũ: ꝙ volũtas est po tẽtia inferior & impfectior q̃ intellectus: quia mouet ab illo: Dicẽdũ ꝙ falsum est scdm p̃determina ta: nisi scdm modũ congruẽtẽ nature suę cui libere potest cõtraire, et qđ arguit ꝙ sic: quia volũtas ꝑ prẽsentiã intellectus scdm actũ fit in actu: et ꝑ absentiã non fit: Dicẽdũ ꝙ scdm p̃dicta verũ est

Ad secũdũ.

V sicut causa sine qua non: nõ aũt sicut causa ꝓpter quã sic. AD tertiũ: ꝙ visio nõ potest esse nisi cir ca obiectũ sibi vnitũ: sicut potest esse amor: ergo est pfecti⁹ & superius: Dicẽdũ ꝙ verũ est inquan tũ hmõi: quia talis amor nõ cõsistit nisi in opatione volũtatis impfecta. Visio aũt est opatio pfecta Inquantũ tñ ambo sunt pfecta ꝑ vnionẽ circa obiectũ, nihil impedit quin opatio amoris sit pfectior & superior. Qđ arguit vlterius cõtra hoc: ꝙ amare ex eo ꝙ postmodũ manet nõ est ex hoc opatio perfectior, principalior, aut supior: sicut neq; fides vel cognitio rerũ in suo genere: Dicẽdũ ꝙ verũ est si maneret absq; alio mõ vnitionis cũ obiecto q̃ prius: sicut manet illa sciẽtia: & sicut maneret fides, aliter em̃ non esset fides. Nũc autẽ post q̃ habet circa obiectũ vnionẽ veriorẽ q̃ intellectus vt

Ad tertiũ.

in sequẽti quæstione videbit: bene potest amare esse opatio supior/pfectior/& principalior q̃ sit vi sio. AD quartũ: ꝙ amicitia nõ potest esse principalis respectu aliarum virtutũ: quia fundatur su

X per ipsas: ergo nec actio voluntatis: quia actio voluntatis fundatur super actionem intellectus: Dicendum ꝙ immo scdm p̃dicta amicitia inquantum est pars iustitię, & pficit omniũ virtutum opationes: ipa est principalis sup oẽs, & principalior pars iustitię generalis nõ solũ specialis: & non sunt alię virtutes ei causa nisi sine qua nõ: sed ex ꝓpriis actionibus electiuis circa alias virtutes &

Ad quartũ.

Y earũ opationes habet causari scdm p̃dictũ modũ. AD quintũ: ꝙ pfecti⁹ est aliquẽ pfectũ aliquo se

Ad quintũ.

cognoſcere talem entẽ q̃ elígere ſiue velle talẽ eſſe:Dicendũ q̃ reuera perfectius eſt ſcire talem entem in p̃ſenti,q̃ velle ſe talem fore pro futuro:& etiã q̃ velle ſe pro futuro ſcire talem fore.multo tamen perfectius eſt velle ſe talẽ eſſe in p̃ſenti q̃ ſcire ſe talem eſſe in p̃ſenti: & etiã perfectius ẽ velle p̃ preſenti ſe ſcire q̃ talis eſt in p̃ſenti q̃ ſcire ſe talem eſſe in p̃ſenti:& adhuc multo perfectius eſt velle ꝓpter beatitudinẽ volũtatis que conſiſtit in actu amãdi,ſe talẽ eſſe in p̃ſenti:& etiam velle ſe ſcire q̃ talis eſt in p̃ſenti,q̃ velle ſe talem eſſe in p̃ſenti abſolute: & q̃ velle abſolute pro p̃ſenti q̃ talis eſt in p̃ſenti:quare & multo fortius q̃ ſcire abſolute q̃ talis eſt in p̃ſenti.Perfectius eſt enim velle ſe eſſe perfectum virtutibus ſiue velle pro p̃ſenti ſcire ſe eſſe talem ꝓpter beatitudinem: q̃ ſcire ſe vel eſſe perfectum abſolute.Perfectius igitur eſt in propoſito velle ſe eſſe ſiue velle ſcire ſe eſſe perfectũ viſione dei ſcdm intellectũ ꝓpter eius fruitionẽ ſcdm volũtatem,q̃ ſcire ſe entem talẽ.ſ.pfectũ fruitione dei,& etiã q̃ ſcire ſe eſſe pfectum viſione dei ꝓpter eius fruitionẽ:& etiã q̃ eſſe pfectũ viſione dei abſolute:& q̃ ſcire ſe eſſe pfectum viſione abſolute. Vnde qđ dictũ eſt ſcdm illos in ſoluendo q̃ voluntas nõ eſt motus in rem ꝓpter ipſam:ſed ꝓpter rei ab intellectu conſecutionẽ: falſum eſt vt patet ex dictis. Item qđ aſſumitur q̃ intellectu pfectius attingitur finis: et ideo volũtas aliqualiter perficitur pfectiõe intellectus:totũ falſum eſt:vt patebit ex ſequẽti q̃ſtione.Falſum eſt etiam q̃ non formaliter adhęremus deo volũtate ſed intellectu: & q̃ charitas nõ ſit ſup̃ma virtus niſi i via & in merito reſpectu p̃mii:qđ aperte falſum eſt.Hugo em̃ de ſancto Victore ſup. vi.c.cęle. hierarchię q̃rens de nomine Seraphin quare ab incẽdio charitatis denominat̃,dicit.ſic.Fieri poteſt vt licet oĩa virtutũ dona ſuperiores ordines excellẽtius poſſident: ab his tñ que inter virtutum dona ſublimiora ſolũ cognominationẽ trahant.Scimus em̃ de ſcriptura q̃ inter omnia virtutum dona charitas excellit.Propter qđ cõſequẽs erat vt ille ordo qui omniũ eminẽtiſſimus eſt: a charitate ſola ſumeret ſingularẽ in ſui diſcretione appellationẽ. quia enĩ cognitio veritatis poſt amorẽ ꝓxima dignitate cognoſcit̃:idcirco ab ipa qui dignitate ſcđi ſunt poſt primos angelici ſpirit⁹ cognoſcũt̃. Ecce q̃ non loquit̃ de charitate amore & cognitione ſiue viſione niſi patrię. Angeli enim nõ ſunt viatores:de quorũ charitate,amore,cognitiõe,viſione, iſta dicit:& tñ charitatẽ cęteris donis p̃ ſtatu patrię p̃fert & amorẽ cognitioni. Vnde nõ eſt ſimile de iuuamẽto p̃ logicam ad ſcięntias demonſtratiuas:& per charitatem ad viſionem:niſi illa eſſet de numero illarum, ſicut charitas eſt de numero ſupremorum donorum.tunc enim logica eſſet perfectior cęteris ſcientiis demonſtratiuis ſicut & charitas cęteris donis.

Ad ſextum. Z

Queſt. XV. Arg. prin.

In oppo.

Opi. quorũdam. A

Hugo. B

Circa Tertium arguitur: q̃ magis vnitur intellectus intellecto q̃ volũtas volito: ſic.quia ex illis fit magis vnũ. Intellectus em̃ vnitur cũ intellecto p̃r modũ informantis:volitum autem voluntati non niſi per modum terminantis. & plus vnitur rei qđ ipſam iformat ab intra q̃ qđ ipſam tm̃ terminat: quaſi ab extra. CONTRA.vnio voluntatis cum volito realis eſt. Vnio vero intellectus cum intellecto eſt ſecũdum rationem tm̃.Probatio.quia obiectum voluntatis habet rationem boni: que realis eſt.Obiectum autem intellectus habet rationem veri: que nõ niſi ſecũdũ rationem eſt ſolum:quia bonũ & malum ſunt in rebus : verum autem & falſum niſi ĩ anima & in conſideratione,vt dicit̃.vi.Metaph. Dicunt aliqui q̃ idem eſt obiectum volũtatis & intellectus differẽs ratione tm̃. quia eſt obiectum intellectus vt eſt quiditas realis ſecũdũ ſe.eſt vero obiectũ volũtatis vt eſt bonũ appẽſum ſcdm q̃ appẽſum.et ita vt eſt qd rõnis. non enĩ vult volũtas rẽ niſi ſecundũ q̃ cognitum quid eſt.Intellectus aũt intelligit rem ſcdm q̃ ſcdm ſe aliquid eſt. Maior eſt autẽ vnio cũ obiecto aliquo inquãtũ eſt reale quid:q̃ iquãtũ eſt qd ſcdm rõnẽ tm̃. Qđ nõ oportet:quoniã idem obiectũ vtriuſq̃ eſt ſcdm q̃ eſt aliquid reale.Ratio em̃ veri & ratio boni nõ ſunt obiecta intellectus & volũtatis:ſed res ipa ſub ratione veri eſt obiectum intellectus: ſub ratiõe aũt boni,volũtatis. q̃uis ꝓpterea dicit̃ cõiter q̃ verum eſt obiectum intellectus: bonũ aũt voluntatis. Quõ aũt maior eſt vnio volũtatis cum volito q̃ intellectus cũ intellecto,alibi ſatis declaraui:nec oportet repętere:qa nihil nouĩ audiui in cõtrariũ niſi iã tacta:p̃ter vnũ:videlicet q̃ illđ dictũ Hugonis ſup.vii.cęl.hierarchię.Intrat dilectio vbi ſciẽtia foris eſt,intelligit̃ de dilectione vię nõ patrię: qđ falſum eſt.Hoc enim dicit oſtẽdẽdo in ſeraphin ꝓpriã beatitudinẽ diuinę ꝑticipationis ex eius nomine dicens ſic.Ignem amoris concipiendo & prębendo calefacientes nominantur:nam quia in vnoquoq̃ ordine diſcretio nominis ſingularem quandam ac ꝓpriam notat habitudinis diuinę ꝑticipationem ex ſubſtantia ſua probat dicens.Mobile enim ſemp eorum circa diuina & inceſſabile & calidum & acutum & ſemper fluidum &c. Vbi ſuper illud acutum, dicit ſic.Signat acutũ impetum quẽdam amoris ferentis ſe in amatum:& intrantis & penetrantis in ipſum. Amor em̃ vnũ

te facere vult cū ipso.& infra.Dilectio supereminet scientię: & maior est intelligetia.Plus enī diligit q̄ intelligit: & intrat dilectio & appropinquat vbiq; scientia foris est: nec dissimulare valēs quousq; ad amatū pueniat: & eoipso amplius adhuc sitiens intrare in ipm & esse cū ipo: & tā ppinque,vt si fieri possit,hoc idē cū ipso sit ipe.Ecce q̄ aperte vbiq; loquit de amore & scientia patrię circa angelos
C cōtēplatores.qui nullo mō sunt viatores. Qđ arguitur primo: q̄ maior est vnio cū illo qđ se habet p modū informantis,q̄ cū illo qđ se habet p modū terminātis tm̄: Dicēdū q̄ verū est qñ terminās ē terminās tm̄: sic q̄ maneat extra terminatū: & ecōuerso. quēadmodū radius terminat ad parietē vnde reflectit.Qñ vero terminās nō est terminās tm̄,sed terminatū recipit in termināte per trāsformationē aliqualē in ipm terminās: tūc quāto magis tendit i idipm trāsformatio qđ informat: tanto maior est vnio rei cū eo in qđ trāsformat: q̄ cū eo qđ ipm informat.quæ trāsformatio fit volūtatis in volitū per hoc q̄ sua actione amandi vergit & mouet in ipm. Amor em̄ scđm Dionysium est virtus vnitiua & transformatiua scđm q̄ alibi declarauimus. Idcirco simpliciter magis
D vnitur volūtas cū suo obiecto q̄ intellectus cū suo. Nihilominus tn̄ respondēdū est ad rationē cōtrariā.Licet em̄ nitatur hoc pbare: hoc tn̄ nō facit bono modo. Cum em̄ dicit q̄ vnio volūtatis est scđm rationē tm̄: nō est verū.immo (vt dictū est) est: realis licet sub ratione veri: quę sumitur ex ordine quodā ad intellectū vt alibi declarauimus. Similiter quod dicūt aliqui: q̄ bonum est obiectum volūtatis vt est quid rationis: quia nō nisi vt est cognitū in ratione: Dicēdū q̄ verū esset si cognitio siue ratio cognoscendi aut essendi in cognitione esset propria ratio secundum quā esset obiectum volūtatis: sicut verū est ratio scđm quam res est obiectum intellectus.Sed non est ita: quoniam res est per se obiectum volūtatis vt habet rationē boni : licet nō absq; hoc q̄ est in intellectu. vnde volūtas tantum fertur in realitatē boni cogniti quantū ferretur in ipm si posset ferri in ipm absq; omni cognitione pręuia.

Ad arg.pri.

Ad arg. in oppositū.

Sequūtur quęsita ptinentia ad quædam genera hominū specialiter. Et erāt duo. Vnū ptinēs ad doctores: Vtrū.s.doctor siue magister determinās q̄stiones siue exponēs scripturas publice peccet mortaliter nō explicādo veritatē quā nouit. Alterum vero ad principes: Vtrū.s.liceat oppressos reprimere iniuriam suam p potentiā principū. CIRca primū arguit q̄ peccet mortaliter : quia talis doctor ex officio assumpto obligatur ad veritatē dilucidādū: cuius dilucidatio nec propter scandalū dimittenda est,dicente Gregorio sup Eze. Si de veritate scandalū surgit: vtilius est nasci scandalū q̄ veritas subticeatur,ergo &c. CONtra,veritas vitę in reprehendendo vitia quandoq; est dimittenda: ne.s.reprehensus deterior fiat: et similiter veritas iustitię in delicta puniēdo,dicente Augustino ad Parmenianū. Si periculum schismatis timetur: punitio iustitiæ est dimittenda.Similiter ergo & veritas doctrinæ aliquando est omittenda & nō dicenda,non
E ergo semper peccat mortaliter subticens eam. DIcēdum ad hoc q̄ secūdum Augustinū sup illud psal'.v.Perdes omnes qui loquūtur mendacium: aliud est mentiri: aliud verū occultare. Manifestum est autem non esse culpam quandoq; verum occultare.Falsum autē dicere nō inuenitur esse concessum. Verūtamē distinguēdū est de veritate.Est enim quędam veritas ad dicēdum opportuna: quā,s.nouit doctor esse vtilem,fructuosam,atq; expedientē audientibus.Et est alia veritas ad dicendum pernicioſa quā.s.nouit doctor esse in grauamen & nocumētum audiētiū. Loquendo ergo de prima veritate dico q̄ doctor tenetur eā prout melius nouerit & poterit explicare. Ad īstructionem em̄ audientiū debet doctoris officiū exerceri: & nō gratia alicuius priuati cōmodi,dicēte Augustino sup illud psal'.cxxxix. Vir linguosus nō dirigetur in terra.Qualis debet esse seruus dei: vt magis appetat audire q̄ dicere: et si fieri potest cupiat nō habere necessitatē loquendi & dicēdi & docendi: gaudiū taciturnitatis intus habeat in voluntate: vocē doctrinę in necessitate.quando em̄ opus est rectę doctrinę: quādo pateris imperitū: quando pateris indoctum.si semp te delectat docere, semper vis imperitū habere quem doceas.Si aūt benevolus es & vis omnes doctos esse: non vis semper habere quos doceas.Doctor ergo officium doctoris non debet assumere nisi propter imperitos: vt q̄ citius poterit eos peritos faciat: & a docendo cesset: quod nullatenus potest facere nisi ve
F ritatis quā nouit dilucidatione.Quam si non prout nouit dilucidat: sed per ambages procedit: & non quæ sentit proponit: sed aliena: Dico q̄ quantum est de se & ex officio suo auditores imperitos manere cupit: & officium docendi non ex necessitate sed ex voluntate exercet. Et ideo vt puto mortaliter peccat siue timore siue odio ad talem veritatem sic celandam perducatur : non solum in veritatem sic subticendo: sed etiam in officium doctoris assumendo,si tali intentione officium assumat qualicunq; modo.& non solum ipse : sed quicunq; sunt eius promotores,instiga-

Queſt.xvi.

Queſt.xvii. Arg.prin.

In oppoſitū.

Reſpōſio.

tores & fautores in hoc. Et hoc maxime quando doctor nouit veritatis dilucidationē cōmuni populo profuturā, & eius occultationē damnosam, p̄cipue in arduis q̄stionibus in quibus periculum vertitur: ad quas arguēdo pro & cōtra, quasi puteū abyssi aperit, & veritatē nō explicādo ip̄m nō claudit. Propter qd̄ reus ē sanguinis illi⁹ q̄ occasione tali in ip̄m p̄ errorē cadit. Q̄z si veritatē sic occultare crimē ē: quātū ergo crimē ē falsitatē p̄ veritate sciēter p̄pinare? Loquēdo aūt de veritate secūdo modo: illam potest & debet auditorib⁹ celare, et hoc siue fuerit ī grauamē: eo q̄ nō sint alīq̄ auditorū ei⁹ capaces: & dicere apd̄ se illd̄ Ioā. xvi. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare mō: siue fuerit ī nocumētū audiētiū. Audiētiū ītellīgo nō tā p̄ntiū q̄ etiā illorū ad quos p̄ audiētes doctrina illa poterit peruenire: Et hoc quēadmodum Augustinus vbi supra declarat in exemplo. Si quis quęratur ad mortē: iustus paratus debet esse verum occultare non falsum dicere: G

Ad obiecta. vt neq̄ p̄dat neq̄ mētiat, ne occidat animā suā. PER hoc patēt obiecta: Dicēdo q̄ dilucidatio veritatis opportunę quæ si nō fieret periculū posset imminere publicū, nō est dimittenda p̄pter scandalum: quia p̄pter talem veritatē nō scandalizantur nisi mali, quibus hmōi veritas est odiosa, quē admodū scandalizati sunt Iudęi p̄ dilucidatione veritatis in doctrina Christi, de quib⁹ dixit Christus. Cęci sunt duces q̄ cęcorū. Veritas tñ nō opportuna p̄pter alias causas bene dimittēda est: vt patet ex dictis: & scd̄m q̄ procedit obiectio in contrariū: quę scd̄m hoc concedenda est. H

Quęst. xvii. Arg. prin. In oppositū. Ircа Secundū arguitur: q̄ non licet repellere iniuriā p̄ potētiam principū, sic, ga Matth. v. dicitur. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā. est ergo doctrina Christi q̄ iniuriatores sustinēdi sunt: & hoc nō faciūt repellētes iniuriā sibi factā p̄ potētiā principū: quare faciūt cōtra doctrinā Christi, ergo &c. CONtra, illud est licitū sine quo nō p̄t haberi pax, Iniuriati aūt pacē nō haberēt in ecclesia nisi p̄ potētiā principum iniurię repellerent, ergo licitū est eas sic repellere.

Responsio. DIcendū q̄ circa tolerantiā iniuriarū in passo iniuriam est considerare animū passi iniuriā dupliciter: & in ordine ad ip̄as iniurias: & in ordine ad inferentē iniurias. In ordine primo debet iniuriā passus habere patiētiā ī tolerādo: & animū habere paratū ad ampliora si oporteat tolerādū, potius q̄ expetat p̄ se vindictā. Iuxta illud Matth. v. Qui te percusserit in vnā maxillā: p̄be ei & alterā. i. parat⁹ esto ad p̄bendū p̄ tolerantiā pacificā si necesse fuerit. In ordine vero secūdo debet iniuriā passus primo miti aio reatū iniuriæ ex corde dimittere. Iuxta illud Matth. vi. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Per qd̄ ab animo remouetur libido vindictę: quā nullo mō vel p̄ seip̄m vel p̄ aliū debet expetere. hoc em̄ malorū est. Vnde Augustin⁹ sup illud psal. cviii. Pro eo vt me diligerēt detrahebāt mihi. dicit sic. Reddere malū p̄ malis habeāt vel mali vl' mediocriter mali & mediocriter boni vsqueadeo q̄ lex eis dederit vlciscendi modū: oculum pro oculo: dentē p̄ dēte. Quę si dici potest, iniustorū iustitia est: non ga iniquū est vt recipiat quisq̄ qd̄ fecerit: alioquin nequaq̄ lex illud constitueret: sed quia vlciscendi libido vitiosa est: magisq̄ ad iudicem p̄tinet: inter alios hæc discernere: q̄ bonū hominē sibi expetere. Dimisso aūt reatu iniurię & libidine vindictę oīno repulsa a corde, secūdo debet ad iniuriatoris correctionē laborare: & ne insolentior fiat iniuriator, & iustitia equitatis inter eos fiat: emendā & satisfactionē expetere. quia vt dicit Augustinus ad Marcellū. et habet. xxiii. q. v. Prodest. Hoc solū bene agitur: vt vita hominū corrigatur. Glos. Siue per verba, siue per pecuniā, siue alio modo nō refert. Sed talis emēda expetēda est p̄ iudicē ecclesiasticū siue sęcularē: quia vt dicit Leo papa ibidē: res oēs tutæ aliter esse nō possunt: nisi regia & sacerdotalis defendat auctoritas. Item Augustin⁹ ad Macedoniū. & habet ibidē. Non frustra instituta sunt potestas regis: ius agnitoris: vngulę carnificis: arma militis: disciplina dominātis: seueritas etiā boni patris. habēt oīa ista modos suos: causas: rōnes: vtilitates. Hęc cū timent, & mali coercent, & boni quieti inter malos viuūt. Sed primo sup hoc reqrēdus est p̄cipue a viris ecclesiasticis iudex ecclesiasticus: & deinde si corrigere nō valet iniuriantē, iudex sęcularis. Vnde vt Isido. ibidē. Principes sęculi nōnūq̄ intra ecclesiā potestatis adeptæ culmina tenēt: vt per eādē potestatē disciplinā ecclesiasticā muniāt: cęterū intra ecclesiā p̄tates necessarię nō essent nisi vt qd̄ non p̄ualent sacerdotes efficere p̄ doctrinę sermonē: potestas hoc impetret p̄ disciplinę terrorē. Q̄z si iudex defecerit, vt celerem emēdam p̄ ipsum habere non possit: tunc expectandum est iudicium dei, de quo in psal. cxlv. Faciet iudicium iniuriam patientibus. Augus. id est vindicabit iniuriā accipientes: & puniet iniuriosos. Nec amplius causa corā iudice terreno prosequenda est. Aliter enī vt dicit Augustin⁹ ibidē, statim ad te p̄cedit vox apostolica & dicit tibi. Iā qdē oīno delictū est: quia iudicia habetis vobiscū. quare nō magis patimini iniqtatē? q̄re nō iniuriā patimini? Corripit homines quia non patiūtur iniuriam: cūq̄ sic quisq̄ passus fuerit iniuriā: nec iniuriatus I K L M

pacem cum iniuriatore poterit habere: tunc demũ vtendum eſt conſilio Chriſti. Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Q3 ſi non poterit effugere corpore, fugiat animo: ne mẽte coinquinetur ex malorũ contubernio, dicente Auguſtino ſuper illud pſal. lxvii. Nõ me demergat tempeſtas aquæ. Quibus dictum eſt: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam: hoc eis dictum eſt vt nec carne hærerent nec ſpiritu. Non enim appetendum eſt vt hęreamus vel carne: ſed quantũ poſſumus vitare debemus. Si vero hęſerimus, & in manus peccatorũ venerimus: iã corpore hęſimus: fixi ſumus in limo ꝓfundi: reſtat ꝓ anima depcari vt non hęreamus, i. nõ cõſentiamus. Sic ergo dico: ꝙ ſeruato ꝓſcripto ordine bene licet repellere iniuriam ꝓ potentiã principũ:
N & iniquũ eſſet non repellere ſi poſſibile eſſet. Et ſecũdum hoc concedenda eſt ratio ſecunda. AD rationem primam in contrarium: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: Dicendũ ſecundum iam dicta, ꝙ hoc intellĩgitur in caſu: quando iudex idoneus ad repellendas iniurias oppreſſorũ haberi nõ poteſt. Regulariter tñ fugere non debet negligendo emendã expetere & iniuriatoris correctionẽ, ſi iudex ad hoc idoneus haberi poſſit. Ad arg. princi.

Explicitum eſt Decimum Quodlibet Magiſtri Henrici a Gandauo.

Incipit Quodlibet Vndecimũ. M. Henrici a Gandauo.

DIſputatio noſtra generalis vndecima continebat triginta propoſita: Quorum quędam erant pertinentia ad deum & ad creaturam cõmuniter: quędam vero ad creaturam intellectualem ſpecialiter. De primo propoſita pertinebant ad dei actionem circa creaturam. Quorum quędam pertinebant ad creaturarum productionem, quę proponebantur primũ: deinde proponebatur vnum pertinens ad creaturarum reductionem in ipſum. Adhuc de primo proponebantur tria: quorum vnũ pertinẽs principaliter ad rem productam/erat: Vtrum deus poſſit facere ſub vna ſpecie ſpecialiſſima angeli/aliquem alium angelum æqualem in natura & eſſentia ſpeciei, angelo iam facto ſub illa. Alia vero duo pertinebant principaliter ad modum producẽdi aliquid a deo, ſiue ad modum agendi aliquid circa creationem. Quorum vnum erat. Vtrum deus poſſet facere aliquid qđ non decet, ſiue qđ non deceret illũ facere. Alterum vero erat: Vtrum in cõpoſito ex materia & forma educibili de potentia materiæ creato/principalius creetur materia an forma. Queſtio. I. Queſt. II. Queſt. III.

ClRca primum arguebatur/ꝙ angelo nunc exiſtente ſub aliqua ſpecie angeli ſpecialiſſima, deus poſſet facere alium angelum æqualem in forma & natura ſpeciei: Primo ex parte ipſius formæ ſiue naturæ ſpeciei: quia forma quantum eſt ex ſe non magis nata eſt eſſe in vno ſuppoſito q̃ in alio, & ſic æqualiter ergo nata eſt eſſe in vno ſuppoſito & in alio ſiue in pluribus: quare quia deus poteſt quicquid natum eſt eſſe aut fieri: deus poteſt facere alium angelum &c. Secundo a ſimili ſic. Non minus poteſt deus facere alium angelum æqualem in forma ſpeciei ei qui nunc factus eſt ſub ſpecie, q̃ poteſt facere alium ſolem æqualem iſti qui modo factus eſt in forma ſpeciei ſolis. ſed poteſt facere alium ſolem æqualem iam facto: ergo &c. Arg. prin. Primũ. Secundũ.

CONTRA. hoc eſſe quod habet angelus iam factus per ſe & eſſentialiter conſequitur ſpeciem angeli, quare non poteſt eſſe aliud eſſe ipſius ſpeciei angelicæ q̃ huius angeli, vt ideo neceſſarium ſit vnicum eſſe & ſpeciei & indiuiduo ſiue ſuppoſito eius. ſed eſſe non plurificatur aut communicatur niſi plurificato aut cõmunicato eo cuius eſt eſſe/quare ſi fieret alius angelus in quo eſſe ſpeciei communicaretur aut pluriſicaretur, oporteret ipſum ſuppoſitũ huius angeli iam facti communicari alteri angelo fiendo aut
O plurificari: conſequens autem eſt impoſſibile: ergo &c. HANC quæſtionem alias tetigimus in aliis quæſtionibus de Quolibet, in quibus etiam declarauimus quomodo genus in angelis aliter per differentias deſcendit in ſpecies q̃ in corporalibus. Quibus ſuppoſitis quantum ad præſens ſufficit: oporter ſcire ꝙ ſententia philoſophorum fuit ꝙ in ſeparatis non eſſet aliud eſſe ſpeciei & ſuppoſiti: & ſic ꝙ eſſentia non ſubſiſteret niſi in vnico ſuppoſito: & ꝙ vlterius nõ eſſet illius aliud eſſe eſſentiæ & aliud exiſtentię: ſed ꝙ ipſa eſſentia eſſet ex ſe quoddam neceſſe eſſe & quędam exiſtẽtia, & ſic ꝙ quodlibet ſuppoſitum ſubſiſtẽs in eſſentia ſepata eſſet deus quidã/ licet in diis eſt vnus
P primus & ſummus. Quod oĩno eſt abſurdũ apud catholicos vt alibi tractauimus. Ideo ſunt aliqui catholici dicentes ꝙ angelus vera creatura eſt, habens ab alio eſſe. Dicunt tamen ꝙ licet Reſol. q. Opi. phorũ. Improbatio opi. Opi. aliorũ.

non habet eſſe exiſtentię effectiue niſi a deo,tamē non ſubſiſtit niſi in vnico ſuppoſito in quo eſt p
fecta ratio ſpeciei:cū in nullo ſit aliud eſſe ſpeciei & aliud ſuppoſiti:& ſic ꝙ nō poſſit eſſe aliud ſup
Improbatur. poſitum angeli ſub illa. SED quia hoc damnatū eſt rationabiliter:quia eſſentia ſiue natura ſiue Q
forma ſpecifica ex ſe nō eſt niſi ipſa:nec habet eſſe aliquod qđ eſt aliud re ab ipſa:quia eſſe qđ dicit
eſſentię/qđ definitiua ratione exprimitur,cū dicit ꝙ definitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe:oīno
eſſentiale & naturale eſt ipſi eſſentię,& eſt idem cū ipſa re,differēs ab ea ſola ratione: cętera autem
oīa ſunt ei aliquo modo accidētalia:cuiuſmodi ſunt eſſe in aīa ſiue ī intellectu vt ī cognoſcēte:& eē
in ſuppoſito exiſtente extra animā vt in ſubſiſtēte:cui nō ſolū accidit eſſe exiſtentię qđ habet ī ſup
poſito exiſtēte extra animā:ſed etiā accidit ei quodāmodo eſſe in ipſo ſuppoſito, ſcđm ꝙ hoc alias
ſępius expoſuimus ſcđm Auic. Species em̄ ex ſe non habet eſſe in ſuppoſito,ſed eſſe oīno īdetermi
natū:eſſe aūt in ſuppoſito nullo modo habet niſi p hoc ꝙ eſt effectus:& p hoc habet eſſe determina
tum per qđ deſcendit in ſuppoſitū,nō p aliquid reale ptinens vllo modo ad naturā formæ ſpeciei:
quemadmodū forma generis deſcendit in ſpeciē per differentiā additā:vt aliquid reale ptinens ad
formā generis,eo ꝙ forma generis in potētia habet eſſentialiter in ſe formā quę eſt differētia,& eſt
eſſentialiter in potentia totū qđ eſt forma ſpeciei:ſcđm ꝙ etiā alias ſufficiēter declarauimus: ſed p
idipſum vt conſideratur ſub ratiōe determinati. Quare cū forma/quę ex ſe cōmunis eſt & indeter
minata, nō poteſt deſcendere in ſuppoſitū niſi aliquo modo determinetur in illud,quia aliter non
eſſet ſuppoſitū quid determinatū ſub ſpecie/qđ tñ oīs ratio ſuppoſiti requirit:ita ꝙ ſi ponat ſuppo
ſitum ſubſiſtere in re extra ſine omni determinatione,implicātur cōtradictoria:ſcilicet ꝙ eſſet de
terminatū & indeterminatū:& illa determinatio fit p aliquod eſſe nō aliud ab ipſo eſſe indetermi
nato:qđ quidē eſſe determinatū nō eſt vere accidēs:licet ſit extra rationē ſpeciei:determinatio ne
ceſſario fit p aliquid. Si em̄ illud eſſet vere accidēs,tūc ſuppoſitū ſub ſpecie nō eſſet vnū niſi p acci
dens & nullum p ſe:qđ falſum eſt. Vnde ſecūdū diuerſum modū ponēdi eſſe īdeterminatū ſpeciei R
determinari in ſuppoſito,ſcđm hoc diuerſimode ponitur ſpecies deſcēdere in ſuppoſitū/aut in ſu
poſita. Sed hoc alio & alio modo dicūt fieri in formis materialibus & ī formis ſeparatis a materia.
In materialibus em̄ dicūt ꝙ verū eſt ꝙ forma determinat p materiā in qua habet eſſe & recipi: nō
vt cōſideratur ipſa materia in ſua eſſentia ſimplici,ſed vt eſt ſub dimenſionibus. Et hoc dupliciter
quoniā in quibuſdā formā ſubſtātialem in materia naturaliter p̄cedūt dimēſiones interminatę:vt
in generabilib⁹ & corruptibilibus. In quibuſdā vero forma ſubſtātialis in materia naturaliter p̄ce
dit omnē rationē dimenſionū,vt in corporibus cęleſtibus,ſcđm ꝙ hoc plane dicit Auerro. in libel
lo de ſubſtātia orbis. In primis aūt quia dimēſiones quodāmodo p̄cedūt formā ſubſtātialē ī mate
ria/ materia ſub ratione diuiſibilis eſt ſubiectum ſuæ formę: ita ꝙ ſcđm vnam ptem ſui poteſt eſſe
ſubiecta formę ſpecificę ſcđm vnā determinationē quā habet ab illa:& nō ſcđm aliā,ſed ſcđm illam
aliā pōt eſſe æqualiter ſubiectū eiuſdē formę ſpecificę ſcđm aliā determinationē quā habet ab illa.
Et ideo in tālibus quia forma ſcđm vnā determinationē nō neceſſario continet ſub ſe totam ſuam
materiā poſſibilem ad ſui ſuſceptionē,per materiā fit indiuiduorū pluriſicatio ſub vna ſpecie ſpe
cialiſſima:& recipit ipa forma p hoc diuerſa eſſe in diuerſis ſuppoſitis. Et ſunt aliqui ſequētes dí S
Opi. quo- cta pliorū qui dicūt ꝙ nullo modo alio poteſt ſpecies determinari ad ſuppoſita niſi p materiā/ & p
rūdam. cōſequēs ꝙ nō niſi p materiā poteſt fieri formę ſpecificę indiuiduatio:neꝙ pluriſicatio p plura ſup
poſita. Sed aliter in formis cęleſtiū corporū/& aliter in formis ſeparatis īmaterialib⁹. In primis em̄
dicūt ꝙ etſi forma ſpeciei quātum eſt ex ſe ſit pluriſicabilis:vt forma ſolis & lunę,quia tñ cōtinet
in ſe totā materiā poſſibilē ad ipam ſcđm vnicā determinationē:& hoc quia vt dictū eſt forma ſub
ſtantialis in talibus p̄cedit omnē rationē dimēſionū/& eſt materia ſubiectum eius ſub ratione indi
uiſibilis:idcirco(vt dicūt)ſcđm phm in ſecūdo de cęlo & mūdo:impoſſibile eſt formas talium plu
riſicari,& impoſſibile eſt oīno plures eſſe ſoles aut plures lunas: & ꝙ deus non poſſet facere ſolem
alium ab iſto,neꝙ lunā aliam ab iſta. In formis aūt ſeparatis angelicis dicūt ꝙ quia illę nō ſunt na
tę determinari p materiā neꝙ eſſe actus materię,in ipſis nulla oīno eſt determinatio p materiā ne
ꝙ indiuiduatio:ſed ipſę formę ſingulę in ſeipſis ſunt quędā ſuppoſita abſꝙ omni determinatione
formę:ita ꝙ in ipſis nō differt eſſentia ſimpliciter & hęc eſſentia:neꝙ eſt aliud eſſe eſſentiæ ſimpli
citer & huius eſſentię,ſiue ſermo fiat de eſſe eſſentię ſiue de eſſe exiſtentię ſcđm ꝙ iam tactum eſt.
Improbat. SED hoc totū falſum eſt & erroneū atꝙ damnatū Pariſii: & hoc rationabiliter vt iam tactū eſt T
circa formā ſeparatā principaliter. Qđ etiā falſum eſt circa formā corporum cęleſtiū. eteni licet ſol
continet totā materiam ſuā(quæ ad formā ſolis eſt poſſibilis)iam factā:non tñ cōtinet totā facien
dam ſiue poſſibilem fieri a deo. Propter qđ ſicut deus poteſt facere materiā de nouo poſſibilē ad

formã ſolis talem qualis eſt illa quæ modo eſt ſub forma ſolis,ſic poteſt facere nouũ ſolem ſi velit. Sed philoſophi nihil poſuerunt de nouo poſſe fieri a deo immediate/ſed ab ęterno fuiſſe factũ quic quid ab ipſo poteſt fieri ĩmediate:& ideo poſito tali antecedente,nullo modo poterũt ponere ꝙ poſ ſibile eſſet plures eſſe ſoles aut fieri a deo/licet ipa forma ſolis quãtũ eſt ex ſe plurificabilis eſſet ſi plu
V rificari poſſet eius materia. Similiter forma angeli ita habet rationẽ vniuerſalis ſcdm rationẽ ſpe- ciei ſpecialiſſimę,ſicut eſt forma hoĩs aut aſini:& ita rationẽ cõmunis & abſtracti per intellectum & indeterminati atꝙ determinabilis, etſi nõ per materiã,tamẽ ꝙ eſſe in ſuppoſito:quia vt dictum eſt, nõ eſt ſuppoſitũ niſi per determinationẽ aliquã: vt impoſſibile ſit dicere ꝙ nõ ſit aliud eſſe eſſentiæ angeli ſimpliciter & huius angeli : immo oportet ꝙ ſint differentia ſecũdũ rationẽ determinati & indeterminati,quã quidẽ determinationẽ effectiue nõ habet forma niſi a ꝓducẽte ipſã in exiſtentia actuali:ga nõ terminat actus ꝓductionis ad eſſẽtiam rei ſimpliciter vt eſt eſſentia ſub ratione inde- terminati:ſed ſolũmodo vt eſt hęc eſſẽtia:quia oĩs actus & opatio eſt circa ſingularia,formaliter au tem habet determinationẽ in hoc ſuppoſito:quia in ipſo eſt ſcdm hoc eſſe propriũ huic ſuppoſito : & ſic poſitiua eius indiuiduatio nõ fit effectiue niſi per ꝓducẽtem,& formaliter nõ niſi per hoc eſſe Qualiter autẽ habeat fieri indiuiduatio negatiue, alibi ſufficiẽter expoſuimus. Vnde quia arti- culus iſte ꝙ nõ poſſint eſſe plures angeli ſub eadẽ ſpecie,damnatus eſt:aliqui volentes fugere illam dãnationis ſententiam, ponũt ꝙ angelica ſpecies plurificabilis eſt ſecũdũ determinationẽ eſſe diuer- ſorum in ſuppoſito,& ꝙ non eſt in aliquo ſuppoſito niſi ſcdm aliquod eſſe determinatũ.Et dicunt ꝙ eſſentia ſiue forma ſpecifica angeli poteſt deſcẽdere in plura ſuppoſita quãtũ eſt de ſe:ſed tñ ſecũ dum rationẽ perfectã ſpeciei,tãtũ in vnicũ ſuppoſitũ poteſt deſcẽdere,ſicut & ipſa forma ſpeciei eſt vnica: ſed ꝙ a ratione ꝑfectionis illius eſſe,poteſt deficere pluribus modis,& ſcdm plures grad⁹ im perfecti.Ideo enĩ(vt dicũt)cum illo primo angelo in quo eſt forma ſpeciei ſcdm eſſe cõpletũ & pfe- ctum,poſſũt eſſe plures alii ſecũdũ eſſe imperfectum & incõpletũ: ſed hoc dupliciter. Vno modo ꝙ prius q̃ deus aliquẽ angelũ fecit/ipſe potuit plures angelos feciſſe ſub vna ſpecie, ita ꝙ quilibet eoꝝ haberet aliquid de ꝑfectiõe ſpeciei,ſed ſemꝑ aliud & aliud.Alio modo ꝙ primo & vnico facto ſub ꝑ fecta ratione ſpeciei,deus potuit facere plures alios ſub eadẽ,deficiẽtes a ꝑfectione illius ſecũdũ gra dus diuerſos.Ita(ſicut dicunt)ꝙ quia decet deũ facere quod ꝑfectũ eſt:non autẽ decet eũ facere qđ imperfectũ,idcirco ſub vna ſpecie ſolũ fecit vnicũ angelũ.ſ.qui ſcdm eſſe perfectũ contineret formã ſpeciei,& nullũ aliũ.Etenim ſi plures poſſent fieri ſub ipſa,nõ tamen fecit:quia aliũ ęqualem illi qui ſecũdum eſſe perfectũ continet eſſentiã,facere non potuit: aliũ ſecundum eſſe impfectum cõtinen- tem in ſe eſſentiam non fecit:non quia illum facere non potuit,ſed quia facere eum nõ decuit: ſup
X quo mota fuit quæſtio ſequẽs. Quod omnino falſũ eſt quo ad eſſe ꝑfectũ angeli facti,& per con- ſequens ex ꝑte aliorum fiendoꝝ.Cũ enim illud eſſe ſpeciei in angelo ꝑfecto quãtũcũꝙ ſit perfectum & cõſequens ſpeciẽ,& in illo ſuppoſito ſit determinatũ,& formaliter determinãs formã ſpecificam ad ſuppoſitũ,neceſſario differt ab eſſe eſſentiæ ſpeciei ſimpliciter:quod eſt ĩdeterminatũ.Sicut etiã ſecũdum rationem determinati & indeterminati differunt eſſe incõpleta,poſſibilia fieri/ſcdm illos/ in aliis angelis,& eſſe ipſũ eſſentiæ ſimpliciter:ita ꝙ omnino falſum ſit dicere ꝙ in aliqua creatura ſubſiſtẽte in ſuppoſito nõ eſt aliud eſſe ſimpliciter & eſſe huius:& ꝙ in nullo differũt eſſẽtia & hęc eſſentia, quia eſſẽtia ſimpliciter propter ſui eſſe omnimodam indeterminationem eſt in potẽtia ad quodlibet eſſe determinatum,ſiue fuerit perfectum ſiue impfectum:& ſic eſt in potentia ad eſſe de terminata diuerſa ſecũdum perfectũ et imperfectum:ſimiliter ad eſſe diuerſa ſecũdũ rationẽ ęqua- lem perfecti & impfecti : etiam ſi non poſſet deus facere angelũ,nec poſſet angelus eſſe omnino niſi ſecundũ rationem eſſe ꝑfecti:& hoc quẽadmodum forma eſt pluriſicabilis ſecũdum diuerſas mate- rias/ſi poſſibile eſſet illas eſſe.Et ideo ſicut ex parte ſolis deũ poſſibile eſt facere aliam materiã ſecun dum quã forma ſolis eſt in potentia ad aliũ ſolem, etſi non eſt niſi vnica,& æqualem illi:& ſic cum effectu poteſt facere plures ſoles æquales: ſic ex parte angeli poſſibile eſt deũ facere angelum ſcdm aliud eſſe æque perfectum illi eſſe quod habet angelus iam factus,acſi non eſſet alius factus:quia ſe
Y cundum illud eſſe forma angeli eſt in potentia ad alium angelum. Quod autem dicunt ꝙ plures angelos poteſt deus facere ſecundum eſſe imperfectum:hoc omnino falſum eſt,quia ſpecies angeli- ca in ſimplici & indiuiſibili conſiſtit,nõ recipiẽs magis aut minus:ergo in quocunꝙ eſt,tota eſt,& æqualiter tota ẽ quo ad eſſẽtialia formę. Qđ addunt/ ꝙ deus non facit illos angelos ĩperfectos
Z quia non decet eum facere illos:de hoc videbitur in ſequenti quęſtione. SIC ergo ſimpliciter di co ad quæſtionem, ꝙ deus quocunꝙ angelo iam facto poteſt facere æqualem in forma & natura & eſſe ſpeciei. Et ſecundum hoc concedenda ſunt duo prima obiecta pro iſta parte. Ad tertium

Opinio alio rum.

Improbatur

Reſpõſio ad quęſtionem. Ad ar.i op.

qđ eſt in contrarium / ꝙ eſſe qđ habet angelus perfectus iam factus, per ſe & eſſentialiter ſequitur ſpeciem angeli: dicẽdum ꝙ aliquid ſequitur ſpeciem angeli aut ex præciſa natura & forma ſpeciei angelicę, aut nõ niſi per aliquid aliud. De illo qđ primo modo ſequitur verum eſt ꝙ nõ eſt niſi vni cum ſicut vnica eſt eſſentia: & tale eſt eſſe eſſentię indeterminatũ: nequaq̃ autem eſſe eſſentię determinatum: illud em̃ non ſequitur eſſentiam niſi per accidẽs, ſ. per hoc ꝙ eſt effectus dei & determinata in ſuppoſito. Vnde ſi ſecũdum primũ eſſe haberet ſpecies rationem ſuppoſiti, verum eſſet qđ dicũt, hoc em̃ dixerunt philoſophi. Et ideo dicebant ꝙ in formis ſeparatis nõ differrent eſſẽtia ſimpliciter & hæc eſſentia: neq; eſſe eſſentię ſimpliciter & huius eſſentiæ: & ꝙ oĩno in eis non differũt eſſentia ſiue ſpecies, & ſuppoſitũ: quod falſum eſſe patet ex iam dictis.

Queſt. ii. Argu. prin. Primũ.

Circa ſecũdum arguebatur / ꝙ deus poſſet aliquid facere quod nullo modo deceret eũ facere: primo ex pte factibilis ſic. Deꝰ poteſt facere plures angelos ſub vna ſpecie, quia cõtrarium eſt articulus damnatus: qđ tamẽ nullo modo decet deũ facere: quia illud repugnaret perfectioni angelicę / qua tota ſpecies in vnico indiuiduo poteſt perpetuari. Plurificatio em̃ indiuiduoꝝ non eſt niſi propter ĩperfectionem eius qđ non poteſt perpetuari in vnico indiuiduo: vt patet in hominibus, ergo &c.

Secũdum.

Secundo ex parte factibilis & facientis ſimul, ſic. Factum a deo factũ eſt meliori modo quo poteſt fieri ſecũdum rectam rationẽ: vt patet per Auguſt. qui dicit, iii. de libe. arbi. cap. vii. Credit humana anima deum feciſſe qđ vera ratione ab eo faciẽdum fuiſſe cognouit / etiãſi hoc in rebus factis nõ videt. (Neq; em̃ tu potes aliquid melius in creatura cogitare qđ creaturæ artificẽ fugerit) quare etſi cęlum oculis videre nõ poſſet: & tamen ratione vera tale aliquid faciendũ fuiſſe colligeret, credere debuit factũ eſſe q̃uis id oculis non videret. Quare quod a deo factum eſt, meliori modo factum eſt quo poteſt fieri ſimpliciter, quia qđ eſt melius ſimpliciter, eſt melius ſecundũ rectam rationẽ: cuius contrarium nullo modo decet: & tamen poſſet illud facere: quia quod deꝰ facit optimo modo / poteſt facere modo miñ bono tm̃. ergo &c.

In oppoſitũ.

CONtra, qđ non decet deum incõueniens eſt deum facere: quia omne indecens eſt inconueniens: minimũ autem indecens in deo maximum eſt impoſſibile, ſcđm Anſel. in lib. cur deus homo, pri. cap. xx. ergo &c.

Reſolu. q.

DICENDVM ad hoc, ꝙ ſcđm Tullium in primo de officiis, de officio duplex eſt quæſtio. Vna pertinens ad finem: & eſt de bono & eius oppoſito qđ eſt malũ: vtrum, ſ. quod ꝓpoſitũ eſt ſit bonum an malum: & duobus bonis propoſitis, vtrũ illorũ ſit melius. Altera pertinẽs ad ea quæ ſunt ad finem: & eſt duplex quęſtio: vna an, ſ. factum vel faciendum ſit honeſtũ an turpe: & duobus honeſtis propoſitis vtrum illorum ſit honeſtius: altera an factum vel faciendum ſit vtile an inutile: & duobus vtilibus propoſitis, vtrum illorum ſit vtilius. vt ſint tria de quibus fit omnis quęſtio in agibilibus & factibilibus quæ ſunt bonum, honeſtum, & vtile: quę ſunt eadem cũ illis, licens, decens, & expediens. Omne em̃ licens ex ſua natura eſt bonum & econtrario: & omne decens eſt honeſtum & econtrario: & omne vtile eſt expediens, & econtrario. Omne autem decens ſiue honeſtum & omne vtile ſiue expediens eſt bonũ: ſed nõ econuerſo. Aliqua em̃ ex ſe bona ſunt & licita, quæ tamẽ nec honeſta ſunt nec vtilia. Omnia em̃ mihi licent / dicit Apoſtolus: ſed non omnia expediunt: & vere addi poteſt: neq; honeſta ſunt. Sed de vtili & honeſto dubitatio eſt an omne vtile ſit honeſtum & econuerſo. de honeſto autem determinat Tullius ꝙ conflatur ex quatuor virtutibus cardinalibus. In omnibus em̃ operibus virtutum conſiſtit honeſtum: & ꝙ ideo omne qđ eſt vtile ſimpliciter ex natura ſua / quia virtꝰ conſona eſt naturæ / eſt honeſtum, & econuerſo. Non ſic autem de vtili ex tempore qđ appellatur cõmodum: quod in malis ſolummodo pugnat cum honeſto. Quod enim eſt turpe, licet ſit vtile, ne quaq̃ eſt eligendum: quia hoc ſecũdum rectam rationẽ fieri non poteſt. quare cum deus nihil agit propter vtile cõmodum / & omnia ſecũdum rectam rationem: in dei opere idem ſunt bonum honeſtum & expediens. Quare, quia deus nullo modo poteſt facere qđ non eſt bonum & expediens, nullo modo poteſt facere qđ non eſt decẽs ſiue decorum aut honeſtum. Verum ad clariorem huius intellectum habẽdum, Sciendum ꝙ factum aliquod dicitur honeſtum ſiue decens ex duplici ordine. Primo ex ordine quem habet ad facientem: ſecũdo ex ordine ad aliud factum. Secundum primũ ordinem bonus & ſapiens nunq̃ facit niſi quod ſtatũ eius decet & honeſtum ſit facere: & nunq̃ facit qđ non decet ſtatum ſuum: quia illud eſt indecens ſtatui ſuo. Vnde quia regem non decet intrare cauponam & ganeam cum ſcurris & cæteris vilibus hominibus, rex ſapiens hoc nunq̃ faceret. Et ſecũdum iſtum modum deus, quia eſt optimus & ſapientiſſimus, nec facit nec poteſt facere aliquid qđ nõ decet eum facere. Et de tali modo proprie propoſita eſt quęſtio. Scđm ordinẽ ſecũdũ aliquid dicitur decens ſiue honeſtum dupliciter, qđ patet ex eius cõtrario, qđ eſt indecens ſiue in-

A

B

honeſtum. Quia vno modo dicitur inhoneſtum vel indecẽs ſecũdum ordinem aliquem particularem ad aliquã cauſam particularẽ, & ad facta aliqua particularia. Alio modo ſecundũ ordinem vniuerſalem ad aliquã cauſam vniuerſalem/& vniuerſaliter ad omnia alia. Primo modo inhoneſtũ eſt aliquod malum pœnę, puta ꝙ aliquis ſit cęcus: vt erat ille de quo eſt ſermo Ioan. ix. indecens eſt & inhoneſtum in ordine ad merita eius: quia vt ibidem dicitur, nec ipſe nec parentes eius meruerũt vt cęcus naſceretur. Similiter indecens eſt in ordine ad perfectionem aliorum ſenſuũ in illo: quẽadmodum indecens eſſet ꝙ patibulum latronũ ſtatueretur in medio foro ciuitatis, vbi nihil mali de meruerunt ciues, aut maiores eorum. Decens autem eſt ꝙ ſtet extra ciuitatẽ ad ſuſpendendum latrones. Et conſimiliter decens eſt ꝙ quãdoq; per publicam iuſtitiam excęcetur id meritus. Secundo modo nihil eſt inhoneſtum niſi malum culpę. Nullum enim malum pœnę contingit in particulari quod non congruit vniuerſo, & eſt eius cauſa rationabilis & certa, q̃uis nobis incognita multotiens. & ſic decens & honeſtum fuit ꝙ ille cęcus naſceretur Ioan. ix. quia ex hoc eſt quiddam decens
C & honeſtum ortum, ſ. dei glorificatio, vt ibidem dicitur. De illo ergo qđ eſt indecens iſto ſecundo modo: dico ꝙ deus non poteſt facere quod non decet ipſum facere, ſicut nullo modo poteſt peccare. Et poſitio illorum implicare videtur ꝙ hoc quod eſt facere angelum imperfectum ſit tale indecens. De illo autem quod eſt indecens primo modo/qđ tamen decens eſt & honeſtum per oppoſitionem ad indecens ſecundo modo: Dico ꝙ deus poteſt facere qđ eſt indecens: non tamen ſub ratione illa qua eſt indecens, aſpiciendo ad ordinem & cauſam particularem: ſed ſub ratione qua eſt decens aſpiciendo ad ordinem vniuerſalem & cauſam ſuperiorem & vniuerſalem: ſecũdum quem modum alias declarauim⁹ quomodo deus erat cauſa cęcitatis & mali pœnę in illo cęco nato: & qđ ſic erat decens, licet ſecundum alium ordinem indecens, bene deum decuit facere non ſecũdum ꝙ erat indecens ſed ſolum ſecũdum ꝙ erat decens. Et ſic abſolute dico/ꝙ deus nullo modo poteſt facere aliquid qđ nullo modo & ſecũdum nullum ordinem deceret eum facere: immo quicqnid facit decet eum facere: & quicquid facere poteſt, ſi faceret, deceret eum facere, & nõ niſi ſecũdum ordinem decẽtem faceret. Vnde ſi poteſt deus Petrum damnare & Iudam ſaluare de potẽtia abſoluta, hoc nõ eſt niſi quia deceret eum facere hoc ſecũdum ordinẽ aliquẽ iuſtitię ſi faceret, nec aliter poſ-
D ſet illud facere. Et ſic nihil poteſt deus facere de potentia abſoluta, quin illud poteſt facere de potẽtia ordinata: licet ſecundum alium ordinem q̃ ſit ille propter quem dimittit illud facere: ita tamẽ ꝙ ſemper facit quod melius & rationabilius eſt aſpiciendo ad totum ordinem vniuerſi, ſecundum
E quem multa non facit quæ poſſet facere. Ex quo patet ꝙ valde incõueniens eſt dicere ꝙ deus poſſet plures angelos facere ſub eadem ſpecie ſecũdum dictum modũ, quos tamen non facit, quia non decet eum illos facere. Si autem intelligatur ꝙ poteſt illos facere: & abſolute ꝙ ſecundum nullum ordinem omnino decet eum illos facere, ſimpliciter falſum eſt & erroneum. Si vero intelligatur ꝙ poteſt illos facere ꝙ tñ deceret eũ facere eos ſecundũ aliquem ordinem ſi illos facit: ſed ꝙ non facit hoc eſt quia ſecũdum alium ordinem conuenientiorem non decet eum illos facere, nec decuit eum
F illos feciſſe, bene debet concedi. Sed vtrum iam fecerit plures ſub eadem ſpecie, an tm̃ ſingulos ſub ſingulis ſpeciebus, vt ſint tot ſpecies angelorum quot ſunt angeli: an ſint plures ſub vna ſpecie, an omnes eiuſdem ſpeciei: de hoc nihil ad preſens: ſed an poſſibile ſit plures fieri ſub eadem ſpecie ſemper tamẽ ſecũdum eſſe perfectius & imperfectius iuxta prędictum modum in quęſtione precedenti an ſecũdum æqualem perfectionem ipſius eſſe/de hoc ſimiliter nihil ad preſens plus q̃ iam dictum eſt. Concedenda eſt ergo ratio vltima probans ꝙ deus nihil poteſt facere quod nullo modo deceret
G ipſum facere. Ad primũ in oppoſitum/ꝙ repugnat perfectioni angelorum facere plures ſub eadem ſpecie: dicendum ſecũdum prædicta in præcedente quæſtione ꝙ falſum eſt qđ aſſumit: & ad illius probationem/ꝙ plurificatio indiuiduorum ſub eadem ſpecie non eſt niſi propter ipſius ſpeciei imperfectionem: dicẽdum ꝙ plurificatio indiuiduorum ſub eadem ſpecie/duo reſpicit, ſ. & pluralitatem multitudinis ex parte ſpeciei, & modũ multiplicandi ex parte actus, quo multiplicantur. Quo ad primũ dico ꝙ non eſt niſi propter perfectionem formę ſpeciei. Quo ad ſecũdum dico ꝙ plurificatio per actionem alterius: vt per creationẽ, nullo modo repugnat perfectioni ſpeciei: immo hoc eſt de eius perfectione: plurificatio autem eius per actionem propriam ſcilicet per generationem non eſt ſine aliqua perfectione ſpeciei, qua ſcilicet non poteſt plurificari in vno ſecundum numerum/vt procedit obiectio: non tamẽ eſt ipſa plurificatio effectiue propter illam imperfectionẽ, ſicut nec ipſa generatio ſimpliciter, ſed potius propter perfectionem: perfectionis enim eſt generare & perfectorũ tm̃/licet generare in aliena materia ſit imperfectionis: ſed hoc non propter ipſum generare, ſed propter ipſum aliud generatum & alienam materiam: ſecũdum ꝙ amplius declarauimus hoc loquen-

Reſponſio.

Quoli. v. 3. v.

Ad pri. pri.

Ad ſcdm. do de generatione in diuinis. Ad ſecundum/ q̄ factum a deo factum eſt meliori modo quo fieri H
poteſt: dicendum q̄ verū eſt aſpiciendo ad totum ordinē qui nūc eſt in rebus. Et quod aſſumí-
tur: q̄ contrarium illius nullo modo decet, dicendum q̄ verum eſt ſecūdum illum ordinem qui
nunc eſt: ſi tamē poteſt illud facere & faceret ſecūdum alium ordinem eſſet decens & melius q̄ nō
facere. Nihil enim omnino poteſt fieri in rerum natura quod cadit extra ordinem diuinæ ſapien-
tiæ atq̄ iuſtitiæ omnino.

Queſt.iii. Argu.prin. In oppoſitū. Circa tertium arguebatur q̄ in creato cōſtante ex materia & forma educibili de potentia materiæ verius & principalius dicatur creari forma q̄ materia: quia creatio eſt mutatio ad eſſe, quod ergo verius per creationem recipit eſſe debet dici verius creari: ſed forma eſt huiuſmodi, quia verius & principalius habet eſſe q̄ materia/ſecūdum Philoſophū. vii. Metaphyſi. ergo &c. Contra, proprium eſt creatiōis reſpectu mutationum aliarum q̄ producat aliquid de nihilo nihil præſupponendo: qđ ergo de nihilo omnino producitur minus præſupponendo aliquid, verius & principalius debet dici creari: materia eſt huiuſmodi reſpectu formæ: quia forma materialis in ſuo eſſe qđ recipit naturaliter preſupponit materiam ordine quodam naturæ: materia autem omnino

Reſolu.q. Noua q̄ſtio. nihil præſupponit, vt patet: ergo &c. QVIA queſtio tangit etiam creationem ſubſtantiarū ſim- I
plicium, in quibus eſſentię per creationē acquiritur eſſe, & aliqui dub: tant de eſſe & eſſentia vtrū
illorum verius habet creari & principalius: ſicut in propoſito dubitatur de materia & forma: Eſſen
tia em̄ ſe habet ad eſſe, vt videtur, ſicut materia ad formā: ideo altius quæſtionē attollēdo: SCI-

Opinio.i.ſex ponens. endum q̄ aliqui ſunt qui primo dicunt eſſe ſex: quæ non poſſunt ſaluari niſi in creaturis realiter
differat eſſe ab eſſentia. Qui etiā ſecundo ſoluunt tres rationes quibus probatur non poſſe ſaluari
creationem ponendo eſſentiam & eſſe realiter differre. Et tertio improbant tres diſtinctiones qui
bus alii reſpondent difficultatibus ſibi obuiantibus. Et quarto reſpondent tribus rationibus quas
alii inducunt ad probandum q̄ eſſe & eſſentia ſignant eandem rem. Et ſimiliter improbant cōfir-
mationes illarum trium rationum inductas contra ſolutiones datas ad illas. Quinto autem oſten-
dunt eoſdem male exponere quandam auctoritatem Boetii. Sexto ipſi adducunt tres rationes quí-
bus oſtendunt q̄ non poſſet creatura in nihilum redigi niſi differrent in ea realiter eſſentia & eſſe.
Quibus intendimus reſpondere: & ſimiliter aliis inductis ab illis/ & etiam tribus aliis rationibus
quibus nituntur oſtendere q̄ tollentes talem differentiam non poſſunt ſaluare q̄ creaturæ de no-

Primum primi. uo poſſint creari a deo ſiue procedere ab ipſo ex arbitrii libertate. Circa primum igitur dicta ſex K
inducendo dicunt q̄ primum illorum eſt, q̄ omnis creaturę eſſentia poteſt intelligi cum oppoſito

Reſponſio. ipſius eſſe: nihil autem poteſt intelligi cum oppoſito ſuiipſius: ergo. &c. Et eſt reſpondendum ſi-
cut reſpondi alias in parte, & ſimiliter ad alia ſequentia, q̄ nihil re & ratione idem cum aliquo po
teſt intelligi ſub oppoſito illius, ſicut neq̄ cum oppoſito ſuiipſius: & ſi poteſt intelligi cum oppoſi
to illius, realiter differt ab illo; idem tamen re cum aliquo ſic vt non apponat rem differentem illi,
ſed differēs ſola intētione ab illo, bene poteſt intelligi ſub oppoſito illius, vt contingit in ꝓpoſito de

Secundum. eſſentia reſpectu eſſe & nō eſſe. Secundum(vt dicunt)eſt q̄ quęlibet eſſentia creaturę participat L
eſſe, ita q̄ omne eſſe in creatura eſt quid participatum. & q̄ creatura non participaret eſſe/nec eſſe
creaturæ diceretur quid participatum niſi eſſet ibi differentia realis. Nam omnis participatio, vel
eſt per modum potentię vel per modum actus: quia ſcilicet potentia ſuſcipit aliud, actus vero ſuſci
pitur ab alio. Hoc enim eſt participare quaſi partem eius capere. Quod enim aliquid in ſe ſecūdum
totum habet, non participat illo: ſed plenitudinem habet eius: eſſentialiter & realiter exiſtens illud.
Vnde ſi calor eſſet ſeparatus, eſſet fontalis calor habens in ſe omnem rationem & plenitudinem ca
loris: & reſpectu eius calor in materia eſſet diminutus, & ſecundum participationem ſubiecti rece
ptus: nunc autem eſſentia participat eſſe ſicut potentia actu: & eſſe participatur ab eſſentia, ſicut
actus a potentia: quia eſſentia creaturæ non poteſt recipere eſſe, neq̄ eſſe recipi ab illa ſecundum ip
ſius eſſe plenitudinem: vt loquamur de eſſe creaturæ reſpectu eſſe dei, ſicut & de calore in materia
reſpectu caloris ſeparati. Dicitur autem calor in materia participatus & reſpectu ſui ſubiecti & re-
ſpectu caloris ſeparati: ſed reſpectu caloris ſeparati dicitur quodāmodo participari reſpectu ſuiip-
ſius, quod contingit ei eo q̄ eſt quid imperfectum in ſe: ſi enim in ſe perfectus eſſet non eſſet natus
recipi in alio: nec eſſet imperfectus reſpectu alterius omnino. Vnde dicere q̄ calor eſt in alio re-
ceptus & non participatus, eſt dicere repugnantia. Sic ergo eſſe creaturæ non eſſet participatum
aut diminutum niſi eſſet in alio receptū. Receptum dico diſtincte ab eo ſecundū rem: nihil enim
ſeipſum diminute recipit. Sed per hoc vltimū quo præuidit ſibi eſſe reſpondendum: Reſponden-

dū eſt dicendo ꝙ eſſe creaturæ participat eſſe per modum potentiæ,& eſſe participatur ab illa per modum actus: & hoc non inquantum ſunt idem re,ſed inquātum differunt intentione. Et quod aſſumit contra hoc:ꝙ tunc eſſe non reciperetur ab eſſētia creaturę diminute,quia nihil ſeipſum recipit diminute:Dicēdum ꝙ ſicut nihil recipit idem ſibi ratione quadam,ſed ſolum ratione qua diuerſum: ſic nec recipit illud diminute niſi ratione qua differens a ſe,ſaltem ſecundum intentionem, quę quidem diminutio recepti non eſt reſpectu recipientis ſed reſpectu eſſe dei.Nihil em̄ recipit ſeipſum diminute etiam ratione qua diuerſum/niſi in ſeipſo ſit id quod eſt diminute,ſecūdum ꝙ etiam ipſi ponunt in ſuo exemplo de calore. Vnde quia eſſentia creaturę diminute eſt eſſentia reſpectu eſſentię diuinę:nullum inconueniens eſt immo neceſſarium eſt ꝙ recipiat eſſe diminute,licent idem ſint re,recipiens & receptum,differentia autem ſola intētione. Tertium eſt(vt dicunt)ꝙ entia in genere ſūt,& determinata ad genus.Quod nō poteſt ſaluari niſi re differant eſſentia & eſſe.Secūdum em̄ Cōmentatorē in ſecūdū Metaphyſicę, Genus dicit formam mediam inter potentiam & actum:quiditas ergo cuiuſlibet creaturę eo ipſo ꝙ eſt in genere dicit quid in potentia ad actum,& per cōſequēs quid in potentia ad eſſe, ita ꝙ ſecūdum ꝙ nata eſt recipere magis & minus de eſſe,ſecūdum hoc cōſtituit alium & alium gradum in entibus,& eſt in alio & alio genere,& in alia & alia ſpecie entis. Hoc totum verum eſt:ſed non propter ipſum eſſe receptū,ſed ſolum propter ipſam eſſentiam recipientem.Per eſſentiam em̄ ſuam res ſunt in prædicamentis,licet ſunt extra in re per participationem eſſe exiſtentię: & ſic per eſſentiam ſuam determinatur omnis creatura ad genus.Propter hoc em̄ eſſentia cuiuſcꝫ creaturę compoſita eſt ex forma generis & forma differentiæ,quæ quidem forma generis media eſt inter puram potentiam & quæ eſt materiæ,& inter actum perfectum,qui eſt in forma ſpeciei completa:cuius cōplementū eſt forma differētiæ.Nec eſt iſta compoſitio ex diuerſis ſecūdum rem ſed ſecūdum intētionem ſolum,& ſufficit cōpoſitio ex ſic differentibus vt conſtituātur eſſētiæ creaturarū in diuerſis generibus & ſpeciebus,qa iſta diuerſitas trahitur a natura ipſarum differentiarum ſecundum ſe conſideratarum abſq; omni eſſe actualis exiſtentię:licet eſſentia creaturę perfecta in gradu ſpeciei ſpecialiſſimę vlterius ſit in potentia ad eſſe exiſtentię,qđ omnino accidentale eſt eſſentiæ & naturæ generis.Dico quo ad ſuā intentionem qua differt ab eſſentia licet non re aliqua.& facit tale eſſe compoſitionem accidentalem Et ideo eſt potentia alia qua eſſentia eſt in potentia ad eſſe exiſtentię, a præcedente qua forma generis eſt in potentia ad formā ſpeciei aut differentię: & nulla ipſarum eſt ipſe actus.nec oportet ꝙ propter hoc vllo modo differāt potētia & actus ſcđm rē,& faciāt realem compoſitionem,ſicut differunt materia & forma in materialibus & faciunt cōpoſitionem realem,propter quā ſunt in inferiori gradu q̄ immaterialia:in quorum eſſentia nulla eſt omnino compoſitio ex diuerſis ſecūdum rem.Per qđ patet ꝙ non tenet tale ſimile quo ipſi dicunt ſic. Niſi in elementis eſſet compoſitio ex materia & forma re differentibus,non eſſet vnum elementum materialius altero,ſed quodlibet elementum eſſet ipſa forma:ſic niſi in eſſentia cuiuſlibet creaturæ eſſet compoſitio ex potentia & actu realiter differentibus,non eſſet vna creatura potentialior altera,ſed quælibet eſſet ipſe actus:quoniam materia non poteſt minus differre a forma q̄ realiter/potentia autem poteſt bene differre ab actu minus q̄ realiter:qđ plane patet in genere & differentia. Quartum(vt dicunt)eſt/ꝙ in entibus eſt analogia/ quæ amoueretur niſi re differrent eſſentia & eſſe : quia prima analogia eſt inter prima diuidentia eſſe quæ ſunt participatum & imparticipatū:ſed ſi non differrent realiter eſſentia & eſſe,in rebus non eſſet participatum,vt dictum eſt:quare nec analogia. Et eſt dicendum,ꝙ cum diuiditur eſſe in participatum &.non participatum,ibi ſumitur eſſe non tam pro eſſe exiſtētię q̄ pro eſſe eſſentiæ. Quicquid enim eſt in creaturis,participatum eſt,ſiue fuerit eſſe ſiue eſſentia,reſpectu eſſe & eſſentiæ creatoris. Non em̄ omnis participatio eſt accidentalis,ſed eſt aliqua eſſentialis. eſſentia enim creaturæ eſt participata eſſentia reſpectu eſſentiæ dei:& ſic licet nullum eſſet eſſe exiſtentiæ omnino,eſſe tamen eſſentiæ & eſſentia ipſa creaturæ id qđ eſt inquātum huiuſmodi/participatum quid eſt : quare etiam licet eſſe exiſtentiæ creaturæ non eſt in re aliud ab eius eſſentia,eſſent tamen ambo,ſcilicet eſſentia & eſſe exiſtentię creaturæ,quędam participata. Quintum (vt dicūt) eſt,ꝙ oīs creatura participat aliqđ accidens,qđ non eſſet niſi eſſentia participaret eſſe:quia,ſecundum Boetium,nihil participat alio quod non participat eſſe. Quod bene verum eſt,ſed falſum eſt qđ aſſumūt,ſi non differunt re eſſentia & eſſe,eſſentia non participat eſſe. Vnde ex eo ꝙ dicimus ꝙ eſſe exiſtētię nihil reale addit ſuper eſſentiam,nō ſequit ꝙ eſſentia creaturæ ſit ipſum eſſe ſuū,qđ ſoli deo cōpetit:ſed tūc illud ſequeretur,ſi nec reſpectū alterius intētionis adderet eſſentiæ,quem quia addit vt aliquid accidentale illi & vt accidens non reale ſed intentionale,

N Tertium.

O Reſponſio.

P Quartum.

Q Reſponſio.

Quintum.

Reſponſio.

ſequitur ꝙ eſſentia non ſit ſuum eſſe,ſed ꝙ vt accidente quodam intentionali participat ipſum eſ-
ſe quod eſt primo participatum vt receptum in alio,& ſupponitur in qualibet alia participatione
accidẽtis realis & realiter differẽtis a ſubiecto ſuo.& ſic ſecũdum Boetium/eſſe participat creatura
vt ſit,eſt vero vt participet alio quolibet,& aliquid ſit. Sextum eſt (vt dicunt) ꝙ omnis creatu-
ra eſt aliquo modo mutabilis ſecũdum ſubſtantiam,qđ non ſit ſine reali differentia inter eſſentiam
& eſſe:quoniã omne mutabile ex aliqua informitate formatur: eo ergo ipſo quo eſt eſſentia poteſt
acquirere eſſe / & perdere eſſe/ & mutari ſecundum eſſe.Sic ergo intelligitur eſſentia eſſe quid in-
forme reſpectu eſſe,& eſſe intelligitur eſſe perfectio eſſentię,& per conſequens ꝙ eſſe ſit res alia: qđ
Secũdũ prin falſum eſt quo ad hoc vltimum,vt patet ex dictis : licet verum ſit quo ad alia. CIRca ſecun-
cipale opini dum dicũt ſic. Triplici via poſſumus oſtendere ꝙ argumentum primum factum ab aliis contra ip
onis dictæ. ſos:videlicet ꝙ ponentes creaturam produci ex eo ꝙ eſſe recipitur in eſſẽtia,vt diuerſum in diuer
ſo ſecundum rem,non poſſunt ſaluare creationem ipſius eſſe:quia tunc creatio eſſe preſupponeret
Prima via. aliquod ſubiectum,quod eſt contra naturam creationis:non concludit,nec probat propoſitũ. Pri
ma via quę eſt ex parte dei producentis,ſic patet.Nam(vt dicũt)nulla cauſa ſupponit ſuum effe-
ctum,bene tamen ſupponit effectum alterius:ars enim ſupponit effectum naturæ,non artis:& na
tura ſupponit effectum dei non naturæ.In eo ergo ꝙ deus producendo creaturam totã ſimul pro-
ducit,ſ.eſſentiã & eſſe, in tali actione nullo ſuppoſito agit, ſicut ſi crearet compoſitum ex materia
& forma,vt lapidem.Licet enim forma requirat materiam in qua recipiatur,nec fieri poſſet niſi in
materia:vere tamen deus creat lapidem,& quo ad materiam, & quo ad formam,& hoc ex nihilo:
Reſponſio in quo incipiunt tangere propoſitum in quæſtione principali. Sed dico ego / ꝙ non obſtantibus R
ad primam dictis in via iſta,adhuc propoſitũ ſtat.Licet enĩ ſimul duratiõe creantur materia & forma: quia ta
viam. men forma creatur in materia vt quod informat,& de cuius potentia eſt nata produci,& materia
creatur nõ in alio:igitur natura prius creatur materia q̃ forma in ipſa.Et(quod amplius eſt)quã
do forma nata eſt educi de potentia materię,non habet proprie fieri per creationem,ſed potius per
quandam informationem,acſi produceretur a deo ſupernaturaliter ex materia præcedente in tem
pore,licet in propoſito non præcedat niſi natura.Cum enim deus agit aliquam actionẽ in qua po-
teſt aliquo modo cõmunicare natura,reliquit naturæ quod ſuum eſt.Vnde quia naturę materiæ
eſt vt de eius potentia producatur forma ad quam eſt in potentia: deus ergo producens in mate-
ria formam producibilem de potentia materiæ,etſi ſimpliciter eam producat, producit tamẽ eam
de potẽtia materiæ.Et ſic licet in prędictis ſaluatur creatio totius compoſiti ex materia & forma,
non tamen ęque proprie ſecundum vtrãq; eius partem.& ſic eſſe non omnino ita proprie ponitur
creari vt eſſentia,ſi tamen ponitur eſſe in eſſentia,vt forma producibilis de potentia materiæ poni
tur eſſe in materia:ſicut forma lapidis eſt in eius materia:non autem ſicut anima rationalis in cor
pore,quæ proprie dicitur creari,licet creetur in corpore: quia non eſt forma educibilis de potẽtia
materię.Et ita ſic dicere:eſt dicere ꝙ eſſe non primo creatur nec ita proprie vt eſſentia: cum tamẽ
Secũda via. contrarium debeat eſſe verũ ſi(vt dicunt illi)eſſentia nõ creatur niſi ſuſceptione ipſius eſſe. Se- S
cunda via(vt dicunt)quæ ſumitur ad idem ex modo producendi,& quodãmodo videtur exclude
re iam dicta,ſic patet.Nam ſcđm commen.xii.Metaphy.ſi aliquid fieret in aliquo & non ex illo,per
tranſmutationem illius fieret ex nihilo.dato ergo per impoſſibile ꝙ eſſentia præcedat & deus edu-
cat eſſe in eſſentia ſed non de potentia eſſentiæ & ſine tranſmutatione eius,vere & proprie crearet
eſſe,vt patet de anima rationali infuſa corpori. Sed dico ego ꝙ non valet,quoniã(vt dictum eſt) T
ſi eſſe non educitur de potentia eſſentiæ ſicut nec anima rationalis de corpore:& æque proprie cre
atur vt anima rationalis: ſicut ergo anima rationalis nata eſt ſecũdum ſe eſſe non ſolum in corpo-
re : ſimiliter ergo & eſſe ipſum natum eſſet ſecundum ſe eſſe ſiue exiſtere non ſolum in eſſẽtia crea
ti:cuius contrarium illi dicunt. Quod autem dicunt ꝙ eſſe non inducitur in eſſentia per tranſ
mutationem eſſentiæ,ſicut nec anima in corpore per tranſmutationem corporis, falſum eſt. Si enĩ
non tranſmutaretur eſſentia recipiendo eſſe/non eſſet verũ dicere ꝙ recipiendo eſſe crearetur, aut
alia creatione crearetur q̃ eſſe creatur:cum omnis creatio ſit tranſmutatio: quorum contrariũ aſ-
ſerunt illi. Quod tamen,ſcilicet ꝙ creatio non ſit aliqua mutatio,ſiue ꝙ ſecundum nullum modũ
mutationis ſit mutatio,error eſt,vt dicit articulus damnatus. Præterea non eſt omnino verum
ꝙ anima creatur in corpore ſine corporis tranſmutatione,quando de non animato fit animatum.

Similiter non eſt omnino verum,immo falſum ſimpliciter:ꝙ eſſentia non tranſmutatur quan-
quæ pertinet ad tertiam ſpeciem qualitatis, q̃ ſequit̃ ex duplici radice: prima ſcilicet & proxima. Radix prima paſſionū quæ ad fugam pertinent: vt ſunt dolor & timor, eſt immutatio corruptiua ſiue offenſiua diſpoſitionis naturę conuenientis. Et hoc vel iam aſſiſtens, vt in dolore, vel quæ iam imminet, vt in timore. Et hoc quēadmodum econtrario radix prima paſſionū quæ pertinent ad immutationem: cuiuſmodi ſunt delectatio & ſpes, eſt immutatio inductiua & ſaluatiua diſpoſitionis naturæ conuenientis: & hoc vel iam aſſiſtēs, vt in delectatione, vel quæ iam imminet, vt in ſpe. Propter quod dicit̃ q̃ delectatio eſt cōiunctio cōueniēti cū cōueniēti: & econtrario, q̃ dolor eſt cōiunctio diſconueniētis cum diſcōueniēti. Dicente Auicenna in fine. viii. Metaphy. Scias q̃ delectatio cuiuſcunq̃ virtutis plena eſt perfectionis ſuæ acquiſitio: & id eſt ſenſui ſenſata cōuenientia, & iræ vindicta, & ſpei cōſecutio, & vnicuiq̃ rei id qđ eſt ei proprīū & animę rationali ipm̄ fieri ſecūdū intelligibile in actu. Et lib. ix. Quia delectatio voluptatis & bonitas eius eſt vt pueniat ad eā qualitas ſenſibilis cōueniēs aliq̃ ex quinq̃. Delectatio irę eſt victoria: & delectatio ęſtimatiōis ē fiducia: & delectatio cōſeruatiuę eſt recordatio rerum cōuenientium. Nō vniuſcuiuſq̃ eorū eſt id qđ contrariū eſt iis, ſed oīes conueniunt in vno cōmuni, in percipere qđ ſuū cōueniens eſt & ſibi aptum eſt. Vt enim dicit Phūs decimo Ethicorū, Similibus exiſtentibus & adinuicem ſecūdū eundem modū habentibus paſſiuo & factiuo, idem aptū natum eſt fieri, ſcilicet vt dicit Cōmentator, delectationē in operationibus. Vbi clarior eſt alia trāſlatio, quę dicit ſic, Quoaduſq̃ durauerit ſenſibile & intelligibile, ſecūdum q̃ oportet erit delectatio ī actione, hoc eſt q̃diu durauerint agens & patiēs ſimilia, & fuerit relatio cuiuſq̃ eorum ad ſuū compar ſecundum diſpoſitionem vnam. Radix vero proxima omnium talium paſſionum eſt illius immutationis apprehenſio. Apprehendens enim per talem immutationem iam ineſſe delectatur ſi eſt conueniens: & dolet ſiue triſtatur ſi eſt diſconueniens.

B Et quia apprehenſio eſt virtutis cognitiuæ quæ non percipit niſi quod fit in ſeipſa, vel in organo quo operatur: & hoc per ſuam actionem cognitiuam, quæ non excedit virtutem cognitiuam aut organum eius: idcirco paſſio non eſt niſi ex immutatione in ipſa virtute cognitiua, aut organo eius. Propter quod ex immutatione quæ fit in oſſibus & aliis non ſentientibus in animali nullus conſequitur dolor: quia illa nullo modo apprehendit̃. Eſt autē hęc diſpoſitio naturæ cōueniens aliter in viribus ſenſitiuis & aliter in viribus intellectiuis. Diſpoſitio enim cōueniens in viribꝰ ſenſitiuis attenditur, & ex parte organi, non ratione qua eſt corpus naturale ſimpliciter: nec ratione qua animatum ſiue viuens ſimpliciter per ſubſtantiam animæ, & vt in ipſo operatur actum primū qui eſt eſſe ſiue viuere, quod eſt eſſe: neq̃ ratione qua eſt viuens vita vegetatiua & organica ad operationes vegetatiuę: ſed ratione qua eſt organicum ſenſitiuum animatum, potentia animæ ſenſitiuæ, & vt in ipſo operatur actum ſecundū, qui eſt ſentire ſiue viuere quod eſt ſentire. Et eſt illa diſpoſitio ex pte organi media quædā ratio & ꝓportio ſuorū ſenſibiliū ꝓpriorū contrariorū, in potentia vtrūq̃, & actu neutrū exiſtēs: aliter em̄ illorū nō eſſet ſuſceptiuū, ſi em̄ eēt actu alterū nō, eēt ſuſceptiuū p ſecundū genus īmutationis p̄dictæ alterius contrariorum. Secundum hoc em̄ ſuſceptiuū coloris eſt non color: & ſoni aſonum: & ſic de cæteris, ſuo tamen ſemper modo licet diuerſo in aliis & aliis ſenſibus & ſenſibilibus. Per hunc enim modum intellectus poſſibilis vt omnium formarum materialium ſit ſuſceptiuus nullam illarum ex ſe habet actu, vt determinat Philoſophus in principio tertii de anima. Diſpoſitio autem in viribus ſenſitiuis ex parte animę eſt q̃ ipſa per diuerſas potentias eſt cōtemperata diuerſis organis: & per hoc quodā miro modo media proportio contrariorum ſenſibiliū. In viribus autem intellectiuis illa diſpoſitio naturæ cōueniens attenditur nō ex pte organi: niſi in nobis forte per accidens, quia vis intellectiua nō eſt organica: ſed ex parte virtutis ſolum: & eſt in ipſis viribus talis diſpoſitio media ratio & proportio cognoſcibilium qua ꝓcipiūtur ſcibilia tam ſpeculandorum, quo ad intellectum ſpeculatiuum q̃, agendorum & q̃ faciendorum: & hoc quo ad intellectum practicum. Quæ quidem diſpoſitio duplex eſt: & naturalis indita naturaliter animæ in ſuis potentiis: & accidentalis ſuperueniens per habitus in potentiis animæ acquiſita.

C Eſt autem aduertēdum primo quomō dolor contingit in viribus ſenſitiuis: Deinde quomodo in intellectiuis: & iuxta hoc de aliis paſſionibꝰ cōſimiliter. De primo ſciendū ſecūdū aliquos, q̃ licet duæ ſint radices doloris prædictę: ſcilicet immutatio corruptiua & eius apprehenſio: ſola tamē apprehēſio ſufficeret ſi poſſibile eſſet eā eſſe ſine illa īmutatiōe talē qualis eſt cū illa: ſic etiā q̃ multo maior eſſet dolor ex ſola apprehēſiōe: quēadmodū fit in viribus intellectiuis. quod ꝓcul dubio verū eſſet q̃ illa immutatio ꝓ quāto corrūpit ꝓportionē, ꝓ tāto adimit ſiue dirimit ſenſum ſiue apphenſionē: & p cōſequēs dolorē: ita q̃ ſi fieri poſſet immutatio illa qua fit apphenſio quā ſequitur dolor, abſq̃ tēperamēti corruptiōe, qđ eſt ī virtute & in organo: integra & pfecta fieret apphenſio: & ideo

perfectiſſimus ſequeretur dolor. Et ponunt aliqui ꝙ poſſibile eſt ita eſſe: & ꝙ tali modo cruciabunt D
ſecundum corpus homines damnati: quia corpora eorum erunt incorruptibilia: vt infra dicetur:
paſſibilia tamen. Dicunt enim ꝙ ignis inferni eſt ardentiſſimus attingẽs carnes eorꝝ: nec cõburet eas:
nec imutabit realꝝ immutatione ſecundum primum genus immutationis ſuperius expoſitæ, quæ
fit per contrarii abiectionem: ſed manebunt caro vt medium ſecundum tactum, & neruus vt orga
num in ſuo naturali temperamento ſine calefactione: immutabit tamẽ ea ſcõ genere immutatiõis
per ſpeciem intentionalem caloris ac ſi arderent & ſumme calefierẽt. Organo autem ſic immutato
per ſpeciem caloris, immutabitur exceſſiue vis tactiua ſenſatione tactiua: ad quam ſummus ſequet
dolor. In nobis autem pro ſtatu vitæ præſentis: quia non poteſt naturaliter ſenſum ſic exceſſiue im
mutare: niſi calefaciat mediũ & organum realiter, non ſolum intentionaliter: & ſic corrumpit pro-
portionem, qua impeditur tam exceſſiua apprehẽſio: ideo impoſſibile eſt in nobis ſequi tam exceſſi E
uum dolorem. Sed quomõ hoc poſſit fieri naturaliter, non video. Si enim in tali immutatione nulla
fiet omnino abiectio penes primum genus immutationis: in tali apprehẽſione nihil percipietur na
turaliter, niſi ſenſibile ſub ratione qua eſt ſenſibile: ſub tali autem ratione non eſt niſi ſalubris & cõ
ueniens naturæ ſicut ſalus eius. Ex perceptione autem cõuenientis & ſalubris inquãtum huiuſmo
di non dolor ſequitur naturaliter: ſed delectatio tantum. Quare ſi hoc modo ignis affligit corpora
damnatorũ, non naturaliter, ſed modo quodam ſupernaturali & miraculoſo affligit ea: ita ꝙ ſi mira
culũ huiuſmõi ceſſaret: nullo mõ affligeret ea. ſicut ſi corpora glorioſa eſſent in igne inferni, & dic-
to modo immutarentur per ſecundum & tertium modum immutationis: quales poſſibile eſt fieri
in ipſis ſecundum ſenſus omnes, qui erũt in ipſis perfectiſſimi: nullo tamẽ modo ab igne illo affligi
poſſent. Si ergo ſecundum fidem oporteat ponere, ꝙ corpora damnatorum ab illo igne affligentur
pure naturaliter quãtum eſt ex parte ipſorum corporum afflictorum, vt vere paſſibilia: q̃uis ſint
incorruptibilia: aliter enim fruſtra eſſent vere paſſibilia natutaliter: quia nunq̃ patcrẽtur naturali
ter: nec etiam omnino paterentur calefactionem aut infrigidationem: ſed ſolummodo ſuper-
naturaliter dolorem qui natus eſt huiuſmodi immutationes concomitari naturaliter: & ſic
non propter temperamentum manens in ſenſibus aut ex ipſo actu ſentiendi vllo modo ſequeretur
ille dolor: ſed a deo immediate imprimeretur: nec ad hoc vllo modo neceſſarius eſt ignis, aut im-
mutatio vlla penes ſecundũ genus immutationis factæ ſecundũ rem & veritatẽ, & apprehenſione
non decepta: licet apprehenſione cum perceptione decepta, poſſet verus dolor cauſari ab igne: quẽ
admodum cauſatur in dormientibus ſomniantibus ſe comburi ab igne: ſecundum ꝙ dicit Augu-
ſtinus duodecimo ſuper Geneſim ad literã: Dicendũ eſt igit ꝙ nullo mõ naturaliter poteſt cauſari
dolor niſi adſint illę duę radices: & neutra ſufficit ſine altera. Inanimata enim immutantur immu
tatione corruptiua: ſed non dolent: quia nihil ſentiunt ſiue apprehendunt per ſenſum: animata aũt
ſenſitiua ſi non ſint immutata: etſi apprehendunt ſua obiecta ſenſibilia, non dolẽt: quia nõ apprehẽ
dunt immutationem corruptiuam ſeu leſiuam. Eſt igitur ſciẽdum ꝙ circa apprehenſionem ſen F
ſitiuam eſt conſiderare duo: vnum ſcilicet ipſum actum apprehenſionis: & alterum ſcilicet ipſam
perceptionem quæ annexa eſt apprehenſioni. Ex actu apprehenſionis inquantum eſt apprehenſio:
ſi intelligatur ſeorſum a perceptione, nũq̃ ſequitur dolor: ſed potius delectatio: vt dictũ eſt. Ex actu
autem perceptionis ſeorſum conſiderata, ſequitur omnis dolor: non tamen poteſt eſſe ſine appre-
henſione: vt ſecundum hoc apprehenſionem ſequitur dolor vt cauſam ſine qua non: perceptionem
autem vt cauſam propter quam ſit: & ſic ad actum apprehenſionis inquantum includit in ſe per
ceptionem, ſequ[illegible] dolor nõ rõne apprehẽſionis: ſed rõne perceptiõis. Et q̃q̃ ſecundum vſum cõmu
nem ſermonis de apprehenſione loqui ſolemus vt includit perceptionẽ: differunt tamẽ: quod diſ-
cernimus ex differentia obiectorum: quoniam proprium & per ſe obiectum apprehenſionis ſenſiti
uę eſt ipſum ſenſibile: vt viſionis color vel lux: auditionis ſonus: tactus tangibile: & ſic de cæteris.
Obiectum autem proprium perceptionis ſunt intẽtiones circa ſenſibilia vel circa itelligibilia, quæ
quidem intentiones ſunt per ſe cauſa paſſionum doloris, delectationis & huiuſmodi. Illę enim intẽ
tiones important rationem conuenientis vel diſconueniẽtis & habent in ſe vim illarum rerum cir
ca quas ſunt ad cõmouendum paſſiones: dicente Philoſopho de motibus animalium. Alterãt phã
taſiæ & ſenſus & meditationes, phantaſia aũt & intelligẽtia habẽt rerum virtutẽ: aliquo enim mo
do ſpecies intellecta calidi aut frigidi aut delectabilis aut triſtabilis talis exiſtit qualis quidem & re
rum vnaquęq. Propter quod tremunt & timent intelligentes ſolum. hæc autem omnia paſſiones
& alterationes ſunt. & infra. Intellectus enim & phantaſia ſicut dictum eſt prius factiua paſſio
num: ſpecies enim factiuorũ afferũt: quæ reuera tanto magis ſunt factiuę, quãto forti° imprimunt

& intenſius magis:qa p hoc aſſimilant ſenſum rei, quæ ſentitur,ad quod maxime operatur appetitus:qui vt dicit Auguſtinus,xi.de Trin,cap,ſecundo,habet vim copulandi hęc duo:vt & ſenſum formandum admoueat rei quæ cernitur & in ea formatum teneat,& ſi tam violẽta eſt vt poſſit vocari libido:etiam cæterum corpus animantis vehementer afficitur. Et vbi non reſtat pigrior durioręq materies,in ſimilem ſpeciem coloremq commutat. Licet videre corpuſculum Cameleontis ad colores quos videt facillima conuerſione variari. Aliorum autem animalium: quia non eſt ad conuerſionem facilis corpulentia, fœtus produnt plærunq libidines matrum:quod.ſ.cum magna delectatione conſpexerint.Q3.n.teneriora atq formabiliora ſunt primordia ſeminum:tam efficaciter cõſequuntur intentionem animę materne:& quę in ea facta eſt phantaſiam per corpus quod cupide aſpexit.Vbi dat exemplum in ouibus Iacob.Nam vt dicit cap. iiii.interdum homines nimia cogitatiõe rerum viſibilium vel illecti,vel territi:etiã eiuſmodi voces repente ediderũt:quaſi reuera in mediis talibus actionibus vel paſſionibus verſarentur, vbi dat exemplum de abſtracto a ſenſibus exterioribus conuerſo ad interiorem imaginationem,qui mulierem imaginatam interius veram mulierem extra exiſtimauit: vt & ei ſe miſceri ſentiens etiam genitalibus flueret. Ex quo patet q eandem vim immutandi,quam habet res vt eſt exiſtens extra:habet vt eſt imaginata vel intellecta,& ipſam vt eſt imaginata vel itellecta appellat Philoſophus ſpeciẽ factiui:cui9 habet factiuam virtutem.Non ergo hic appellat id quod organo eſt impreſſum ſpeciem factiuam:ſed potius rem imaginarie vel intellectualiter vt obiectum apparens in actione imaginandi aut intelligẽdi:qđ eſt forma ſiue ſpecies non impreſſa:ſed expreſſa.Vnde Aug.vbi ſupra de auerſis a ſenſibus & conuerſis ad ea quę intus imaginantur dicit ſic.Tanta effunditur ſimilitudo ſpeciei expreſſa ex memoria:vt nec ipſa ratio diſcernere ſinatur,vtrum foris corpus ipſum videatur,an intus tale aliqđ cogitetur:nam interdum homines &c.vt ſupra.Formatur autẽ ipſa forma expreſſa i imaginatiua ab ipſa forma ſiue ſpecie impreſſa in memoria:vt a memoria p ſpeciẽ ſibi ipreſſam nihil formet in imaginatiua niſi operatio imaginandi,terminata ad illam ſpeciem expreſſam.Hinc dicit Aug.ibidem. Interdum ita contingit vt cogitatione occupata ſe volũtas auertat a ſenſibus:atq ita formet animi aciem variis imaginibus rerum ſenſibilium, tanq ipſa ſenſibilia ſentiant: non tantum autem cum appetendo in talia voluntas intenditur:ſed etiam cum deuitandi & cauendi cauſa rapitur anim9 in contuenda ea quę fugiat.Vnde non ſolum cupiendo:ſed etiam metuẽdo informatur vel ſenſus ipſis ſenſibilibus vel acies animi informanda ipſis imaginibus ſenſibilium.Ita vt metus aut cupiditas quãto vehemẽtior fuerit tãto expreſſius formet acies,ſiue ſentiẽtis ex corpore quod in loco adiacet, ſiue cogitantis ex imaginatione corporis quæ memoria continetur, & ſic q perceptio mouet non eſt niſi per accidens:quia affert motiuum.Vnde dicit ibidem Philoſophus.Videmus mouentia animal intellectum & phantaſiam. Etenim phantaſia & ſenſus & intellectus eundem locum habent:iudicatiua enim omnia,quare mouet primũ qđ appetibile & qđ intellectuale:nõ autẽ oñe: ſed qđ operabilium finis,quod quidẽ primũ non motum mouet,appetitus autẽ & appetitiuũ motũ
G mouet:vltimum autẽ motorum non eſt neceſſe aliquid mouere. INtentiones autẽ dictæ conue-
H nientis vel diſconuenientis dupliciter poſſunt percipi puta intẽtio nociui. Vno modo ſub ratione nociui imminẽtis & cõminantis malũ futurũ.Alio modo ſub ratione inſtantis & inferentis malum præſens.Primo modo eſt intentio inſenſata:quia nõ eſt nata percipi a ſenſu particulari.Secũdo aũt modo eſt intentio ſenſata:& percipit a ſenſu particulari vt ſenſibile cõmune,Secundũ hoc igitur dicte intentiones cõuenientis & diſcõueniẽtis:quãdoq percipiũtur nõ ab ipſa eadem virtute apprehenſiua ſenſibilium aut intelligibiliũ:ſed ab alia:& hoc vel ſenſitiua vel intellectiua,Senſitiua vt ad præſens loquamur de intentione inconueniẽte ad quã ſequitur dolor in vi ſenſitiua:quẽadmodum ouis videns lupum ſtatim exiſtimat inimicum:& timens fugit.Vel intellectiua,quemadmodũ videns errabundum de nocte ſuſpicatur furem & timẽs merces ſuas abſcondit.Quandoq autem illa intẽtio percipitur ab eadem virtute ſenſitiua apprehenſiua:& hoc vel circa organum ipſius virtutis vel circa ipſam virtutem,vel circa eius operationem.Circa virtutis organum apprehendendo p cipit illam intentionem:percipiendo leſionem quæ fit in organo ex qua ſequitur dolor.Sed hoc nõ principaliter quia leditur immutatione corruptiua tẽperamentum organi: ſed quia offenditur tẽperamentum virtutis exiſtentis in organo:quo ipſa contemperata naturaliter eſt organo cuius eſt
I ſentire principaliter:& ſuiipſius offenſionem principalius percipere. Hæc autem leſio in organo cuiuſcunq ſenſus etiam dupliciter poteſt contingere:vel per accidens:vel per ſe.Per accidens quando organum ſentiendi puta viſus inquantum viſus eſt,& media ratio viſibilium,leditur immutatione reali:puta calefactione:& hoc per ſe inquantum eſt corpus naturale ſimpliciter:per accidens

inquantum est organum visus. & est simile de organis aliorum sensuum. Omnia enim quo ad sua temperamenta habent corrumpi per accidens: qualitatum actiuarum & passiuarum contrarietate: quæ sunt calidum & frigidum, humidū & siccum: quibus etiam corrumpitur totum animal. Per se autem cōtingit lęsio in organo cuiuscp sensus: quando lędit immutatione intētionali per speciem sui proprii sensibilis excessiuā: inquantū excellentiæ sensibilium corrumpūt per se sensus, secūdum Philosophum secūdo de Anima. Quis aliqui dicunt cp hoc cōtingit per dictam actionem realem per se. Immo dico cp species excessiua cōmensurationem organi vt sensitiui est, corrumpit per se. Sed actio realis, quæ per se corrumpit corpus vt est corpus mixtum: per accidens corrumpit illam cōmensurationem: sicut etiam per accidens corrūpit totū animal: vt cum ictus tonitrui contingit simul cum sono: vt dicitur i tertio de Anima. Sicut em̄ temperamētū vt mediū reale qualitatum sensibiliū realium: puta calidi, frigidi, humidi, & sicci: a temperato & nō nimium excedente calido in suo temperamento cōseruatur: ab excedēte aūt corrumpitur per se inquātum est corpus mixtum & harmonia media realis inter reales qualitates tangibiles: per accidens autem inquantū est harmonia media intentionalis inter species intētionales illarum qualitatum: & similiter vt est media inter species aliorum sensibilium quo ad organa aliorum sensuum a tactu, qui organū suū habet sub organis aliorum sensuū: sic temperamētum vt est organū & mediū specierum intētionalium: puta speciei albi & nigri & mediorū colorum, a temperata & nō nimium excedēte specie impressa in organo conseruatur; ab excedente autem nimium corrumpitur: puta temperamentum organi visus inquātum organū tale ab excedēte specie lucis diffusa ab nimis fulgida luce & ab excedente specie cuiuscūcp coloris diffusa ab excedente colore. Vnde contingit cp organū informatum temperata luce & temperato colore aliquo: in nullo impeditur ab informatione a quacūcp alia luce temperata, aut colore, simul em̄ informatur speciebus contrariorū colorū: & statim cū absentatur sensibile extra, euanescit illa species ab organo. Sed cum informatur specie excedente nimium organi harmonia impeditur ne informetur speciebus aliorū: & auerso sensibili extra adhuc manent reliquiæ illius speciei impressę: ita cp visus conuersus ad alia visibilia nō informatur speciebus colorum illorum: sed apparent ei omia colorata colore cuius specie erat excessiue informatus. quæ quidē impressio maxime apparet oculis clausis. Ita etiam cp si huiusmodi impressio fortis sit multum, corrūpitur organi harmonia omnino: & manet impressio illa sensibiliter nō quasi species lucis aut coloris: sed quasi verus color: & nullius speciei organū de cætero est receptiuū. Si vero huiusmodi impressio nō sit ita fortis vt corrumpat harmoniā: licet debilitet: continue euanescit & reuertitur vigor temperamenti: dicente Augustino xi. de Trin. cap. secundo. Plarunq; cū diutile attenderimus quæcunq; luminaria: & deinde oculos clauserim⁹: quasi versantur in cōspectu quidā lucidi colores varie sese commutātes & minus minusq; fulgētes, & quodāmodo gradatim deficiēdo variari donec omnino desistāt, quas intelligendum est reliquias illius esse formę quæ facta erat in sensu cum corpus lucidum videret. ET est aduertendū cp quāto fortius est impressa, tāto tardius deficit: & cp pro quanto manet post corporis exterioris absentiā, pro tāto erat species illa impressa ex cessiua & lęsiua: & nō recepta sub ratione speciei tātum: sed quodāmodo verę rei: vt nō tantū sub ratione speciei lucis aut coloris: sed sub ratione lucis quodāmodo aut coloris: quā vt est dictum nō solum res vera extra: sed species eius in virtute sua potest imprimere susceptibili corpori: quale est illud organum, & hoc quodammodo: quēadmodū lux in nube formaliter impressa ex pluriū radiorū cōcursu multiplicat se sub specie coloris nō lucis: vt patet i colorib⁹ iridis. Et ille color existēs i exteriori parte organi sic debilitati, non autem corrupti, videtur a vi visiua in organo quo ad partem eius interiorem: & hoc ad absentiam primi sensibilis: vt licet sensibile positum supra sensum nullum facit sensum: sensibile tamen positum in sensu dicto modo: aliquo modo facit sensum vt sit idem medium sentiendi respectu sensibilis exterioris: & obiectum respectu sentientis interius. qđ inquantum huiusmodi impedit sensum ad alia percipienda extra. Et per hunc modum sentiunt aliqui continuum tinnitum in auribus: & multum impediūtur ab audiendo alia. Circa vero virtutem sensitiuam ipsamet virtus percipit intentionem inconuenientis circa seipsam: & hoc dupliciter: Vno modo per aliquā suiipsius lęsiuam lęsionem. Alio modo per inconuenientis offendentis perceptionem. Primo modo deficit delectatio & sequitur dolor ex labore in operatiōe diurna. Vñ quærit Phus. x. Ethicorū. Quare cōtinue nullus delectat? & rñdet subdens. Vel laborat: natura em̄ hūana opa nō pōt cōtinue opari: nō fit igit delectatio, vbi Cōmētator ḡrit. Nōne cū ex labore nō operari vtimur nō delectamur? & rñdet. Ex sensib⁹ nō delectamur: secūdū reuersionē naturæ delectamur. Quia igitur in operibus delectationes fiunt: quæcunq; semper & continue opę

K

L

rari possunt, continue delectantur vt intellectuales naturæ:quorum autem operatio labore interscinditur,horum & delectatio deficit.Sed quia virtutes non lęduntur nisi quia sunt in organo qđ lęditur per se:ideo virtus non lęditur nisi per accidens. Et sic dolor iste sequitur ex lęsione organi per se:ex lęsione ipsius virtutis non nisi per accidens,& sic iste modus causandi dolorem debet per se reduci ad modum prædictum causandi dolorem:scilicet ex lęsione organi. Secundo modo sequitur dolor quia non est proportio actiui ad passiuum,& hoc dupliciter: vel partim ex parte vnius partim ex parte alterius:vel ex parte vnius omnino.De primo dicit Philosophus decimo Ethicorū post superius tacta secundum aliam trāslationē: postq̄ enim dixit quousq; durauerint sensibile & intelligibile:continuo sequitur,Et propter istud non est possibile vt delectetur homo delectatione continua:eo q̄ res humanæ nō possunt agere actionem continuam propter mutabilitatem similitudinis quę est inter agens & patiens.Secundū patet ex hoc:q̄ existente optima organi dispositiōe propter obiecti indispositionem sequitur dolor,& hoc quēadmodū etiā bruta animalia delectātur ex sonorū & cantuum melodia:& tristantur ex eorum discordia:quia cōcordia melodię concordat temperamēto virtutis & sui organi naturaliter:& discordia discordat. Et quāto magis ex natura speciei vel indiuidui temperatum est organum & virtus sensitiua ei naturaliter contemperata:tāto magis illam delectat melodia & contristat discordia. Ita q̄ aliqui homines,qui scilicet sunt in optima dispositione temperamenti circa organum audiens,maxime delectētur in melodiis:qui vero non:neq̄q̄ illis delectantur:sed forte potius offenduntur & tristantur,& sic in aliis sensibus quidam odoribus & saporibus aromaticis delectātur quidam tristantur. M Circa operationem autem virtutis sensitiuæ ipsa virtus percipit intentionem inconuenientis per ipsius operationis defectionem:quia enim operatio cuiuscunq; virtutis nata est per se delectare: q̄ ipsa non delectat hoc solum contingit propter perceptionem alicuius imperfectionis circa ipsam: quæ scilicet non perfecta operatio elicitur a virtute,quæ imperfectio non contingit ex se:sed solummodo ex organi defectu. Vires enim non senescunt in se nec deficiūt:sed ex organo. N Omnis ergo dolor talis procedit ex perceptione illius imperfectionis:sicut ecōtrario ex pceptione perfectionis eius nascitur delectatio. O ADquæstionem ergo respondendū quo ad vires sensitiuas q̄ omnis dolor in animali tanq̄ ex radice prima & ex causa propter quā sic, nō sequitur ex aliqua apprehensione:sed ex sola organi lęsione,vel virtutis offensione,vel operationis defectione tanq̄ ex inconuenientis coniunctione. Sicut ecōtrario:delectatio vt ex radice prima,non sequit ex aliqua apphensione;sed ex sola organi confortatione,vel virtutis pacatione,vel operis pfectione.Et vt generaliter causas horum assignemus:quo ad omnes passiones sensibiles,vt ex radice prima sequunt ex intētione cōuenientis & disconuenientis imminentis quo ad passiones quæ respiciunt malum futurum vel bonum futurum quales sunt timor & spes: vel instantis & hoc quo ad passiones quæ respiciunt malum præsens,vt sunt dolor & tristitia.Tanq̄ autem ex radice proxima dolor sensitiuus & cæterę passiones ex apprehensione, sicut ex causa sine qua non: ex perceptione vt ex causa propter quam sic: sed per accidens:ex intētiōe autem percepta circa sensibile vt ex causa per se propter quā sic,ipsum enim sensibile puta lupus aut mulier apprehensa sensu aut imaginatione aut intellectu non sunt per se factiua passionum:quia sola imaginatiōe vel itellectu speculatiuo aut sensu particulari apprehenduntur:quæ nihil dicunt de actuali bono aut malo: neq̄ de fugiendo vel imitabili: etiam cum apprehendunt timendum aut lætandum:non iubent timere aut lætari: & sunt sicut intelligere & imaginari in nobis cū volumus.In nobis enim est facere hoc prę oculis:sicut contingit positis in recordatiuis.Secūdum phantasiam enim & intellectum huiusmodi:nos habemus sicut si essemus considerantes in pictura difficilia & contristantia:ipsę autem intentiones circa sensibilia & intelligibilia quæ consistunt in ordine & relatione rerum contristantium & lętantium ad animata sensibilia:puta lupus aut mulier:vt inimicum & amicum naturę,pceptę æstimatione vel opinione vt bonum vel malum actuale:quæ iubent aut timere aut lętari:& dicunt de fugiendo & imitabili cum percipiunt timēdum aut lętandum: & non sunt hęc in nobis cum volumus:& cum existimamus aut opinamur aliquid difficile aut tristabile,statim compatimur.secundum q̄ hæc omnia habent ex tertio de Anima.Et sicut est cum intentiones huiusmodi percipiuntur virtute alia: sic est cum percipiuntur eadem. P DE dolore autem quomodo contingit in viribus intellectiuis : sciendum secundum q̄ dictum est supra de dolore ex apprehensione sensitiua : q̄ vt ex radice prima contingit ex dispositione siue intentione disconueniente corruptiua:quia illa non habet locum ex parte intellectus:eo q̄ non est virtutis corruptibilis nec in se nec in organo: quia nullum habet:sed solummodo ex dispositione offensiua & disconueniente,& hoc non ex eius apprehensione speculati

Respō.ad.q.

ua niſi vt ex cauſa ſine qua nõ:ſed ex pceptione:& hoc vel qa illa intẽtio eſt diſcõueniens virtuti vel qa eſt diſcõueniens opationi.Sed hęc pceptio fit nõ niſi eadẽ virtute ſcdm rẽ & naturã potentię, qua fit apphenſio:qa nõ eſt niſi vna potẽtia cognitiua intellectualis,quæ ſolum diſtinguitur in ſpeculatiuam & practicam ſecundum fines vt alibi declarauimus.Appellando autem aliã virtutem, practicum & ſpeculatiuum:quandoq; intentio nociua percipitur virtute alia: quandoq eadẽ.Sed nunq̃ niſi cum percipitur vt actualiter inſiſtens virtute alia percipitur vel circa virtutem vel circa eius operationem.Primo modo vt quando de practicis fit conſideratio ſpeculatiua,tunc.n.ſpeculatiua non ſolum apprehendit bonum & malum pręſens:ſed ſub ratiõe veri & falſi:& bonum & falſum quo offenduntur alię vires percipit practica parsad quam ſequitur paſſio:vel quia intentio pcepta eſt inconueniẽs ſibi & offenſiua ſuiipſius: vel quia eſt offenſiua ſui eo q̃ eſt repugnãs & diſconueniens virtuti alteri.Primo modo ſequitur dolor practicæ perceptionem:quia.ſ.offendit ſe & repugnat habitui ſuo practico: & ſic ſequitur dolor quando muſicus apprehendit diſcordantiam ſonorum aut vocum : quia diſcordat a regulis habitus ſui : & econtrario delectatio quando apprehendit concordantiam:quia concordat habitui ſuo:& ſic in aliis artibus:& ſimiliter quãdo prudens percipit operari nõ ſecundum regulas prudentię.Secundo modo dolor ſequitur perceptionẽ practicæ partis tripliciter:aut quia intentio percepta diſconueniens eſt ex parte appetitiuæ partis vi volitiuæ in qua eſt virtus iuſtitię:& ſic ſequitur dolor ex perceptione operis iniuſtitię:quia repugnat volũtati informatæ habitu iuſtitiæ.Aut eſt diſcõueniens vi cõcupiſcitiuę in qua eſt virtus temperantiæ:& ſic ſequitur dolor ex perceptione operis intemperantiæ: quia repugnat virtuti tẽperantiæ.Aut eſt diſconueniens vi iraſcitiuę in qua eſt virtus fortitudinis:& ſic ſequitur dolor ex perceptione operis formidinis:quia repugnat virtuti fortitudinis.Ex contrariis autẽ ſequitur delectatio & hoc indifferenter ſiue homo talia opera percipiat in ſeipſo ſiue in aliis.Econtrario aũt in diſpoſitis habitibus cõtrariis ex perceptione cõtrariorum ſequitur dolor aut gaudium ſiue delectatio. Puta inuidẽs cũ videt in illo cui inuidet proſperũ,dolet:cum vero videt aduerſum gaudet. Si vero ab alia virtute percipitur intentio diſconueniens operationi, illa non eſt niſi quia virtus non perfecte poteſt in ſuam operationem:& ſic pars ſpeculatiua percipit defectum operatiõis volitiuæ & concupiſcibilis & iraſcibilis & intellectualis practicæ: & ſequitur ſemper dolor. Si vero intentio dicta diſconueniens percipitur a virtute eadem quæ apprehendit:hæc perceptio cõtingit parti ſpeculatiuę vel circa ſeipſam vel circa ſuam operationẽ. Primo modo quando percipit aſſertionem contrariã habitui ſapientiæ aut intellectus.Secũdo,qñ percipit defectũ ſuæ operationis intellectualis:& tunc ſemper ſequitur dolor.Si quis autem velit dicere q̃ quælibet virtus ad minus cognitiua percipit defectum ſuę operationis ſimiliter & profectum:tunc debet dicere q̃ ex pceptione eius virtutis cuius eſt apprehendere ſequitur dolor vel delectatio ſuam operationem:nec ſolum ſequitur dolor intelligibilis ex perceptione diſconuenientis circa intelligibile:ſed etiam circa ſenſibile:vt omnibus modis prædictis quibus cauſatur dolor in ſenſibili parte ex perceptiõe circa apprehenſionem ſenſibilem,eiſdem cauſatur dolor in parte intellectuali ex perceptione eorũdem:& etiã ex perceptione intellectualis ipſius paſſionis quę eſt dolor ſenſibilis.Quia quicquid percipitur a ſenſu & vi ſenſitiua poteſt percipi ab intellectu & vi intellectiua.Et ex his patet etiam reſponſio ad quæſtionem quo ad vim intellectiuã. Quia aũt quęſtio propoſita fuit tãtum de dolore ſenſibili:& ex abũdanti extendimus illam ad dolorem intellectualem: & argumenta ſolum tangebant dolorem ſenſibilem:ideo ad illa ſpecialiter reſpondendum eſt,reſpiciendo ad dolorem ſenſibilem. Dicendum ad primum q̃ dolor ſenſibilis ſequitur apprehenſionem vt radicem & cauſam proximam: modo tamen iam dicto.ſequit tamẽ intentionẽ diſconuenientem vt radicem primam: quæ multipliciter habet cauſari vt ſimiliter habitum eſt ſupra. Et vnus illorum modorũ eſt ex immutatione reali: ſed per accidens vt dictum eſt. Similiter & qd arguitur contra hoc q̃ immutatio realis per qualitates reales corrũpit ſenſum : Dicendũ q̃ verũ eſt inquantũ immutat organũ realiter.Si tamẽ immutaret mediũ realiter & organũ tãtũ intẽtionaliter vel vtrũq; tãtũ intẽtionaliter,adhuc eſſet dolor ex læſione & corruptione organi p ſpeciẽ intẽtionalẽ. Sed ſcdm aliã rationẽ ſpecies illa eẽt ĩmutatiua ad opationẽ ſenſus & ſcdm aliã corruptiua organi:qa ſcdm q̃ nõ haberet rõnẽ exceſſiui immutaret:& eẽt opatio illa ex ſe delectabilis nõ hñs cõtrariũ:ſicut nec delectatio ſcdm ſenſum.ſcdm vero q̃ habet rõnẽ exceſſiui lędit & ĩpedit ſenſum,p apphẽſionẽ tñ qua ĩmutat ſequit̃ dolor ſcdm magnitudinẽ lęſionis pceptę.Et per hũc modũ,delectationi quæ eſt in ſenſu ex pceptione cõuenientis immutatiois organi factæ per qualitates intentionales, cõtrarius eſt dolor q eſt in ſenſu ex perceptione immutationis contrarię. AD argumẽtũ in cõtrariũ q̃ apphenſio eſt p ſe delectabilis:ergo

Reſponſio. R

Ad arg.pri. S

Ad arg.i cõ. T

nõ ſequitur eã: Dicendum ꝙ verũ eſt:vt cauſa propter quã ſit,ſequitur tamen eam vt cauſam ſine qua non.ſ.propter perceptionem.quia tamẽ etiam perceptio eſt per ſe delectabilis,adhuc non ſequi tur illã niſi per accidens:ſed per ſe ſequitur perceptionem rõne pcepti qđ habet vim per ſe actiuam paſſionis vt patet ex prædictis.

Circa quartũ arguitur ꝙ formalis ratio doloris ſit in vi apprehenſiua. Primo ſic: In illa vi eſt formalis ratio doloris in qua eſt formalis ratio ſui contrarii.ſ. delectationis:qa contraria ſunt nata eſſe circa idem:Formalis aũt ratio delectationis eſt in vi apprehenſiua:dicente Auicen.viii.Metaphy.Delectatio eſt apprehenſio cõueniẽtis & ſenſibilis.Lætatio eſt app̃henſio ſenſibilis conueniẽtis & intellectua lis.Delectatio eſt apprehenſio intelligibilis conueniẽtis.Apprehenſio non eſt niſi in vi apprehenſiua,ergo &c. Quæſt.ix. Arg. princi. Primum. Auicenna.

Secundo ſic,in eo qđ mouet corpus ſecundum qualitates calidi & frigidi,eſt dolor formaliter:quia paſſionibus mouetur corpus animalis,hoc aũt eſt apprehenſio ſecundũ pñm in de motibus animaliũ.ergo &c. Secundum.

Contra.Oĩs paſſio eſt motus ad rem,in rem tendere ꝙpriũ eſt appetitus nõ apprehẽſionis:quia app̃henſio eſt motus rei in aĩam. ergo &c. In oppoſitũ.

V

Dicẽdum ꝙ omnis paſſio aĩalis diſpoſitio eſt ad operationem ſiue motum vel cauſandũ vel continuandum vel ſubtrahendum.Oportet ergo ꝙ ſit in eo maxime qđ eſt cauſa motus ſiue operationis vel eius con tinuationis vel ſubtractionis:hoc eſt appetitus non apprehenſio:quia ad impetum appetitus moue tur apprehenſio vel ad motus continuationẽ vel ad eius ſubtractionem vel ad aliquã aliam appre henſionem q̃ prius:& quęcunq; mouẽtur in animali motu aĩalis inquantũ eſt animal. Idcirco ergo dico ꝙ in ſolo appetitu habet eſſe omnis paſſio:& ita dolor:Aliter enim appetitus in animali nõ eſt mouẽs motũ niſi quia per apprehenſionem mouetur alteratione quæ eſt paſſio,& tunc appetendo mouet alia,dicente Damaſ.libro.ii.cap.xxiii.Paſſio eſt motus appetitus ſenſibilis in imaginatiõe bo ni & mali.Et logtur de paſſione ſenſitiua:quare & conſimili modo erit de paſſione intellectiua.Item Aug.quarto de Ciuita.cap.iiii.cõmendat pl̃os appellantes paſſiões pturbationes & affectiões quaſ dam.quæ plane non ſunt niſi in vi appetitiua.& ſcđm hoc,eſt concedẽda vltima ratio. Reſponſio.

X

Ad primã in oppoſitũ:ꝙ delectatio eſt in vi app̃henſiua:dicẽdũ ꝙ falſum eſt:immo in vi appetitiua:p quã ap prehenſiuam detinet appetitiua in ſua operatione,propter qđ dicit Pl̃s.x.Ethico.Delectatio cõfir mat operationes & diuturniores facit. Ad pri.prĩ.

Q3 inducit ſcđm Auicẽnã ꝙ delectatio eſt apprehenſio con ueniẽtis:Dicendũ ꝙ opinio aliquorũ fuit,ꝙ delectatio eſt ipſa operatio in qua cõſiſtit rei perfectio. Et iſti dicerent ꝙ delectatio formaliter eſſet ipſa apprehenſio:& ita in vi apprehenſiua in qua eſt ip ſa apprehenſio vt procedit argumentum. Sed non eſt ita.Immo licet ſit inſeparabiliter cõiuncta ei non tamen eſt idẽ illi,dicẽte Pl̃o.x.Ethico.Delectationes ſunt propinquę operib9 & indiſcretæ: ſic vt habeat dubitationem ſi idem eſt operatio delectationi:inconueniens.n.ſed propter non ſeparari, videtur idem quibuſdam.Ponendo ergo ꝙ differunt & eſt quiddam conſequens operationem & firmans eam & hoc non niſi quia per appetitum tenet ſenſum in ſua operatione : & ꝙ ſecundum hoc ſit in virtute appetitiua:dictum illud Auicen.debet exponi ſecundum prædicationem cauſæ Ad Auicen nam.

Y

efficientis vt delectatio dicatur apprehenſio conuenientis quod ex illa conſequitur. Ad ſecũdam ꝙ dolor mouet corpus ſecundũ qualitates ſenſibiles & hoc per apprehenſionem : Dicẽdum ad hu ius declaratiõẽ ꝙ in motu aĩalis ſecundum ꝙ tactum eſt in quęſtione præcedẽti:eſt quoddã quod mouet non motum,qđ eſt conueniens vel diſconueniens apprehenſum,qđ mouet alterando par tes organicas ſecũdũ calidum & frigidum.Quoddã vero eſt mouens motum.& hoc multiplex eſt circa partẽ ſenſitiuã:quorum primũ eſt ipſę partes organicę:quæ motę p alteratiõẽ ſecundum ca lidum & frigidum mouent vim ſenſitiuã appetitiuã exiſtentem in illis ſecundũ paſſiones timoris & doloris & huiuſmodi.Secundo mouẽs motum eſt ipſa vis appetitiua quæ informata paſſione p illã licit ſuam propriã operationem quæ eſt appetere.Tertio mouẽs motum eſt ipſa vis appetitiua exi ens informata operatione appetendi:qua mouet membra ad fugiendum,vel imitandum id quod appetitur:qđ erat primum mouens & terminus motus.& illud vltimum motum non eſt neceſſe aliud mouere:ſed poteſt eſſe motum non mouens.ſecundum ꝙ de primo iſtorũ dicit philoſophus de motibus animalium ſic.Mouet primũ qđ appetibile,qđ quidem non motum mouet. Ad ſecundũ

Q3 aũt mo uet alterando partes organicas ſecundum calidum & frigidum & huiuſmodi diſpoſitiones,expoe nit:ſubdens.In animali poteſt & maius & minus fieri & figurę permutari,partibus propter calo rem & frigiditatem alteratis.Alterant autem phantaſiæ & ſenſus. Ex qua autem vi & quõ ſic mo uet exponit continue ſubdens.Phantaſia autem & intelligentia habẽt rerum virtutem.Aliquo emm modo ſpecies intellecta calidi & frigidi aut delectabilis & triſtabilis talis exiſtit qualis qdem & re-

rum vnaquęq;.De ſecundo autem & quomodo partes organicę ſic motę & diſpoſitæ mouent vim appetitiuam ſecundum paſſiones metus & doloris & huiuſmodi, exponit ſubdens continue poſt iam dicta.Propter quod tremunt & timent intelligentes ſolum: hæc autem paſſiones & alterationes ſunt:alteratis autem partibus in corpore:hęc quidem maiora:hęc aũt minora fiunt.Adhuc autem ſecundum caliditatem & frigiditatem:aut ſecundum aliquam aliam talem paſſionem,cum fiat alteratio circa cor & hoc ſecundum magnitudinem:in ſenſibili parte multam facit corporis differentiam in ruboribus & palloribus & tremoribus & timoribus & horum contrariis.Repetẽs autem iam dicta circa hæc duo:ſubdit,dicens.Principium igitur motus perſequibile & fugibile:ex neceſſitate autem conſequitur meditationi & phantaſiæ ipſorum caliditas & frigiditas: ſed latet circa modica accidens hoc.Sunt autem delectabilia & triſtabilia fere cum frigiditate & caliditate aliqua,hoc autem palam ex paſſionibus:audacię enim & timores & ad venerea motus & alia corporalia:hæc quidem ſecundum partem cum caliditate aut frigiditate ſunt : hæc autem ſecundum totum corpus.Quare rationabiliter iã condita ſunt quæ intus & quæ circa principia organicarum partium tranſmutantia & mollia & dura ex inuicem.De tertio autem quomodo per paſſiones mouetur vis appetitiua ad actum appetendi ſubdit dicens.Organicas partes præparant idoneæ paſſiones:appetitus autem paſſiones:appetitũ autem phantaſia,qđ intelligo ſic.Paſſiones idoneæ ſecundum calidum ſcilicet & frigidum præparant ſua diſpoſitione organicas partes vt poſſint mouere vim appetitiuam ad paſſionem metus & doloris & huiuſmodi. Iſtæ autem paſſiones quæ proprie paſſiones dicuntur(licet hic æquiuocet nomen paſſionis)præparant appetitus, id eſt vires appetitiuas: vt poſſint elicere ſuas operationes appetendi.Phantaſia autem per ſenſum aut intellectũ præparat appetitum,id eſt id qđ appetitur: vt ſcilicet per hoc qđ eſt apprehẽſum & perceptum,poſſit mouere partes organicas ſecundum calidum,& hoc neceſſitate naturali,& ſecundum q̃ continuo ſubditur.Simul et ſcito quia paſſiuum & factiuum ad inuicem ſunt ſecundum naturam. & ſecundum q̃ pręmiſit.His autem accidentibus ſecundum modum hunc & adhuc paſſiuo & actiuo talem naturam habentibus: & nihil defecerit eorum quæ in ratione:confeſtim hæc quidem facit hæc autem patitur. De quarto aũt.ſ.quomodo vis appetitiua mota & exiſtẽs in actione appetendi eadẽ neceſſitate naturali confeſtim mouet membra ad fugam aut imitationem,continuo ſubdit:dicens. Propter hoc autem ſimul vt eſt dicere intelligit ambulandum:quia & ambulat ſi non aliquid impediat alterum.Qđ licet forte ſecundum ipſum æqualiter ſit verum de appetitiua intellectuali ſicut & de ſenſibili:tamen in rei veritate non eſt ita niſi de appetitu ſenſitiuę,appetitus enim rationalis non niſi libere mouet.De quinto autem, q̃ vltimo motum eſt motũ tm̃ non mouens aliud, declarat reducendo hæc oĩa ad tria.ſ. ad mouens primũ non motũ qđ eſt appetibile,& ad motũ vltimũ non mouens:cuiuſmodi ſunt membra aut inſtrumenta exteriora,& ad mouens motum cuiuſmodi ſunt omnia intermedia quæ comprehendit ſub appetitu.vbi dicit.Qđ quidẽ igitur primum non motum mouet: appetitus autem & appetitiuum motum mouet:vltimum autem motorum non neceſſe eſt mouere aliquid. Eſt autem primo hic aduertendum q̃ dicit ſimul intelligit quia ambulandum & ambulat ſi non aliquid impediat alterum,qđ ſimpliciter verum eſt & quo ad appetitum ſenſitiuum & quo ad appetitum intellectiuũ.Sed in brutis nullum poteſt eſſe impediens intra:ſed eſt in ipſis actiuis & paſſiuis dictis modis diſpoſitis neceſſarius impulſus ad motꝰ fugę vel imitationis niſi ſit impediens extra,ſecundum q̃ timore ictus cum eleuatur claua vel gladius fugit canis qui appetit euadere.Eſt enim vt dicit aliqua magnitudo vigoris & virtutis: ſecundũ quã mouet mouens:et eſt quædam proportio neceſſario motuum contrariorum:ſed obtinet ille qui præcedit ex maiore virtute.In hominibus autem cum hoc q̃ poteſt eſſe impedimentum extra, ſicut et in brutis:poteſt eſſe impedimentum intra:cuiuſmodi eſt liberum arbitrium:cuius eſt poſſe refrenare pro voluntate ſua omnem appetitum quo ad mouendum membra exteriora,licet non quo ad interiora quædam.ſ.cor et genitalia quæ mouentur ad appetitus ſenſationis inuoluntarie : et ſimiliter quædam alia membra ad inſpirationem et ſomnum non voluntarie. ſecundum q̃ dicit in eodem.Mouentur igitur motibus voluntariis animalia:mouentur autem et aliquibus inuoluntariis quædam partium:plurimis autem non voluntariis.Dico autem inuolũtarios vtputa eum qui cordis et eum qui pudendi.multotiẽs em̃ appetente aliquo non tm̃ volente intellectu mouetur. Non volũtarios aũt puta ſomnũ et vigiliã et reſpirationem et quicũq; alii tales ſunt:nullus enim dominus eſt horũ ſimpliciter,neq; phãtaſia,neq; appetitus.In aliis aũt oĩbus motibus voluntas domina eſt:et poteſt impedire ipſos.Aliter enim ceſſante impedimento exteriori quo ad motus illos nulla eſſet omnino differentia in nobis et in brutis. Secundo eſt hic aduertendum : q̃ licet princi

Z

A

piatiue omnis ſenſus & motus eſt a corde,& forte omnis motus ſecundum paſſiones & ſecundum ſitum incipiat in corde: & hoc quo ad valde modicum & imperceptibile quandoq; ſecundum q̄ dicit in de motibus animalium:Modica permutatio facta in principio multas & magnas facit differentias deinceps: non imanifeſtū:velut gubernaculo ſecundum aliquid modicū tranſpoſito magna prorę fit tranſmutatio : adhuc autem ſecundum caliditatem & frigiditatem:aut ſecundum aliquā aliam paſſionem:cum fiat alteratio circa cor:& hoc ſecundum magnitudinem inſenſibilem: multam facit corporis differentiam in ruboribus & palloribus & tremoribus & timoribus & horum contrariis:Tamen non eſt vnicum membrum ſiue organicum cōmune appetitus ad omnes paſſiones & motus in ſe complendos:ſed aliud & aliud ſecundum q̄ ſunt aliæ & aliæ paſſiones & mot⁹: & ſimiliter aliæ & alię alterationes diſponentes ſecundum calidum & frigidum & cæteras conſequenter diuerſimode præparantes ad diuerſas paſſiones & diuerſos motus. ſecundum q̄ hoc dicitur tertio de Anima de motu ſecundum paſſiones:& eſt idem intelligendum ſecundum alia. Dicit ergo ſic.Intellectus multotiēs intelligit timidum aliquid aut lętum:non iubet autem timere:ſed cor mouetur.Si vero lętum,altera quædam pars eſt,vbi dicit alia tranſlatio. Multotiens cogitat intellectus in aliquo timoroſo : ſed non propter hoc erit timor aut delectatio . Cor autem mouetur motu timoris : & cum cogitat in aliquo delectabili , membrum aliud a corde mouetur motu delectationis.Ecce q̄ plane ponit delectationem in organo aliquo appetitus per hoc indicans q̄ ſit
B in vi appetitiua. Tertio hic eſt aduertendum q̄ paſſiones mutuo concurrunt,& ſecundum ſuos motus ſeſe excitant vel impediūt.Timor enim cū maior eſt per fugam impedit delectationē quo ad proſequutionem delectabilis & econuerſo.Dolor autem ex inconuenienti illato frequenter excitat
C iram & motum ad proſequutionem vindictæ. Quarto autem eſt aduertendum q̄ licet paſſiones intellectuales non cauſentur per diſpoſitiones alterationis ſecundū calidū & frigidū:ga appetitus intellectualis non eſt virtus organica:tñ cauſanť per aliquid reſpondens illi. In aliis autem omnibus conueniunt.Sicut primum mouens in appetitu ſenſitiuo eſt conueniens vel diſconueniens apprehenſione ſenſus perceptum: ſic & motiuum primum in appetitu intellectiuo eſt conueniens vel diſconueniens apprehenſione intellectus perceptum.Ita q̄ quemadmodum ex parte ſenſus, quanta cunq; ſit alicuius perceptio ſiue ſit nociuū ſiue non:ſi tamen nō percipiatur ſub ratione nociui vel proficui,non ſequitur paſſio aut motus in appetitu:quātuncunq; enim ouis videret lupum veniētem ſi non æſtimaret eum nociuum,nunq̄ timeret ac fugeret:& ſi videat canem cuſtodem ouium: ſi tamen eum æſtimet lupum , timet & fugit: ſimiliter quantuncunq; ſit lædens vel offendens, ſiue delectans apprehenſum præſentialiter:ſi tamen non percipiatur eſſe tale nunq̄ mouet . Similiter contingit ex parte intellectus.Q; autem nō percipiatur tale apprehenſum,contingit propter alī quod impedimentum ex parte ſenſus & intellectus. ſecundum q̄ dicit Auicenna nono Metaphy. Perfectio & res conueniens præparata virtuti apprehendenti ſi fuerit impediens animam abhorret eam & eligit potius eius contrarium. Sicut infirmus aliquis abominatur ſapores dulces. quia non eſt abominatio,ſed priuatio delectationis:ſicut cum formidoloſus inuenerit victoriam non perci-
D pit eam nec delectatur in ea,quouſq; remoueatur impediens & tunc redibit ad ſuam naturam. De delectatione autem circa ſpiritualia ſimiliter loquitur ibidem,dicens.Quia nos in hoc ſæculo & noſtro corpore demerſi ſumus in multa turpia : ideo non ſentimus illam delectationem cum apud nos fuerit aliquid de cauſis eius,niſi prius depoſuerimus a ceruicibus noſtris iugum voluptatis & iræ & ſorores earum.Sicut autem poſt apprehenſionem & perceptionem ex ſenſu non ſequitur paſſio,aut motus appetitus ſenſibilis niſi præcedat in organo alteratio ſecundum calidum & frigidū: ſic poſt apprehenſionem & perceptionem intellectus non ſequitur paſſio aut motus appetitus intellectualis:niſi præcedat in intellectu medium ſyllogiſticum coniungens perceptum ad motum conſequendum : vt præmiſſam minorem concluſioni. Cum enim ſenſus apprehenſione & perceptione ſua quaſi dicat q̄ imminet nociuum, ſtatim naturaliter ſequitur alteratio dicta: & ad illam motus appetitus ſenſibilis.Quæ alteratio ſi non intercederet,motus ille non ſequeretur. Cum vero intellectus ſua apprehenſione & perceptione dicit q̄ imminet nociuum, nihil ſtatim naturaliter ſequitur vt impreſſio aliqua ad quod neceſſario ſequitur motus appetitus intellectualis: ſed ſi neceſſe eſt eum ſequi oportet adiungi p intellectus apprehenſionem, maiorem propoſitionem quæ virtute continet concluſionem,ſcilicet q̄ imminente nociuo fugiendum eſt,qua adiuncta penes intellectus aſſertionem neceſſario ſequitur paſſio timoris & motus appetitus in appetendo longius abeſſe:& ſiſt motus fugæ niſi ſit aliud qđ obſiſtat.Et ſcđm hoc phs in de motib⁹ aīaliū poſtq̄ determinauit q̄ aīalia ſiue rōnalia ſiue irrationalia mouēť ſcđm appetitū ſenſibilē alteratione facta ſcđm

calidum & frigidum circa organum appetitus dicens. Mouetur & ꝓcedit animal appetitu aut ele ctione, alterato aliquo ſecũdũ ſenſum, aut phantaſiã. ſtati ſubiũgit de motu, ſecũdũ appetitũ rõnalẽ facta non alteratione, ſed augmentatione, ſubdẽs. Propoſitio aũt intellectus qñꝫ qdẽ opaẽ qñꝫ non operaẽ: & mouet qñꝫ, qñꝫ aũt nõ mouet. Videẽ ſimiliter accidere & de immobilibus ſyllogizanti bus. cũ. n. duas ꝓpoſitiones intellexerit, cõcluſionem intellexit & cõpoſuit. Hic aũt ex duab⁹ ꝓpoſi tionib⁹ cõcluſio fit opatio, vtputa cũ ĩtellexerit ga oĩ homini ambulãdũ: ipſe aũt hõ: ambulat ſta tim. Si aũt ꝙ nulli nũc ãbulãdũ homini: ipſe aũt hõ: ſtatim qeſcit: & hoc facit ſi nõ aliqd ꝓhibeat. ſi militer faciẽdũ mihi bonũ, domus aũt bonũ: facit domũ ſtatim: & cõcluſio opatio eſt. Ego aũt deſcẽ dẽs ad ꝓpoſitũ addo ſic. Imminẽte nociuo, fugiẽdũ eſt: nũc aũt iminet nociuũ: ergo nũc fugiẽdũ eſt E
& fugit: eſtꝫ cõcluſio fuga. Siĩr iminẽte cõueniẽti imitãdũ eſt: nũc iminet, ergo &c. Vel, hoc iminẽs eſt cõueniẽs ergo &c. In hac aũt argumẽtatione maior ꝓpoſitio debet poni ſub interrogatiõe & de ea certificari intellectus ꝑ inueſtigationẽ, qñ nõ naturaliʳ in eo habet eẽ ei⁹ notitia ꝑ minorẽ cogni tã ꝓceptiõe intellect⁹ ſtati ſeqt̃ mot⁹. ſicut ꝑ ꝓceptionẽ ſenſus habet ſtatim in organo appetit⁹ eẽ al teratio ſecũdũ calidũ & frigidũ, ꝓpter qd̃ in appetitu ſenſitiuo tã in brutis q̃ in hoĩbus q nõ vtunt rõne ex parte maioris ꝓpoſitiõis ſtatim ſeqt̃ appetitio & opatio niſi ſit ĩpediẽs, nõ ſic in intellectiuo apud hoĩes q nõ opant̃ niſi rõne apparẽte in ꝓpoſitione, maiore: qa qñꝫ oportet prius ad notitiam maioris ꝓpoſitiõis rõcinari: ſed circa minorẽ ꝓpoſitionẽ nõ inſiſtũt: qa q̃ſi manifeſtã nõ cõſiderant eã: & ſic iſti nõ ꝓpter minorẽ ſed ꝓpter maiorẽ ꝓpoſitionẽ, nõ velociter operantur. Alii autem qui non curant de maiore cui oportet ratiocinando inſiſtere : ſed ſolũ minori quam oſtendunt ſenſus & intellectus: velociter operantur . vnde dicit Philoſophus ibidem . Interrogantes ſic alteram pro poſitionẽ. ſ. maiorẽ, eam quę eſt manifeſta. ſ. minorẽ: neqꝫ intellectus conſiſtens conſiderat puta ſi am bulare bonũ homini: quæ. ſ. debet haberi ex interrogatione, ꝙ autẽ ipſe homo non iam immoratur: quia. ſ. manifeſtum eſt ex ſenſu vel intellectu: & ideo ſtatim concludit quia bonum eſt ipſi ambula re & ſtatim ambulat, propter qd̃ vt ſubdit, quæcũqꝫ nõ ratiocinantes operantes nihil. ſ. conſideran tes de maiore ꝓpoſitione: ſed ſolum ſequẽtes minorẽ quã apprehẽſio proponit: velociter operãtur. Cum eñ cõpertus fuerit aliquis illorum, aut ſenſu, aut phantaſia, aut intellectu, id qd̃ appetit, ſta tim facit. Pro interrogatione eñ aut intelligẽtia quę deberet eſſe de maiore ꝓpoſitione ipſa appeti tio fit operatio: quia ſtatim ad eam ſequit̃ operari. Potabile mihi appeto, dicit cõcupiſcentia. & hoc pro maiore ꝓpoſitione. iſtud autẽ potabile dicit ſenſus aut phãtaſia, aut intellectus. ſtatim bibit. & hoc nõ cõtingit niſi quia ꝑ paſſionẽ abſorbetur ratio, ne conſideret illam maiorem. Sed qualiter-

Ad ſcdm in forma

cunꝫ in homine operari cõcludatur ſemp a libertate voluntatis impediri poteſt. Q2 ergo arguit q, dolor ſiue paſſio mouet corpus ꝑ qualitates ſenſibiles: Dicendum ꝙ verũ eſt ꝙ mouet corpus ad operis executionẽ & continuationẽ mouendo immediate appetitum ad actum appetiti: ſed non mouet corpus ad qualitates ſenſibiles: ſed magis econuerſo qualitates illę mouent appetitum ſecũ dum paſſiones vt patet ex prædictis.

Quæſt. x. Quæſt. xi. Quæſt. xii. Quæſt. xiii. Arg. princi. Primum.

na. Sup illud:Quomodo mouet nō videt,dicit Auerrois Cōmēta.Nō faciūt niſi agēs in genere in-
ſtrumēti nō agens verū cū deſtruūt primū agens habentibus.quia eīn videmus in quibuſdā q; ma
gis ſunt agētia q̄ alia:digniora ſunt vt corrūpāt q̄ vt generēt:quapropter neceſſe eſt ſi generēt res
vt habeant agens qđ faciat ea p tēperamentū natura.Inſtrumentū eīn nō mouet ſine artifice:& cū
mouebit cum artifice mouebit ad generationē tantū.ignis aūt cum nō mouebit per primū mouēs
mouebit ad corruptionē tantū.Deinde Philoſophus cōtinuo determinat generationē & corruptio R
nem fieri per primū mouens circa vnumqđq; generabile & corruptibile.& hoc motibus contrariis
per vnam,ſ.generationē: quia adducit generans vim generatiuā & cōſeruatiuam influendo,p aliā
corruptionem vim generatiuā & conſeruatiuā ſubtrahendo:dicens ſic,Quoniā tranſmutatio quę
eſt ſecūdum allationem perpetua eſt:neceſſe eſt & generationē eſſe cōtinue:quia adducit generās:
& allatio prima cauſa generatiōis eſt. Qm̄ autē cōtinua eſt rebus generatio & corruptio:dicimus
cauſam eſſe allationem generationis.Vna quidem ente allatione nō contingit fieri ambo:quia con
traria ſunt.Idem eīn ſimiliter ſe habēs ſemp idem innatum eſt facere, quocirca ḡneratio erit ſem-
per aut corruptio. Oportet autem multos eſſe motus & cōtrarios aut allatione,aut inęqualitate,
contrariorū eīn eſſe contraria,ideoq; non prima allatio cauſa eſt generationis & corruptionis : ſed
quæ circa obliquū circulū: in hac eīn & continuū ineſt & moueri duos motus:neceſſe eīn ſi ſemp
erit continua generatio & corruptio ſemp aliquid moueri vt nō deficiant trāſmutationes:duo au
tem vt nō alterū cōtingat ſolum.Cōtinuitatis quidē igit totius allatio cauſa:preſentię vero & ab-
ſentię inclinatio. Contingit eīn quādoq; longe fieri quādoq; prope/in ęquali vero diſtantia ęqualis
erit motus.Quocirca ſi in adueniendo & ꝓpe eſſe generat:& in recedendo & longe eſſe idē ipſum
corrumpit:& ſi in multotiēs adueniendo generat:in multotiens recedendo corrūpit. Contrariorū
eīn cōtraria eſſe:& in ęquali tēpore corruptio & generatio quę ſcdm naturā.Ideo & tēpus vitę vni
uſcuiuſq; terminū habet,& hoc determinat:oīm eīn eſt ordo: & omne tēpus & vita mēſurat perio
do,non tamē eadem omnes: ſed hi quidem minore:hi vero maiore: iis quidem enim minus,iis au-
tem maior,aliis autē minor periodus eſt menſura. Apparent autem & ſecūdum ſenſum quæ dicta
ſunt,videmus enim qm̄ adueniente ſole generatio eſt:recedente autem diminutio & in æquali tē-
pore alterutrum. Aequale enim tempus corruptionis & generationis illius quæ eſt ſcdm naturā.
Sed contingit multotiens in minori corrumpi propter adinuicem confuſionē : inæquali enim en-
te materia & non vbiq; eadem neceſſe eſt & generationes inęquales eſſe:has quidē citiores:has ve-
ro tardiores.Hunc textū integrum vt magis appareat exponet declaratio noſtra iam ſequēs appli
canda ad propoſitum noſtrū. Notandum eſt igitur ad huius literę planiorē intellectum q; perio S
dus idem eſt qđ modulatio harmonica a motu harmonico cęleſti harmonice impreſſa ſiue influxa
inferioribus cauſis & principiis motiuis ad formarum materialium productionem maxime mixto
rum & in illis præcipue viuentium atq; in eſſe & viuere ſecūdum eaſdem formas conſeruationē
quā harmoniā iam appellauit Auerro.cōtemperamētum. Et cum multi ſint cęleſtes circuli:tamē
omniū eorum non ſunt niſi duo motus vt vult Philoſophus.iii.Metaphyſi.ſ.aplanes & planes.Mo
tus autem aplanes qui idem eſt qđ ordinatus:eſt motus primi mobilis qui dicitur diurnus & pro
cedit ab oriente in occidentem ſuper polos mundi ſecūdum circulos ęquidiſtantes:quorū medius
& maximus eſt æquinoctialis & affert ſecum cæteros orbes inferiores & ſtellas quæ ſunt in eis,ſo
lem & cæteros planetas & omnes ſtellas fixas in eo:& omnes gradus totius orbis ab oriente in oc-
cidētem. Motus autem planes qui dicitur idem qđ erraticus eſt motus ſeptem orbium ſeptē pla-
netarum ab occidēte in oriētem contra motum primi mobilis & in circulo ſignorum ſuper polos
Zodiaci : qui diſtat a polis mundi tam ab inferiori antarctico q̄ a ſuperiori arctico per.xxxiii. gra-
dus &.xxv.minuta,ſub quo circulo motu fortiore primi mobilis motu raptus feruntur.vii.orbes

planetarum ab oriente in occidentem,propter qđ ſtellę motę in illis oblique mouẽtur reſpectu polo rum Mundi,ſ.ab ante in retro vt ab aquilone in meridiem & econuerſo ſecũdum q̃ ſol mouetur a capricorno in cancrum & econuerſo. propter qđ dicuntur ſtellæ erraticę,& earum motus dicitur erraticus.Et propter illos motus diuerſos primi mobilis ab oriente in occidentẽ,& planetarũ econ trario ab occidente in orientẽ dixit Phus q̃ oportet motus eſſe cõtrarios.Propter autẽ motus pro prios planetarũ ab ante in retro & ecõuerſo,dixit q̃ oportet motus eſſe inæquales:vt ſit diſiũctiua artis.Vtraq; em̃ diuerſitas requirit:qa vt dicit,cõtinuationis ſcđm gñationẽ & corruptionẽ cauſa eſt contrarietas.Q; autem modo fit alicuius generatio modo eiuſdem corruptio,cauſa eſt inęqua
T litas motus ī obliquo ſiue decliui circulo: per quam gñans modo eſt p̃ſens modo abſens. Et quia ſcđm q̃ dicit Phus in ſequentibus: ſi ſint motus plures neceſſe eſt vt ſint plures motores:& quia oĩa mota aliquo modo mouent eodẽ motu:& qa eſt motus diurnus:neceſſe eſt q̃ oẽs motores cõti neant ſub vno principio primo mouẽte qđ eſt ĩmobile & ingñabile & inalterabile,Iſtis aũt duobus motib9 qa diuerſimode adducit ſol p̃cipue:qa p̃cipue eſt generãs:ppter qđ de Sole poti9 dedit exẽ plũ q̃ de ſtella: & ſil̃iter planetę alii adducunt contẽperãtes virtutẽ ſolis ad variã & diuerſam gña tionem: diuerſimode elementa inter ſe tranſmutantur ſuis actionibus & commiſcẽtur adinuicem ad generationẽ mixti:qa ſole verſus Capricornũ deſcẽdẽte vincũt elemẽta inferiora:& quãdo aſcẽ dit verſus Cancrũ incipiũt vincere elemẽta ſuperiora:& ſic ſemp trãſmutant ī inuicẽ & in mixtũ diuerſimode & circulariter:qa cũ adducit gñans,quęcũq; tunc gñant:ecõtrario tũc corrũpunt cũ ab eis abducit.Generans autẽ hic nõ ſolus appellat Sol:licet ſit p̃cipue:nec etiã planetę cũ ipſo:ſed etiam oẽs cõſtellationes ſtellarũ fixarũ ſcđm quãcũq; determinatã oĩm illorũ concurſuũ appropin quationẽ & remotionẽ. Sicut em̃ nõ ſolus ſol eſt cauſa gñatiõis licet p̃cipue ſit generãs ī eo q̃ oẽs ſtellę illuſtrantur a ſole: ſimiliter nec ſolus ſol acceſſu ſuo & receſſu per obliquum circulum & de cliuem facit periodũ:licet prĩcipaliter ipſam faciat ſicut principaliter generat:quia aliter nihil de beret naſci ī hyeme:ſed tm̃ in æſtate: & nata in æſtate ſtatim deberẽt corrũpi in hyeme:& nullius
V periodus aut duratio ptrãſiret annũ:qđ manifeſte falſum eſt.Sed gñationẽ & periodũ cõſeruatio nis gñati in eſſe faciũt oĩa prædicta ſimul circa qđcũq; generatum in aliqua hora certa ſcđm ordi nẽ & reſpectũ quẽ habẽt inter ſe ſex ſigna tũc aſcẽdentia cũ oĩbus planetis & ſtellis q̃ ſunt in eis:& etiã ſcđm ordinẽ & reſpectũ quẽ habẽt ad alia ſex ſigna oppoſita cũ oĩbus planetis & ſtellis q̃ ſunt in illis.Ex oĩbus em̃ dictis ſcđm quẽlibet ordinẽ & reſpectũ vna virtus contẽperat ad aliq̃ generan da:& alia ad alia ſcđm aliũ & aliũ ordinẽ:ita q̃ vna virtus ſcđm vnũ ordinẽ aliquãdo nata eſt ge nerare alia q̃ alia virtus nata eſt gñare ſcđm aliũ ordinẽ,& tunc eadem nata ſunt generari ſecũdũ virtutes contẽperatas diuerſas ſcđm diuerſos ordines aut ſecundũ oẽs.Fortior tamẽ eſt virtus illa ſecũdum vnum ordinẽ q̃ ſecundũ alium: & ſecundũ fortitudinẽ illius virtutis naturaliter fortio res ſunt generati in vna hora q̃ in alia.Ita q̃ ſi nulla eſſet diuerſitas ex parte materiæ ex qua gene rantur illa quæ ſunt vnius ſpeciei,omnium generatorũ vnius ſpeciei in vna hora eſſet eadem pe riodus. Sed quia diuerſa eſt diſpoſitio materię ex qua generantur diuerſa & in vna parte eſt obe dientior & receptibilior virtutis cæleſtis ei imprimendę:ideo non generantur in eadem hora eiuſ
X dem fortitudinis:neq; eiuſdem periodi ſunt. Eſt ergo cauſa periodi cuiuſcunq; dicta fortitudo virtutis ſtellarũ quæ ſunt in ſex ſignis incipientibus aſcendere hora generationis cum ſuſceptibi litate materiæ. ſecũdum hoc em̃ aliquorum periodus habet eſſe dies vnus tm̃: vt illius piſcis qui dicitur ephimera:cui9 generatio quo ad totam ſpeciem & omnia indiuidua eius perficitur in vno die artificiali : & ſimiliter eius corruptio in nocte artificiali . vnde in eodem die artificiali in quo oritur & moritur:nec eſt natus generari niſi ī conſtellatione tam debilis virtutis & de materia de biliter receptibili impreſſionis ab illa virtute. Et ſecũdum hunc modum aliorum periodus eſt an nus:aut plus huius aut minus:& hoc quãdoq; ſecũdum totam ſpeciem & omnia eius indiuidua quãdoq; autẽ ſecũdum diuerſa indiuidua tm̃:quia alia indiuidua eiuſdẽ ſpeciei nata ſunt naſci in hora conſtellationis alterius virtutis & ex materia alio & alio modo diſpoſita:& ſemp periodus eſt maior vel minor ſcđm q̃ fortior vel debilior eſt virtus cęleſtis a qua generant:& ſcđm q̃ materia eſt receptibilior vel minus receptibilis illius.Et ſic quęlibet ſtella fixa & erratica ſecundum reſpe ctum ſex ſignorum aſcendentium hora generationis operatur ad rei generationẽ ad eius profectũ. Econtra quęlibet ſtella fixa & erratica ſecũdum reſpectum ſex ſignorum oppoſitorũ cum incipiũt deſcendere operatur ad eius defectũ & corruptionẽ:& ſcđm hoc vult Philoſophus q̃ contrariorũ
Y contrarii ſint effectus. Sed intelligẽdũ q̃ operãtur ad corruptionẽ per accidẽs:& hoc dupliciter. Vno mõ qa ex materia illi9 alicđ generãt ſcđm q̃ nata ſunt gñari.Alio mõ qa p̃ hoc q̃ hmõi ſtellæ

cum huiuſmodi ſignis adducũtur,abducũtur contrarię quę erant cauſa generationis:& per abdu
ctionem ſubtrahit earũ virtus & debilitantur: & cum per pfectam elongationẽ pfecte ſubtrahitur
per defectum eius corrũpuntur.Et quia æquale eſt tempus adductionis talis generantis vſquequo
fit in pfectione virtutis qua pficit generatũ & abductionis qua deficit:idcirco ſcđm reſpectũ æqua
lem eſt tẽpus generationis cuiuſlibet & corruptionis:quia reſpectu primi ſigni aſcendentis in hora
generationis qua incipit eſſe ſcđm formã generatã vſq; ad ſextum incluſiue cõputatur rei genera
tio ſub generatione cõputando rei profectũ:reſpectu vero ſeptimi ſigni cum incipit aſcendere vſq;
ad.xii.ſimiliter incluſiue cõputatur rei corruptio ſub corruptione computãdo omnẽ eius defectũ.
Sunt autẽ iſti reſpectus ſemp æquales ſcđm naturã:quia tantũ tẽporis elabitur ab aſcenſu primi Z
vſq; ad ſeptimũ quãtum ab aſcenſu ſeptimi vſq; ad primũ excluſiue. verbi gratia. ab ariete p tau=
rum & gemínos & deínceps vſq; ad libram tantũ eſt quãtũ a libra per ſcorpionẽ & ſagittariũ & de=
ínceps vſq; ad arietem:& ſic ſecundũ naturam tantus eſt periodi defectus quãtus eſt eius pfectus.
Vt ſi profectus eſt triginta annorũ alicuius hominis,defectus eius eſt aliorum.xxx. annorũ:& erit
tota periodus vitæ illius.lx.annorum.Poteſt tamẽ contingere circa hoc impedimẽtum vel in tẽpo=
re profectus,vel in tẽpore defectus,vel in vtroq; vt per variationẽ regionis & regimẽ malũ aut ali
quorum huiuſmodi:& tunc ſecundum quãtitatem impedimẽti citius vel tardius deficit:ſed vltra
progredi per naturam nõ poterit.& tale impedimentũ comprehendit Philoſophus ſub confuſione
& inæqualitate materię.Vocat emm confuſionẽ & inæqualitatẽ materię indiſpoſitionẽ eius ad reci=
piendũ impreſſionẽ a virtute cæleſti ante generationẽ,& impedimentũ ad continuandũ eius actio
nem poſt primã generationẽ. Et qui ſecundũ dictum modum ſciret vires ſignorũ & conſtellatio= A
num in rerum generatione & materię receptibilitatẽ poſſet ꝓgnoſticare cuiuſlibet generati dura=
tionem naturalem. quæ tamẽ per accidẽs poſſet impediri vt dictum eſt.Et ſimiliter per accidẽs per
omnimodam materiæ indiſpoſitionem poſſet impediri cuiuſlibet generabilis generatio. Ideo di= B
cit Philoſophus ibidẽ.Futurũ nihil prohibet nõ generari : futurus emm incedere non incedet:& ſic
generabile nulla neceſſitate generabit niſi ex hypotheſi:ſi virt9 cęleſtis inuenerit materiã diſpoſitã.
Sed tamẽ omne corruptibile neceſſario corrũpetur:quia neceſſe eſt cuiuſq; periodũ ad finem veni=
re:ad quẽ cum peruenerit ceſſante influentia conſeruãte per cõtinuam ſubtractionẽ neceſſario cor
rũpitur generatũ: & accidit corruptioni ꝙ tũc ex corrupto aliquid aliud genereť aut ꝙ prius per
aliqđ accidens corruptio acceleret.Sed ſubtractione oĩmoda virtutis conſeruatiuę:etſi nõ ſit cau=
ſa agens ſtatim res prius generata corrũpitur.Nec eſt in hoc differẽtia:ſiue ſucceſſiue ſubtrahatur
quouſq; peruenia ad finem periodi naturalis:vel tota ſimul:& hoc per aliquã violentiã factam cir
ca generatũ vt cũ ſubito materia fit indiſpoſita ad formę conſeruationẽ.ſicut emm indiſpoſita mate
ria nõ poteſt formã recipere,ſic nec facta indiſpoſita poteſt eam conſeruare:vel per aliquã tranſmu
tationẽ circa cælũ a quo virtus influitur quę eſt ceſſatio a motu. Et ideo dico deſcẽdendo ad p= C
poſitum ꝙ ſi cælũ ſtaret omnia corruptibilia ſtatim corrũperentur:vt ſunt omnia mixta. Elemẽta
autẽ quia ex ſe ſunt incorruptibilia & nullo modo corruptibilia niſi per accidẽs quia ſunt in potẽ
tia ad formas alias elementorũ & mixtorũ:ideo ceſſante actione generationis quę nõ eſt in elemen
tis niſi ex virtute cęleſti ceſſabit & generatio & corruptio elementorũ. Vnde quærit Philoſophus
loquens de elementis:quare vnoquoq; corporũ in propriã allato regionem in infinito tẽpore nõ di
ſtant corpora.Commẽtat.verbi gratia.aeris aſcenſus & aquæ deſcẽſus:vt.ſ.aer non deſcendat ad lo
cum aquę neq; ecõuerſo.Et reſpõdet Philoſophus ſubdẽs. Cauſa huius eſt quę adinuicẽ tranſitio.
Si emm vnũquodq; maneret in ſua ipſius regione & non tranſmutareť ad id qđ prope eſt:iam vtiq;
deſtitiſſent.tranſmutãtur quidẽ igitur propter allationẽ duplicem:quia autẽ trãſmutãtur nõ con
tingit manere vllũ eorũ in vlla regione ordinatum . Eſt igitur tranſmutatio vnius elementorũ in
aliud per duplicẽ allationem,cauſa quare nullum eorum manet totaliter quietũ in regione loci ſui
naturalis: ſed vnum eorum aſcẽdit ad locum alterius.ergo a contrario ſtante duplici allatione nul
lum eorum tranſmutatur in aliud: ſed manebit vnũquodq; eorum imperpetuũ in proprio loco di
Rñſio ad.q. ſtans ab alio: ſic ꝙ nullũ eorum ſubintrabit locũ alterius:licet erunt tangentia ſe & cõtigua. Di= D
co ergo breuiter ad queſtionẽ ꝙ corpora damnatorũ aut beatorũ nõ manent incorrupta quia cor
ruptio ipſorũ depẽdet a motu cæli.immo ecõuerſo:quia eſſe & cõſeruatio eorũ vſq; ad finẽ periodi
depẽdet a motu cæli:ideo ceſſante motu cæli oĩa ſubito corrũpũtur & in elemẽta reſoluũtur:quia
illa ceſſatio motus finẽ oĩm periodorũ ponit. ſubtrahit emm ſimul omnẽ virtutẽ quã quęcũq; perio
di poſſent ſubtrahere ſucceſſiue.& ideo ſicut finita periodo neceſſe eſſet qđcũq; mixtum corrupti
bile corrũpi etſi nullũ eſſet corrũpens extra:quia illud accidit corruptioni & accidit illi qđ corrũ=

pitur,aut etiam accidit corruptioni vel corruptibili ꝙ per corrūpens extra acceleret corruptio vt iam habitū est:sic;cessante motu cæli necesse est illico oīe mixtum corruptibile corrūpi,vt dictū ē.

E Si ergo corpora damnatorū maneāt in ppetuo incorrupta:oportet illius quærere aliā causam supnaturalē:q̄ scd̄m ꝙ alias determinauimus ex pte corporū beatorum est dos incorruptibilitatis:qua non solū nunq̄ corrumpent:quemadmodum aliqui dicunt ꝙ nunq̄ corrumperentur ꝓpter pfectā subiectionem eorum ad aīas suas,& ꝓpter donum gloriæ:quēadmodū Adā fuit nō corrupt⁹ ꝓpter bonum innocētiæ & donū originalis iustitiæ: sed qua oīno non possent corrumpi & essent oīno incorruptibilia sicut corpora cælestia aut angeli.Ex pte aūt corporū dānatorū,vt videtur,opinio bti Grego.est,ꝙ sicut semp sunt & manent passibilia:sic semp sunt & manent corruptibilia.Super illd em̄ Iob.x. Vbi nullus ordo,lib.ix.Moralium dicit sic.Ordo in suppliciis non erit:quia rebus in pœnam surgētib⁹ qualitas nō seruatur:hic flamma q̄ succēdit illuminat:illic ignis q̄ cruciat obscurat & q̄is illic ad consolationem non luceat:tñ vt magis torqueat ad aliquid lucet:supplicia vltra vires cruciant:& vitæ subsidium extinguētes seruant vt sic vitam terminus puniat quatenus semp sine termino cruciatus afficiat,qa & ad finē per tormenta ꝓcrat & sine fine deficiēs durat.Fit ergo miseris mors sine morte,finis sine fine,defectus sine defectu,quia & mors viuit & finis semp incipit & defectus deficere nescit.Quia igit̄ mors pimit nō extīguit:flamma cōburit:sed nequaq̄ tenebras

F discutit, quia in obscuritate cruciat:sciendū tñ est:ꝙ ita lumen ad tormenta seruat vt ad cōsolationis gratiā ignis supplicii nulla claritate candeat,& ad doloris cumulū quos inordinate nūc reprobi diligunt qualiter crucientur ostendat. Ad oīm autem horum declarationem tanq̄ in simili dicit sic.Quantum ꝙ notitiam præsentis vitæ colligitur,supplicia ordinem non habent q̄ nō suā per omnia qualitatem tenent:qđ si probare testimoniis in sua expressione non possumus: supest vt ediuerso doceamus.Tres quippe pueri succensis ignibus ligatis manib⁹ & pedib⁹ proiecti sunt:quos tamen rex illæsis vestibus deambulantes vidit,vbi aperte colligitur ꝙ mira dispensatione conditoris,ignis qualitas in diuersa virtute tempata & vestimēta non attingit & vincula incendit,sanctisq; viris & ad inferendum tormentum flamma friguit, & ad solutionis ministerium exarsit. Per hūc ergo modū intellīgit Greg.ꝙ sicut circa illos pueros ignis seruauit scd̄m actū opationis q̄litatē suam in comburendo vincula:non seruauit autem eam in comburendo ipsos pueros aut eorum vestimenta q̄is ipsa erant in se combustibilia sicut & vincula:sic circa damnatos ignis suam qualitatem ex pte lucis seruat in ostendendo ea q̄ cum videntur cruciant: non seruat autem eam in ostendendo illa quæ cum ostenduntur delectant: q̄is ambo visibilia sint quæ delectant sicut & quæ cruciant.Et consimiliter circa corpora damnatorum ignis qui cruciat ex parte caliditatis qualitatem suam seruat in calefaciendo:non seruat autem eam in proportionem organorum ipsorum sensuum vllo modo alterando,neq; in formā corporis substantialem aliquā corrūpendo:aut harmoniam illam quam anima requirit in corpore vt permaneat in ipso.Si em̄ formaret suā qualitatem in corrumpendo proportiones organorum quibus anima vnitur corpori & conseruatur in ipso,& exercet in ipso actum primum qui est esse siue viuere per suam substantiam,& actus secundos qui sunt sentire,& similiter intelligere inquātum non est sine phantasmate,maior esset vis ei⁹ et fortior actio eius in agendo corruptionem si corpora illa haberent rationem corruptibilis q̄ cēt vis illorum et actio eorum in resistendo:aut animæ in corpus a corruptione conseruando:et p hoc necessario corrumpentur:quia secundum ph̄m de moribus animalium,in omni actione naturali quæ fit per contrarietatem actiui et passiui necessario est quædam proportio virtutum qua mouens mouet et transmutat passum:et qua passum cōtra agēdo manet in eo qđ est:et tenet se ne ab illo transmutetur,ita ꝙ semp excedens obtinet,et in æqualitate existētia impassibilia sunt adinuicē Vnde quia non seruat suam qualitatem in corrumpendo dicto modo sicut conseruat eam in calefaciendo:ideo in eis est summa immutatio secundum primū genus transmutationis: & excessiue calefiunt,quia sunt vere passibilia a calido ignis.Et quia in eis manet proportio organorum illæsa est etiam in eis ob hoc summa immutatio ſm secundū genus immutationis et excessiue immutantur organa secundum speciem calidi.Et ex hoc tertio est in eis summa immutatio secundum tertium genus immutationis:et perfectissime sentiunt,caliditatem ignis et percipiunt læsionem per calefactionem excessiuam circa proportionem quæ debet esse circa corpus animalis vt mixtum est inter calidum & frigidum, humidum et siccum.Et ex illa perceptione quarto afficiuntur summo dolore et cruciantur vltra vires.i.vltra q̄ possent sustinere citra suā corruptionem si ignis seruaret suam qualitatem secundam sicut et primam,dum tamen essent corruptibilia sicut et passibilia.Tunc enim potius corrumperentur q̄ persisterent in tormento tanto procedente ex tanta im-

mutatione. Et eſt intentio Grego. q̄ vere manent corruptibilia ſicut & paſſibilia. Aliter enim nō di
ceret q̄ ignis primam qualitatem ſeruat, ſecundam autem non ſeruat: ſicut ignis ex parte lucis ſer
uat qualitatem ſuam in oſtendendo captiuatis ea quibus magis torqueantur: non autem in oſten
dendo ea quibus conſolentur. Conſtat enim q̄ hoc fit per miraculum & lucis ſuſpenſionem quan
dam: quia ita ſunt oſtenſibilia quantum eſt ex ſe, ea quibus conſolentur vt ea quibus torquen=
tur. Similiter ergo fit per miraculum ex parte caloris q̄ ſuſpenditur eius qualitas ſecunda. q̄d nul
lo modo oporteret ponere niſi illa corpora eſſent vere corruptibilia ſicut & ſunt vere paſſibilia. Et G
ſic ſecundum Gregorium, ſi ſeruaret ignis ex parte caliditatis ſuam qualitatem ſecundam, omnino
ipſa corrumperet etiam ſtante cælo licet nihil generaret mixtum. & per hunc etiam modum feſtu
cas combureret ſtante cælo. Secundum ſententiam autem Gregorii etiam ſi inæternum moueret
cælum, & fierēt naturalis generatio & corruptio propter illius ſcd̄æ qualitatis ſuſpenſionem, ignis
nullo modo corpora damnatorum corrumperet, quia cum cælum non agit niſi mediante elemen=
to, ſuſpenſa qualitate elementi quo ad actū corruptionis ſuſpenſa eſſet & actio cæli quo ad eūdem.
& ſic ſcd̄m Gregorium ille ignis quantum eſt ex actione ſecundum primā dictarum qualitatum vi
tam damnatorum extinguit: quā tamen ſeruat propter ſuſpēſionem qualitatis ſecūdæ, vt ſic termi
nus & exceſſus immutationū ſcd̄m primam qualitatem vitam puniat vt ſemper ſine termino cru
ciatus afficiat: & ſic etiam ſemper ad finem per tormenta properat & ſine fine defectus durat id eſt
ſine fine vita durat ſub tali exceſſu ſub quali alias neceſſe eſſet eam deficere: & per hunc modum
fit miſeris mors ſine morte & finis ſine fine & defectus ſine defectu. Et ponit Grego. conſimilem diſ H
poſitionem ignis quo ad primam eius qualitatem in cruciando corpora æqualiter paſſibilia inæ=
qualiter: q̄a nō ſcd̄m diſpoſitionem paſſibilitatis in corporibus: ſed ſcd̄m diſpoſitionē vitioꝝ ī aīab⁹
Dicit em̄ ibidē paulo prius. Sicut in domo p̄ſis mānſiones multæ ſunt p̄ diuerſitate virtutis, ſic dā
natos diuerſo ſupplicio gehennæ ignib⁹ ſubiicit diuerſitas criminis. q̄. ſ. gehenna q̄uis cunctis ſit
vna non tñ cunctos vna eademq̄ qualitate ſuccendit. nā ſicut in vno ſole omnes tangimur, nec ta=
men ſub vno & eodem ordine omnes æſtuamus: quia iuxta qualitatem corporis ſentitur & pond⁹
caloris: ſic damnatis vna eſt gehenna quæ afficit: non tamen vna omnes qualitate comburit. quia
hoc q̄d hic agit diſpar valetudo corporum, hoc illis exhibet diſpar cauſa meritorum. Sed ſi cor= I
pora illa vere ſunt corruptibilia ſicut & vere ſunt paſſibilia, vt videtur ſentire Grego. qua ergo vir
tute manēt inæternum abſq̄ corruptione? Eſt enim aliqua multitudo virtutis ſecundum quā ma
net quod manet: quemadmodum & ſecundum quam mouet mouēs, vt dicit p̄hus de motibus ani
malium: vt nō ſufficiat dicere q̄ manet, q̄a non adeſt corrumpens. Quēadmodum etiā dicit Auer.
in fine de ſubſtantia orbis, q̄ non eſt dicere q̄ terra quieſcit perpetuo in centro, quia non habet mo
uens eam extra centrum, vt dixit Ioannes Grammaticus: ſed quia habet in ſe virtutem qua quie=
ſcit in centro ſicut & qua mouetur ad centrum, cū eſt extra ipſum. Oportet ergo ponere q̄ ſit ali=
qua virtus poſitiua qua perpetuo manent. Cōſtat autem q̄ illa non eſt naturalis, quia omnis vir=
tus corporis naturalis eſt finita: q̄ ex ſe non poteſt eſſe cauſa durationis infinitæ, vt dicit Auerrois
de ſubſtantia orbis. Oportet ergo q̄ ſit ſupernaturalis & hoc vel ſola voluntas diuina quę ipſa cor=
pora conſeruat ſemp & in æquali incorruptibilitate: vel aliqua diſpoſitio ipſis corporibus a deo im=
preſſa. Q̄ primo modo bene poſſibile ſit deo conſeruare in eſſe, ſicut & ſuſpendere calorem ignis K
quo ad actum corrūpendi illa corpora, plane profitemur. Sed tunc neceſſario ad hoc q̄ corpora dic=
ta perpetuo cōſeruentur abſq̄ corruptiōe in tali igne, duplex cōcurrit miraculum. Vnū. ſ. in dicta
ſuſpenſione qualitatis ignis ne corrūpat. Alterū vero in corporum perpetua conſeruatione ſcd̄m
ſtatū corruptibilē. Si vero ponamus q̄ cōſeruent aliqua diſpoſitio dictis corporib⁹ impreſſa quæ ſit
quaſi dos in faciēdo illa corpora incorruptibilia, licet nō ipaſſibilia, ſicut vera dos facit corpora glo
rioſa ſimul & incorruptibilia & impaſſibilia, non oportet ad perpetuam punitionem ab illo igne di=
ctorum corporum ponere aliud q̄ hoc vnicum miraculum quo fiunt illa corpora incorruptibilia.
Semper enim melius eſt cum poſſibile fuerit pauciora ponere q̄ plura: & q̄d poſſibile eſt fieri per
vnum potius fieri per illud q̄ pauciora. Et ſimiliter cum oportet currere ad miraculum quod pōt
poni æque bene fieri p vnicū miraculū ad illd̄ ponēdū fieri nō eſt ponēdū plura adhiberi miracula:
quēadmodū dicimus q̄ corpus Chriſti in triduo ad animæ ſeparationem per miraculum manſit
idem numero incorruptum: ſed hoc non per aliud miraculum q̄ illud erat quo verbum dei eſt in=
carnatum & ſibi partes ambas humanæ naturæ. ſ. animam rationalem & carnem aſſumpſit, & hoc
inſeparabiliter nunq̄ alteram illarum dimiſſurus, & hoc ne plura miracula ponamus ad aliquos
effectus plures quando & vbi vnicum ſufficit. Et ſic videtur potius ponendum q̄ illa corpora per

miraculũ ſunt facta incorruptibilia,q̃ per miraculum in ſua corruptibilitate conſeruata:quia cũ illo ſecundo ſi non corrumpãtur ab igne:oportet ponere aliud,quẽadmodũ oportet ponere miraculum aliud quo idem ignis non ſecundum diſpoſitionem corporum,ſed ſecundum diſpoſitionem criminum corpora damnatorum ſuccendit ſecundum prædicta:cum iſto autem nequaq̃,vt
L dictum eſt. NEC tunc reſtat aliud q̃ intelligere & exponere Gregorium vt intelligamus ignem gehennæ ex parte caloris non ſeruare ſuam qualitatem in corrũpendo ſicut in ſuccẽdendo per calefactionem,non quia aliquo modo ſuſpenſa ſit ne corrumpat præſens corruptibile,ſed quia quo ad hoc virtus illa propter contrariam diſpoſitionem corporum non poteſt ſortiri effectum:ſicut non poteſt ſortiri effectum corrumpendi ſubſtantiam dæmonum,licet ipſos cruciet eadem qualitate ignis qua cruciat & damnatorum corpora,dicente Gregorio ibidem. Quis angelorum atq̃ hominũ longe ſit natura diſſimilis: vna tamen pœna implicat quos vnus in crimine reatus ligat Et quo ad hoc eſt ſimile de corporibus dãnatorũ & corporibus illorum puerorum,ſcilicet q̃ ignis ille ſicut corpora puerorum non tetigit moleſtãdo per calefactionem:neq̃ eorum veſtimenta per corruptionem:ſed ſolummodo vincula: ſic nec corpora damnatorum ignis gehennæ tangit per corruptionem,ſed ſolũmodo per cruciatum afficiendo. Non autem eſt ſimile quo ad hoc q̃ corpora puerorũ & veſtimenta q̃ vere erant corruptibilia non tangebantur vllo modo,ignis calore ſuſpenſo. Corpora autem dãnatorũ quia ſunt incorruptibilia non tangũtur corruptione:tãguntur tamen paſſione, & ſic non erat omnino ſimile de ignis calore non agente circa pueros & eorum veſtimenta & eorum vincula:niſi q̃ ſicut vincula corrumpebantur:ſic damnatorum corpora patiuntur:& ſicut corpora puerorũ & veſtimenta in nullo tangebantur: ſic & corpora damnatorũ in nullo corrumpũtur. Non tamen eſt ſimile quo ad hoc q̃ ſicut corpora illorum & veſtimenta non tangebantur calefactione propter caloris (quo ad hunc actum) ſuſpenſionem:ſic hic corpora damnatorum non corrumpuntur calefactione propter caloris (quo ad hunc actum) ſuſpenſionem:immo calor gehennæ agit quantum in ſe eſt,vt corpora damnatorum non ſolum ſumme crucientur:ſed etiam q̃ quantum in ipſo eſt niſi aliud obſiſteret perfecte corrumperentur. Et ideo non videtur mihi inconueniens q̃ hoc ſit quaſi per dotem incorruptibilitatis,ſed non impaſſibilitatis qualis eſt in corporibus beatorum,vt ſic per incorruptibilitatem in æternum permaneant:
M & per paſſibilitatem in æternum torqueantur. De iſta incorruptibilitate damnatorum loquitur Hieronymus ad Numenium Alexandrinum de Reſurrectione carnis. Super hoc Theodorus ſic loquutus eſt. Oportet corruptibile hoc induere incorruptibilitatem vt poſſit in vtranq̃ partẽ vel in pœnis vel ĩ cælorum regno manere perpetuum. Diodorus Carthaginenſis epiſcopus inquit,Si incorrupti reſurgent mortui,haud dubium ad meliora mutari. Quid ergo neceſſe fuit dicere & non omnes immutabimur? Alii hoc volunt intelligi q̃ ĩcorruptio communis ſit omnium: immutatio autem proprie iuſtorum dum & gloriam conſequuntur. Soli enim ſancti in corpore & anima in melius mutabuntur. Ita vt in corpore omniũ reſurgentiũ ſit:ſic aſſerunt vere mortuos debere intelligi peccatores:qui reſurgent incorrupti vt poſſint æterna ſuſtinere ſupplicia quia in eo miſerabiliores erunt vt non mortali & corruptibili corpore diſſoluantur. Suæ ſentẽtiæ magis acquieſcit eccleſia,ſed de hoc modicum aut nihil tangit Gloſſa.i.ad Corinthios.xv. Et in hoc patet q̃ quaſi dos ille incorruptibilitatis in damnatis ſeruit diuinæ iuſtitiæ ſicut in iuſtis ſeruit diuinæ miſericordię:& ſic ſine omni corruptione in reali immutatione ſubſtantiali facta in corpore inquantum mixtum eſt,vel in organo inquantum organum, patientur per organa manentia in ſuis temperamentis per excellentiam ſenſibilium ſummas paſſiones per tranſmutationes reales in calido & frigido,humido & ficco,manente tamen ſemper ſubſtantia rei & organi proportione per illam diſpoſitionem quæ eſt quaſi dos. Non minus autem eſt poſſibile q̃ ſic ſine organo etiam ab ipſo eodem ſenſibili percipiatur dolor conſimilis in appetitu intellectuali ex ap
N prehenſione & perceptione facta in intellectu abſq̃ omni organo medio. Qđ ergo arguitur primo argumento diuiſiue:q̃ corpora illa non corrumpuntur,non eſt ex dote:quia dotem non habent incorruptibilitatis: non videtur mihi neceſſarium hoc ponere, ſed ſolummodo q̃ non habent dotem incorruptibilitatis quo ad rationem impaſſibilitatis. Aut ſi nullo modo habent talem:Deus virtute ſua & voluntate mera ipſa conſeruat corruptibilia,ſic tamen q̃ nunq̃ corrum
O pantur. Quod additur q̃ non manent incorrupta ex parte ignis:quia facit quod in ſe eſt:Dicendum q̃ verum eſt circa mixta ſi ponantur manere manente cælo per impoſſibile, quia etſi ſtante cælo ignis non haberet vim corrumpendi generando,& ita per accidens ſicut dictum eſt:bene tamen poſſet habere vim corrumpendi etiam abſq̃ motu cæli:quia corruptio non pcedit per ſe

Ad principal.

Ad ſecũdam partem.

ex virtute cælesti,sed potius eius defectu,etsi ex virtute naturali ignis posset corrumpi absq; omni influentia ex virtute cæli:licet ignis corrumpendo vnum non posset generare aliud absq; motu cæli & influentia virtutis eius.Propter quod bene damnatus est Parisii articulus ille : q; stante cælo ignis non posset comburere stuppã.& sic falsum est q; corpora damnatorum manẽt incorrupta quia corruptio eorum dependet a motu cæli.

Quæst.xvi. Arg.princ.

SEquuntur quęsita specialiter pertinentia ad hominem viatorem.Et erat vnum cõmuniter pertinens tã ad clericum q̃ ad laicũ,& plura ptinentia specialiter vel ad istos vel ad illos.Illud vnũ erat,Vtrum patri infideli in necessitate sua potius est subueniendum q̃ extraneo fideli.Et arguit q; sit patri infideli subueniendũ quia maius damnum sequeretur de non subueniẽdo patri:quia per necessitatẽ moreretur & in anima sicut in corpore:extraneus aũt fidelis nõ moreret nisi in corpore tm̃:& maiori damno potius occurrendum est.ergo &c. Contra.fundamentum veræ amicitiæ est bonum virtutis scdm philosophum,viii.Ethicoꝝ. vbi ergo maius est bonum maior debet esse amicitia:& ita maior dilectio: ga amicitia requirit correspõdentẽ dilectionem.Sed maius bonum virtutis est i extraneo fideli q̃ in patre infideli.ergo &c. Item qualis ordo est in amicitia & dilectione ciuili talis debet esse in amicitia charitatiua: sed in illa potius in bello iuuandus est ciuis bonus ne occidatur q̃ pater infidelis:ergo & in ista.ergo &c.Dicẽdũ q; debitũ p subuentionis in necessitatis articulo respicit nõ tam dilectionis affectum q̃ effectum:quia etsi nõ adesset dilectionis affectus,per effectum tamen soluitur obligatio talis debiti.Est ergo quæstio de ordine dilectionis quo ad dilectionis effectum:in quo maxime considerari debet quantitas debiti & obligationis:quia maius debitum & maior obligatio potius est soluenda q̃ minus si ambo solui nõ possunt. Quia igitur homo summe debitor est patris etiam infidelis iure diuino & obligatione diuini præcepti quæ nunq̃ p infidelitatem soluitur:non sic aũt fidelis extranei:ideo simpliciter dicendum q; si aliud nõ obstat siue aliis eisdem se habentib9,i omni necessitate potius subueniendũ est patri infideli q̃ extraneo fideli.Sed hoc non ppter damnum qđ inde cõtingeret vti ptendit prima ratio:quia tunc in nullo casu potius subueniendum esset extraneo fideli q̃ proximo ifideli:qđ falsum est,vt iam dicetur:sed propter maius debitum & maiorem obligationem. Distinguẽdum est igitur vt videamus quõ regulariter verũ falsum est in casu:quia pater infidelis aut eget subuẽtione ppter necessitatem naturæ in patiendo naturæ defectum,in cibo,potu, vestimẽto,aut hmõi aũt ppter peruersitatem malitiæ in exercendo infidelitatis effectum in deum blasphemando:propter quod oportet ipsum mori vel incarcerari,vel in bello contra fideles dimicando :& per hoc necessitatem moriendi incurrendo nisi ei subueniatur in omnibus indigentiis. Prio modo potius subueniendum est patri infideli q̃ extraneo fideli in omnibus indigentiis. Secundo modo potius subueniendum esset extraneo fideli.In hoc enim casu subuenire patri,esset potius fouere eius malitiam q̃ subuenire,& sic processit obiectio secunda.In tali enim casu vel consimili loquit Christus cũ dicit Matthęi.x. Veni separare hoiem aduersus patrẽ suũ.Et.xix.Qui reliquerit patrẽ suũ &c. propter me &c.In hoc enim casu propter deum reliquit:quia magis tenetur paternitati diuinæ:& ideo qñ paternitas hũana contrariatur illi respuenda est:sicut contemnẽda est minor auctoritas qñ contrariatur maiori:& vniuersaliter auctoritas humana quando contrariat auctoritati diuinæ. AD primum respondẽdũ est in isto casu q; propter maius damnũ qđ posset iminere si pater infidelis permitteretur occidi,non est in hoc casu potius subueniendum patri infideli: quia p̃ sumendum est q; si viueret amplius deterior fieret & deterior moreretur . & sic ex hoc nõ incurritur maius damnum,sed potius minus:licet simpliciter secundum se maius damnum sit vnũ mori in anima & corpore q̃ alterum in corpore tm̃.AD tertium respondendũ est de duplici amicitia quo ad alium casum : dicendo q; magis obligat diuinũ præceptum patri infideli q̃ extraneo fideli si aliud non obsit:& ppter nullã amicitiã ciuilẽ potius subueniendum esset extraneo fideli,nisi in quo pater contrariatur deo.Vnde si propter amicitiam ciuilem oporteret dimittere potius patrem occidi q̃ ciuem:Dicendum q; hoc locum habet tam de patre fideli q̃ infideli,& hoc quia si ciues habeant iustum bellum pater bellans cõtra eos impugnat iustitiam,& sic deo cõtrariat. Est autem aduertendum q; si q̃stio gñalius ꝓponeret:an magis vel potiꝰ sit diligendus pr̃ infidelis q̃ extraneus fidelis:Distinguẽdũ eẽt de diligere effectu:& tunc subdistiguẽdũ eẽt vt iã ptractatũ ẽ i q̃stiõe:& de diligere affectu.& dicẽdum esset q; in omnem casum plus diligẽdus eẽt extraneꝰ fidelis q̃ pr̃ ifidelis,secũdũ q; in hoc secũdo mẽbro logtur Ambro.qñ dicit sup Canti. Domestici si boni sunt malis filiis sunt ꝓponẽdi,vt notat dist.xxx. Decretorum super illud capitulum,Siqui filii.

In oppositũ.

Secundum.

Responsio.

Ad arg.pri.

Ad pri.i op.

Ad primum prin.i forma

Ad secũdũ i oppositum.

P

Q

R

S

T

SEquunt q̃stiõ circa hoiem viatorẽ ptinẽtia ſpecialiter ad laicũ vel ad clericũ. Et erãt duo ptinentia ſpecialiter ad hoiem laicũ. Primũ in vexando proximũ: Vtrũ laici publica tenentes officia vexantes parentes clericorũ, quia ipſi clerici nolũt eis obedire: ſint excommunicati. Secũdũ in occidẽdo pximũ: Vtrũ i lege noua liceat iudicem ſæcularem occidere quẽq̃ pro ſolo furto. CIRca primũ arguit, q̃ illi laici ſunt excommunicati, quia extra de ſen. excõmunicatiõis. Nouit. dicit q̃ ſtatuẽtes cõtra eccleſiæ libertatem ſunt excommunicati: illi autẽ cõtra eã in ſic faciendo cõtra clericos & eorũ libertatem pugnãt facto: qđ maius eſt, ergo &c. Cõtra. parentes illi clericorum laici ſunt excõmunicati: ergo &c. Dicẽdum q̃ q̃ſtio aut q̃rit de excõmunicatione canonica p iniectionem manus violẽtã i clericũ: aut p aliquo alio delicto. Si primo modo, dico q̃ ppter illũ canonem ex tali facto non ſunt excõmunicati: qa talis canon logtur de iniuria illata clerico in pſona ſua tm̃. Si ſecũdo mõ: tũc diſtinguẽdũ eſt de cauſa excõmunicationis & aio vexantiũ. Aut em̃ vexant parẽtes clericoꝝ vt cogant clericos ſubiicere ſe ipſorum iuriſdictioni in illis in q̃bus non debẽt eſſe iudices eorũ: & ne q̃rãt eccleſiaſticũ auxiliũ i talib9 p vexatiõe parẽtũ clericorũ: i iſto caſu dico q̃ ſunt excõmunicati auctoritate canonis allegati, & expreſſi9 eodẽ titulo cap. Grauẽ. & expreſſiſſime auctoritate Bituricen. cõcilii i cap. Cũ nõnulli. Aut vexãt eos p aliis cauſis, pura ne clerici iniurient ciuib9 ſuis, aut ciuitati: in iſto caſu credo vel conſimili, etſi forte grauiter peccarẽt, q̃ nõ ſunt excõmunicati. Breuiter em̃ credo q̃ p tali facto nõ ſunt excõmunicati niſi vel directe vel indirecte infringũt libertatẽ eccleſiæ. Per hęc patent obiecta vtriuſq̃ partis.

Quæſt.xvii. Arg.princ. In oppoſitũ. Reſponſio.

Quæ.xviii. Arg.princ. Cõfirmatio. In oppoſitũ. Reſponſio.

ILrca ſecundũ arguitur, q̃ in lege noua nõ licet occidere quenq̃ pro ſolo furto, qa hoc nõ licuit i lege veteri: qa ipſa taxauit talionẽ vt p vna oue redderent q̃tuor & p vno boue quinq; boues, vt habẽt Exo. xxii. vbi etiam dicit, q̃ ſi nõ haberet vnde redderet, fur venderet, & de pretio ſuo ſatiſfieret. In lege autem noua non debet obſeruari maior crudelitas q̃ in veteri: quia illa erat lex timoris: iſta vero eſt lex amoris, dicente Auguſt. Breuis differentia legis & euangelii: timor & amor ergo &c. IN cõtrariũ eſt cõſuetudo obſeruata i eccleſia. Dicẽdũ q̃ p nullo delicto qs morte plectendus eſt: dũ tñ põt aliter corrigi, qa ſemp pœnæ mitigãdæ ſunt. Mors autem vltima pœnarũ eſt: ppter qđ dicitur in auten. vt nulli iudicũ. ſ. pro furto. Coll. x. Pro furto nolumus omnino quodlibet membrum abſcindi aut mori: ſed eum aliter caſtigari. Si tamen aliter corrigi non poteſt aut caſtigari: & per hoc mors vtilior iudicetur q̃ vltra viuere, quia ſic ceſſare mala agere quædam correctio eſt, morte furtũ bene plectẽdũ ẽ. Quia vt dicit. xxiii. cã. q. v. cap. Prodeſt. ſi ue plectendo ſiue ignoſcẽdo hoc ſolũ bene agitur vt vita hominũ corrigat. In caſu autẽ quo incorrigibilis inuenitur fur, logtur aliud capitulũ ibidem dicens ſic. Qui malos percutit in eo q̃ mali ſunt & habet cauſam interfectiõis & poteſtatem vt occidat, miniſter eſt domini. Cauſa aũt vt occidat duo in ſe debet cõtinere. Vnũ ex pte facti p quo quis occidẽd9 eſt. ſ. q̃ vergat in p̃iudicium dei aut pximi. Aliud ex pte occidẽdi q̃ icorrigibilis appareat. Propter primũ dat furtum cauſam occidendi: & eſt directe cõtra legem naturæ & pactũ humanæ ſocietatis, dicente Tullio lib. tertio de officiis. Hominem hominis icommodo ſuũ commodũ augere magis eſt contra naturã q̃ mors: nam tollit conuictũ humanũ. Illud natura non patit vt alioꝝ ſpoliis noſtras facultates augeamus, & ſic iure naturæ ſicut dicit fures tanq̃ membra putrida abſcidendi de cœtu humani generis & morte plectendi. Secundum aũt dictorum dat cauſam occidendi: quia tollit omne aliud remediũ talis autem iudicãdus eſt fur ex humanis p̃ſumptionibus: quia aliter interiora hominum ſcire nõ poſſumus. Præſumptio autem talis accipitur, vel ex magnitudine rei quã furat, vel ex aſſuefactione furandi, per quã quis ſupfurãdi actu diffamatus eſt tãq̃ frequẽter deprehẽſus in tali ſcelere quã tũcũq; ſit modicũ furtũ. Vnde ppter hoc ſecũdũ leges humanę q̃ p̃hibebãt fures ſimplices occidi pro furto, vt habitũ eſt ſupra, bene p̃cipiũt fures famoſos occidi. ff. de pœnis. l. Capitalium. §. Famoſos. Propter primum lex Moyſi quę in minoribus furtis ordinauit talionẽ: maiora p̃hibuit ſub pœna ſanguinis ſiue mortis. Aeſtimabat autem res furata maior vel ratione ſui, vel ratione eius in cui9 poſſeſſiõe erat. Propter primũ dr̃ Exo. xxi. Qui furat9 fuerit hoiem & vẽdiderit eũ, cõuict9 noxæ morte moriatur. Propter ſcđm Achor lapidatus fuit, quia propter ſacrilegium furãdo dño cõſecrata. Vnde de morte ei9 legit̃ Ioſ. 7. vbi dr̃. Quia turbaſti nos exturbet te dñs i die hac. & lapidauit eũ oñis populus, qđ eſt, qa q̃ furatus erat de poſſeſſiõe dñi erant vt dicitur Ioſ. vi. Sit ciuitas

anathema & omnia quæ in ea ſunt:quicquid autem auri & argenti fuerit & vaſorum æneorum ac ferri domino conſecretur depoſitum in theſauris ſuis.De his autem ille furatus erat pallium coc cineum &.cc.ciclos argenti,regulam quoq; auream,vt ipſemet confeſſus eſt.Ioſ.vii. Ad primum ergo q̃ in lege Moyſi pro furto nemo occidebatur &c. Dicendum ſecundum iam dicta q̃ verum eſt p̃ cõmiſſo in minoribus in quibus ſtatuit talionem.In maioribus autem in quibus talionem non ſtatuit dimiſit ipſum morte plectendum ſecundum curſum legis naturæ: ſicut & modo idem relinquit lex euangelii.& hoc non tm̃ in maioribus,ſed etiam in minoribus,quia nullam pœnam talionis ſtatuit. & hoc erat congruum legi euangelii ſuper legem Moyſi . Illa enim habet docere perfectionis opera & affectionẽ a rebus temporalibus tranſferendam ad ęterna:q̃ principaliter p̃ mittit ſpiritualib⁹ hominibus.Lex aũt opa pfectionis non docuit:ſed ſecundũ Aug.de ſermone dñi in monte,docuit quãdã inchoatam imperfectãq; iuſtitiam.vnde & temporalium rerum amorem p̃ miſit:& ea cultoribus ſuis p̃miſit tanq̃ hominibus carnalibus q̃ nondũ erant idonei ad pfectę iuſtitię,& ad ſpiritualium bonorũ p̃miſſiones.Propter qđ furtum qđ p̃cedit ex nimio temporalium rerum amore magis deteſtãdum eſt in lege noua q̃ in veteri.Propter qđ in minorib⁹ ipſa p̃miſit furtum abſq; pœna ſanguinis ſtatuens pœnã talionis in rebus,ſecundũ etiam q̃ quia proni erant ad homicidia,indulſit homicidis ciuitates refugii.Lex autem noua quia nullũ furtũ permittit vel homicidium,nec pœnam talionis ſtatuit furtis minoribus,nec ciuitates refugii prouidit homicidis Propter qđ non eſt contra legem euangelii p̃ furto quocũq; occidere ſecũdum determinatum modum:& in quacunq; ciuitate homicidam ad occidendum capere:licet hoc fuit contra legẽ Moyſi. Propter quod licet iudicibus ſub noua lege occidere pro furto pro quo nõ licuit occidere ſub lege Moyſi. Qđ aũt aſſumitur q̃ tunc crudelior eſſet lex noua q̃ vetus:qđ eſſe non debet:Dicendũ q̃ verum eſt ſi ipſa dictaret furem eſſe occidendum:qđ in nullo caſu ſtatuit.in quo correctionẽ expectandam docuit,& neminem occidẽdum quouſq; incorrigibilis inuentus eſſet. Neminem ergo occidit:quia nullũ ſtatutũ de occidendo tradidit ſicut nec talionem reddi ſtatuit. in quo quo ad ſtatuta ſua lex Moyſi apte crudelior fuit:quia lex noua vt dicit Greg.nono Moraliũ:corda delinquẽtiũ mãſuetudine potius q̃ terrore correxit . Per legem quippe deus virgam tenuerat cum dicebat Siquis hæc vel illa fecerit morte moriatur:ſed incarnatus virgam abſtulit:quia vias vitæ per mansuetudinẽ offendit. Vnde lex noua in pœnã mortis infligẽdam ſolummõ vſum & cõſuetudinẽ legis naturæ obſeruandam reliquit:vt crudelitas in hoc non legi euangelii,ſed potius legi naturæ imputari debeat,quæ in hoc maioris iuſtitiæ q̃ lex Moyſi erat.Propter qđ ſub lege Moyſi,cum tẽpus legis euangelicæ appropinquare cœperat in qua illud impleri debuit:Nouis ſuperuenientib⁹ vetera proiicietis & vetuſtiſſima veterum comedetis:augmentata fuit pœna furtis taxata in reb⁹ & hoc a Salomone quando dixit Prouerb.vi.Nũ grandis eſt culpa cum quis furat⁹ fuerit! Furatur eñ vt eſurientem impleat animam:deprehenſus quoq; reddet ſeptuplum & omnem ſubſtantiã domus ſuæ tradet & liberabit ſe.per hoc inſinuans q̃ adueniente tempore gratiæ pfectæ iuſtitiæ pro tanto liberari non debeat:ſed ipſemet occidetur.

Ad arg.pri. Z

Ad cõfirma. A

Quæſt.xix. Quęſt.xx.

SEquuntur pertinentia ſpecialiter ad hominem viatorem clericum.Et erant duo ſpecialiter pertinentia ad clericum religioſum,& plura alia ptinẽtia cõiter tam ad religioſum q̃ ad ſęcularẽ.Primum illorum duorum erat pertinens ad votum ſimplex:Vtrũ qui vouit intrare religionẽ ſtrictiorẽ liberatus eſt intrando laxiorem.Secundũ erat pertinens ad votum ſolenne:Vtrum de religione priuilegiata q̃ fratres eius non poſſunt tranſire ad aliã religionẽ æqualis arctitudinis aut minoris,fratres alterius religiõis quæ nõ præſumitur eſſe maioris arctitudinis ſed potius minoris, poſſint recipere ad ſuam religionem fratrem p̃feſſum in illa religione priuilegiata. CIRCA primum arguitur,q̃ qui vouit intrare religionem arctiorem liberat⁹ ſit a ſuo voto intrando laxiorem:quia per hoc implet votum quo ad tria eſſentialia religioni: quia illa in omni religione obſeruantur, & p̃ tale votum non videtur ille obligari ad plus q̃ ſe extendunt eſſentialia religioni . Ad alia enim obſeruanda ſolum obligantur profeſſi. CONtra, qui non implet intergre promiſſum non eſt liberatus a voto:iſte talis eſt quia duo promiſit:& intrare & talem regulã ſeruare,ergo &c. HOC vltimum concedendum eſt:quia eñ iſte nõ ſolũ vouit intrare religionẽ ſed talẽ religionẽ in qua tales ſunt obſeruantiæ quales non ſunt in alia:& ſecundum quas diuerſarũ religionũ profeſſiões diſtinguunt. Triũ enim votorũ principaliũ ſolennitas i q̃libet religiõe obſeruat.Quia igit ille i voto ſuo p̃miſit duo:& itrãdo religionẽ laxiorẽ nõ ſoluit niſi vnũ:a voto ſuo nõ

Arg.princ.

Probatio.

In oppoſitũ.

Reſponſio. B

est liberat⁹ nisi super hoc dispēsationem aut licentiam obtinuerit competentem. & qđ maius est: si quis promisit ītrare vnū monasteriū ex religionibus habentibus bona temporalia mobilia & immobilia distincta secundum distinctionem monasteriorum, non soluit promissum intrando aliud sicut æstimo, vt qui vouit intrare monasterium ordinis sancti Benedicti apud sanctum Dionysiē non soluit promissum complete intrando illud apud sanctum Germanum: quia etsi satisfaciat religioni siue ordini simpliciter & in hoc deo: non tamen satisfacit monasterio cui fecit suam promissionem: si non velit remittere promissum: quia aliquid iuris habet ex illo promisso illud monasterium qđ non habet aliud. secus autem est de religione in qua diuersa monasteria nihil sibi appropriant, sed quicqd habent proprium est toti religioni pro singulis fratribus eius: vt quantum iuris habet singulus eorum in bonis vnius monasterii: tātum habet in bonis alterius. Propter quod ex suo promisso nihil plus iuris ī illū acquirit vnū monasteriū q̄ aliud. propter quod vouens intrare vnum, sine omni iniuria illius potest intrare aliud & soluit perfecte promissum: vt contingit in

C religionibus fratrum prædicatorum & Minorum. Ad argumentum in oppositum ꝙ sufficienter liberatus est: quia æqualiter soluit promissum quo ad tria essentialia in votis: Dicendum ꝙ non est verum: quia iste non solum promittit religionem vbi tria vota essentialia obseruantur: sed vbi etiam cum talib⁹ obseruantiis obseruantur. & qđ amplius est si eædem obseruantiæ custodirentur: postq̄ tamen non essent eis oīa æqualiter cōmunia sicut non sunt diuersis monasteriis in eadem religione quandoq̄, adhuc non satisfaceret quo ad eos quibus facta erat promissio licet satis-

D faceret quo ad rem promissam. Non enim qui aliqd promittit vni & in hoc debitor eius factus est, satisfacit si hoc soluit alteri, immo si sit res quæ potest ab eodem solui pluribus postq̄ soluerit vni debet eam adhuc soluere alteri, vt si vni promisi denarium & credens soluere siue satisfacere dem denarium alteri puta pauperi in eleemosynam, adhuc teneor soluere denarium illi cui erā obligatus ex promisso. Vnde si talis subintrauit aliam religionem laxiorem: ante ꝓfessionem debet exire & intrare religionem cui se deuouit nisi dispensationem vel licentiam competentē habuerit, etiam si scandalum ex hoc debeat oriri: quia hoc respectu illius scandalum passiuum est non actiuū nisi quo ad hoc ꝙ fatue egit ab initio in talem necessitatem se ponendo: & de illa debet agere pœnitentiam: & maxime si ex suo exitu postmodū scandalum oriatur: qa contra illud debuisset sibi prouidisse. propter quod ei imputatur sicut ebrioso si committat homicidium. Post professionem autem per maius votum absolutus est a minori, debet tamen agere pœnitentiam scilicet

E pro transgressione minoris. ET ꝙ assumitur in argumento ꝙ per simplex votum non obligatur ad plus, q̄ ad tria essentialia: Dicendum ꝙ nec ad illa tria nec ad alia obligatur, & hoc neq̄ quo ad ipsorum obseruantiam finalem, nec quo ad ipsorum experientiam: sed solummodo obligatur ad præcisum ingressum religionis vbi illa tria obseruantur cum talibus obseruantiis: & non satisfacit nisi intrando talem religionem: quo facto statim perfecte liberatus est & satisfecit & recedere potest libere quandocunq̄ ei placuerit ante voti solennizationem: secundum ꝙ alibi planius declarauimus.

Ad arg. pri.

Ad ꝓbationem.

Circa secundū, ꝙ dicti fratres non possunt dictum fratrem ad suā religionē recipere arguitur: quia cōtrectarēt rem alienam inuito domino. i. prælato suo alterius religionis. Similiter inuito prelato summo pōtifice. s. qui hoc in priuilegio a se dato prohibuit vt ponitur in casu. Item per tale factum ministratur plurib⁹ scandalum: ergo peccat qui eius ex suo facto dat occasionem. ergo &c. Contrarium

F vt dixit opponens fit religioni suæ. Dicendum ꝙ si omnia essent vera quæ supponūtur in casu. s. ꝙ fratres qui recipiunt ad suam religionem fratres alterius religionis nō essent strictioris religionis, nec cū hoc haberent priuilegium fortius contrariū, aut si haberent, non tñ cōstaret de illo, & ꝙ illi de alia religione sic essent priuilegiati vt dixit opponēs, omino peccarent recipiētes: dū tñ cōstaret eis de aliorū priuilegiis. peccarēt ēt ꝓpter ipm factū: qa īiuriosum est in se vt procedit prima ratio: & propter scādalum qđ exinde sequitur: quia si ita esset scādalum actiuum esset. Si autem veritas non suffragaretur in dictis: quia. s. recipiētes essent strictioris religionis, nullo modo peccarent. quia nō obstaret priuilegium illud qđ non cōcedit nisi ius cōe De iure aūt communi non licet transire de religione ad religionem nisi illa ad quam transitur strictior esset. Si em̄ esset æqualis strictionis tunc transire reputari debet curiositatis siue leuitatis. Si vero esset laxior, tunc transire reputari debet irreligiositatis siue dissolutionis. Et de iure communi licet transire ad arctiorem religionem petita licentia a prælato laxioris religionis licet non obtenta. Frater autem opponens vt ostenderet religionem suam fore arctiorem q̄ illam ad quam

Quæst. xx. Arg. pri. pri.

Secundum. In contrariū Responsio.

fratres ſui ordinis inuito ꝓlato ſuo & contra ſuum priuilegiũ immo cõtra ius cõe recipiebant: dixit expreſſe coram oĩbus ſe eſſe ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli: & fratres qui ſuos fratres receperunt eſſe ordinis prædicatorum: & probauit ordinem ſuum eſſe ſtrictiorem vel æqueſtrictũ q̃ ſit ordo fratrum prædicatorum per quaſdam literas domini Innocentii papæ: in q̃bus cõtinet talis clauſula. Sicut accepimus dilecti filii Prior generalis & fratres eremi de monte Carmeli, abdicatis præſentis ſæculi opibus titulum elegerunt paupertatis vt mente & corpore expediti & acceptam valeant domino impendere ſeruitutem nullas poſſeſſiones nihilq̃ proprium vnde ſuſtentari valeant poſſidentes &c. Dicebat ergo ille. Cum nos non habeamus poſſeſſiones mobilium nilq̃ proprium neq̃ mobilium neq̃ immobilium: fratres autem prædicatores habeãt poſſeſſiones mobilium proprias ordini licet ſint communes omnib⁹ fratribus ordinis: noſtra ergo religio eſt ſtrictior q̃ ipſorum. Super quo iudicium perſpicacioribus relinquo.

Quæſt. xxi.

Arg. princ.

SEquũtur pertinentia cõmuniter ad clericos tam ſæculares q̃ religioſos, & erat vnicum quo ad ipſorum bona temporalia: & plurima alia quo ad eorum bona ſpiritualia. Illud aũt vnum erat. Vtrum ſi a principe conceſſum ſit quibuſdam religioſis accipere pedagiũ qdã licitũ & iuſtum vſq̃ ad primã alicui⁹ diei certę futurę: & vt extũc recipiãt canonici loci: Canonici aũt illa die aduenięte pulſari faciunt primam in aurora extra horam cõſuetam: religioſi illi debeant amittere pedagium prouęturum vſq̃ ad horã primę cõſuetã. Et arguit q̃ ſic: quia in conceſſionibus & priuilegiis non eſt vtendũ niſi ſermonibus conſuetis, & ſcdm conſuetum intellectum vtendum eſt illis, vt extra de ſpõſalib⁹. Ex literis. & ꝓbus dicit q̃ loquẽdũ eſt vt plures. Sed cũ dicitur vſq̃ ad horam primam, ſermo conſuetus eſt & conſuetum eſt ſic eo vti vt intelligatur vſq̃ ad horam debitã qua conſueuit pulſari. Vſq̃ ergo ad illam horam habent dicti religioſi ius accipiendi illud pedagium.

In oppoſitũ.

Reſponſio.

Contrarium vidi dixit opponens. Dico q̃ ſupponendo caſum illum habere veritatem, canonici illi frauduleter agũt & doloſe ꝓoccupãtes horã debitę pulſationis: qđ nõ debet cedere i alteri⁹ nocumẽtũ, nec i ꝓpriũ cõmodũ: qa fraus & dolus nemini debẽt patrocinari, & ſic religioſi illi ius habebãt recipiẽdi illud pędagiũ vſq̃ ad horã primę cõſuetã vt oſtẽdit prima rõ ad hoc adducta. & ſi cõtrariũ factum fuit, vt ꝓcedit dictũ i oppoſitũ: & erant illi religioſi ipediti i percipiẽdo dicto pędagio, multũ i hoc iuriatũ eſt illis, & tenẽtur canonici eis ad reſtitutionẽ ſi illd receperũt: qđ ſi renuant facere canonici: ꝓſequãtur religioſi ius ſuũ ſicut poterũt. Si vero dicti canonici ex cauſa rationabili pulſationem priæ anticipauerunt: quo ad hoc nõ ſunt in culpa. Nihilomin⁹ tñ per hoc nõ poſſunt ſibi ius in percipiendo dictum pędagiũ qđ alias nõ eſſent ꝓcepturi citra horam primæ conſuetam, acquirere.

G

Quæſt. xxii.

Arg. princ.

SEquuntur cõiter ptinẽtia ad clericos tã religioſos q̃ ſæculares quo ad eo⁹ bona ſpũalia. Quo⁹ vnũ ptinebat ad priuilegii papalis iterꝓtationẽ: Vtrũ exponẽs priuilegiũ apoſtolicũ cõtra planũ & expreſſũ verbo⁹ ſit cõmẽdãdus vt exhibitor reuerentiæ dño papæ, cardinalibus & curiæ Romanę: & alia plurima q̃ ptinebãt ad diuini officii exequutionem. CIRca primum arguitur q̃ ille expoſitor talis nõ ſit cõmendãdus dicto modo. quia nullus præſumptuoſus iterꝓtator priuilegii apoſtolici commendandus eſt dicto mõ: quia ꝓſumptio nec commẽdabilis eſt: nec cuiq̃ reuerentiam, ſed contrarium magis exhibet ſcilicet irreuerentiam illi cuius eſt priuilegium. qa ille per priuilegium ſuum intelligi nihil vult q̃ ſecundum planum verborum. Aliter enim omnia priuilegia traherentur in abuſum: ſi ſcilicet cuilibet liceret eis dare intellectũ & maxime contra planum verborum: vt extra de priuilegiis. Priuilegia. Ille autem expoſitor talis eſt: quia extra de priuilegiis Cũ veniſſent, dicitur in Gloſ. q̃ iudex de priuilegio apoſtolico incidenter poteſt cognoſcere ſi verba ſint clara & manifeſta. & ſi inuenta ſint fore clara & manifeſta: poteſt dicere ſi aliquid pro vel contra arguatur: obſtat vel non obſtat. ſecundum q̃ diximus in noſtro decimo Quolibet, quæſtione prima: ſic ſolummõ licitum eſt iudicare de dictis in priuilegio apoſtolico ſecundum planum verborum: ergo a contrario ſenſu (quod eſt fortiſſimum argumentum in iure) nullo modo licet iudices ire contra planum & expreſſum verborum. Hoc autem facere circa expoſitionem priuilegiorum (quod non licet) præſumptuoſũ ẽ. ergo &c.

In oppoſitũ

In cõtrariũ eſt dixit opponẽs q̃ viri & ſapiẽtes & diſcreti dicunt talẽ expoſitionẽ eẽ de mẽte & itẽtione dñi Papę: et i hoc dicũt ſe eẽ aſſecuratos: q̃bus i hoc credẽdũ ẽ. Exponẽs aũt priuilegiũ ꝑm mẽtẽ et itẽtionẽ dñi papę maxie cũ de hmõi expoſitione habeat ſufficiẽs teſtimoniu⁹ ꝓborum, q̃ ſit de mẽte et intentione domini papæ dicto modo

H cõmendandus est:ergo &c. Dicẽdum scdm Augustꝫ.de sermone dñi in monte:Qꝫ de occultis no bis iudicare nõ licet,sed solũmodo de manifestis: sic ꝙ de ipsis possint haberi aperta indicia: p quę quę alias sunt occulta fiũt manifesta.Sic em̃ dñs docet cognoscere occultam hypocrisim: quando dicit:Ex operibus eorum cognoscetis eos,vt exponit Aug.Propter qđ dicit primi Reg.xvi.Homines vidẽt ea quę apparẽt:Deus aũt intuet cor.In priuilegiis ergo de mẽte & occulta intẽtione dñi papę nobis p̃sumere aut iudicare nõ licet nisi qđ p manifesta ĩdicia verborũ priuilegii nobis ĩdicatur.In priuilegiis em̃ nõ est vtẽdũ verbis obscuris figuratiuis & ænigmaticis quę nos ad p̃sumẽdum excitant aliquã occultã intelligẽtiam subillis verbis ĩtellexisse scribẽtẽ quã verba intẽdũt sed non quã p̃tẽdunt:in quib⁹ aliquãdo vitiũ est verbis ĩsistere,& scdm verba exponere,cũ tñ in priuilegiis semp oporteat verbis insistere.Vt aũt paulo altius ordiamur,Sciendũ ꝙ oĩs sermo aut est propriusaut figuratiuus.Et est sciẽdũ ꝙ ipm exponere scdm planũ verborũ aliquãdo bonũ est: & malum est exponere ipsum alio modo maxime cõtrario,dicẽte Greg.in prologo Moraliũ.Aliquãdo qui verba accipere historię iuxta literam negligit oblatũ sibi lumen veritatis abscondit:cũꝙ labore inuenire in eisaliquid extrinsecus appetit hoc qđ foris sine difficultate assequi poterat amittit.& ponit exẽpla quę habẽtur Iob.xxxi.Si negaui qđ volebant pauperibus: & oculos viduę expectare feci & cętera hmõi.de qbus subdit:dicẽs.Quę videlicet si ad allegorię sensum violẽter ĩflecti mus cunctę eius misericordię facta vacuamus.Aliquãdo vero sermonẽ ꝓpriũ exponere scdm planũ verborũ bonũ est & alio modo similiter:immo aliis modis pluribus,dicẽte Greg. Nõnulla tríplíciter ĩndagamus:nã primũ fundamẽta historię ponimus:deinde p significationẽ typicã in arcẽ fidei fabricam mẽtis erigimus:ad extremũ p moralitatis gratiã quasi supducto ædificiũ colore vestimus,talis expositio in theologicis acceptatur.Sermonẽ vero figuratiuũ exponere scdm planum verborũ semp malũ est.dicẽte Greg.Aliquãdo aperta verba intelligi iuxta literã nequeũt,quia superficie tenus accepta nequaq̃ instructionẽ legẽtibus:sed errorẽ gignũt.Ecce em̃ dicit Iob.ix.Sub quo curuantur qui portant orbem.& de tãto viro quis nesciat ꝙ nequaq̃ vanas poetarũ fabulas sequatur vt mũdi molem subuehi gigantũ sudore suspiceť!Et sic hmõi sermonẽ exponere scdm planũ verborũ non est bonũ,ita ꝙ aliquãdo sit bonũ ipm exponere contra planũ verborũ. Dicẽte Greg. Aliquãdo ne intelligi iuxta literã debeant:ipa se verba literę impugnãt. ait nãq Iob.iii.Pereat dies in qua natus sum:occupet eũ caligo & inuoluatur amaritudine. quia nimirũ natiuitatis dies ipso impulsu tẽporis euolutus stare non poterat.Quo igit pacto ipm inuolui caligine optat! & tñ si in
k rerũ natura subsisteret sentire amaritudinẽ nequaq̃ posset.Constat ergo ꝙ nullo modo de die sensibili dicit qui pcuti amaritudine optatur:sed nimirũ verba literę dum collata sibi conuenire nequeũt aliud in se aliquid qđ q̃ratur ostẽdunt: ac si dicãt,dũ nostra nos conspicitis superficie destrui hoc in nobis q̃rite qđ ordinatũ sibiq cõgruẽs apud nos valeat iteri⁹ inueniri. Ex quo patet ꝙ sunt tres modi expositionis sermonis:duo ꝓprii, & vnus figuratiui. Quorum prim⁹ ẽ quẽ malum est exponere alio modo,& maxime contrario q̃ scdm planũ verborum.de natura ei⁹ debet esse omnis sermo positus in priuilegiis:quia debet exponi scdm planũ verborũ:& non alio modo maxime contrario penes aliquẽ aliorũ duorũ modorum.Expositio em̃ penes scdm modũ non competit ei:quia nõ debet cõtinere mysteriũ.Expositio vero penes tertium modũ ei nõ cõpetit:quia nõ debet continere sermonẽ figuratiuũ. & sic(vt dictũ est)oportet semp verbis priuilegii insistere,& scdm sensum quẽ verba p̃tẽdunt ipm exponere. dico grãmatice loquẽdo,quẽadmodũ dñs papa Nicolaus vult regulam fratrũ Minorũ exponi,quę in hoc habet vim priuilegii:prẽter hoc ꝙ si dictio ambigua vel clausula dubia in priuilegio ponat & scdm hoc possint in eodẽ plures haberi sensus veri & possibiles:tũc ex titulo de verborũ significationibus vel ex aliis iuribus sensus quẽ dñs papa intellexit pscrutandus est scdm ꝙ iura q̃dam p alia iura solent exponi,& hoc licitũ est. Aliter em̃ iura legi aut exponi non cõsueuerũt in scholis a doctoribus,qualiter tamẽ nõ licet exponere regulam fratrũ Minorum:quia p̃cipit papa ꝙ solũ grãmatice exponat.Si aũt dubiũ illud p alia iura exponi nõ potest:tũc nõ sunt cẽsenda verba esse plana,nec licet exponere alterũ sensum ptinaciter defen-
l dendo: sed oportet expositionẽ dñi papæ expectare. Propter qđ simplíciter dico ꝙ expositor dicto modo dicti priuilegii nullo modo scdm dictũ modũ cõmẽdãdus est,maxime quia non dubiũ sensum sua expositione promit:quia nec hoc ei liceret:quia hoc iudicio solius dñi papę reseruatũ est: sed quia vt ꝓponit q̃stio cõtra planũ verborꝫ cõtrariũ sensum ingerit, qđ minime licet scdm pdicta.Ideo qui exponit priuilegiũ dñi papę scdm planũ verborũ,quãdo in eo nõ est ambiguũ vt doctor humilis est cõmẽdandus.Qui vero exponit ipm cũ aliquid verborꝫ est ambiguũ,vt interpretator p̃sumptuosus est corripiẽdus.Qui vero exponit ipm cõtra planũ verborũ nequaq̃ est cõmẽ-

dandus:ſed potius vt ꝑuaricator iniurioſus eſt fuſtigandus : & ſic talis ſua expoſitione reuerentiam papę aut alicui ſuorum ſuperiorū nō exhibet:ſed magis irreuerētiam maximam quantum in ſe eſt:nec dominus papa aut cardinales talem reuerētiam acceptarēt. Vnde talis cōmendatio non poteſt eſſe charitatiua ad propalandum cōmendati merita:ſed potius eſt hiſtrionica & adulatoria ad procurandum cōmēdanti beneficia. Tales enim cōmendatores non cōmendant alios quia in ſe ſunt bene meriti: ſed etiam licet mali eſſent:quia ipſis ſunt beneficij,qui ecōtra æque faciliter alios vituperant:non quia in ſe ſunt male meriti,ſed etiam ſi boni eſſent non apparet eis ꝙ ſibi ſint bene ficij,vnde Greg.iii.Mora.Sunt nonnulli qui dum ſibi in eccleſia vident deeſſe qđ ambiunt,hoſtes bonorum fiunt:& non ſolum prauę ſemetipſos actioni inſerunt:ſed etiam iuſtorum rectitudinem inflectere ad ꝑuerſa moliuntur. Vnde in talibus impletur illud Miche.iii. Hæc dicit dominus ſuper prophetas:qui ſeducunt populum meum:qui mordent dentibus ſuis: & ꝓdicant pacem:et ſi qs non dederit in ore eorum quippiam,ſanctificant ſup eum ꝓlium. De qualibus etiā dicit Apoſtolus.Roma.xv.Huiuſmodi Chriſto domino non ſeruiūt:ſed ſuo ventri.vbi dicit Gloſ. Aliis em adulantur,aliis detrahunt vt poſſint ſuū ventrem implere. Et bene correſpondent ſibi talis expoſitor & talis commēdator. Expoſitor enim nititur quę recta ſunt corrigere:Commēdator vero cō tendit quę ꝑuerſa ſunt laudare: in quibus duobus conſiſtunt duo genera loquutionū quæ ſunt in humana ſocietate pernicioſiſſima.dicente Greg.in fine.vii.Mora.Duo ſunt genera loquutionū importuna valde & noxia humano generi. Vnū qđ curat etiam ꝑuerſa laudare: et alterū qđ ſtudet etiam recta corrigere:illud deorſum cum fluuio deducitur: hoc vero contra fluenta veritatis obſerare etiam alueum conatur:illud metus ꝓmit:hoc elatio erigit:illud gratiam ex fauoribus captat:hoc iram certaminis excitat.et hoc commotum per illud contra doctores qui ſanam doctrinā ſuſtinēt. vt in illis impleri incipiat(ſi tamen modo ſint aliqui talium:qđ abſit, licet quęſtio aſſertiue proponatur) illud Apoſtoli.ii.Timo.vlt.Erit tempus cum ſanā doctrinam nō ſuſtinebūt:ſed coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus,vbi dicit Gloſ.ꝙ prophetia eſt apoſtoli:vnde neceſſe eſt eam impleri. Secūdū ꝓdicta concedēda eſt prima ratio:quia bene procedit & veritatem iam expoſitam concludit. M N

Ad arg.in oppo. AD argumentum in oppoſitum ꝙ viri ſapientes & diſcreti dicunt talem expoſitionem qualem ille ponit eſſe de mente & intentione domini papę : & ꝙ ſuper hoc ſunt aſſecurati:bene poteſt eſſe ꝙ hęc omnia vera ſint: non tamen eſt eis in hoc credendum: maxime ſi pro ſe & in fauorem illorum prolata eſt illa expoſitio. Pro ſe enim & in cauſa ſua nullius teſtimoniū recipitur in forenſi judicio,& maxime ſuper expoſitione papalis priuilegii:cui in hoc debemus exhibere tantam reuerentiam ne alicui expoſitioni contra verborum planū credamus:quouſq; ipſe met nobis quid intendat aperire dignetur:ne forte quo ad planū verborum falſitas aliqua in eius priuilegio contineri valeat ſuſpicari ſi contra planum verborum alicuius alterius expoſitio admittatur.

Queſt.xxiii. SEquūtur pertinētia ad diuini officii executionem.quorum quędam pertinēt ad diuini officii executionē circa ſacramentorum adminiſtrationem:quędam vero circa prędicationis inſtructionem:& quędam circa horarum obſeruationem & miſſarum celebrationem. DE primo q̄rebatur vnū de adminiſtratione pluriū ſacramentorum cōmuniter: Vtrum obligatus ad audiēdam ſubditorum ſuorum confeſſionem & aliorum ſacramētorum miniſtrationē ſi relaxetur ab obligatione prima æqualiter remaneat obligatus ad ſecundam. Deinde q̄rebātur quędam pertinētia ad adminiſtrationē ſacramenti pœnitentię ſpecialiter. ET circa primū argue-

Arg.prin. batur ꝙ non:quia ſicut ſe habet confeſſio ad abſolutionē cum ſatiſfactionis iniūctione: ſic ſe habet ad aliorū ſacramētorū adminiſtrationē:qa ſicut eſt ordo eſſentialis abſolutionis ad cōfeſſionē ꝙ ſine illa ꝑcedēte null⁹ pōt ſalubriter abſoluere,& ſalubriter ſatiſfactionē iniūgere:ſic eſt ordo adminiſtrationis aliorum ſacramentorū ad eādē:ꝙ.ſ.ſine illa pręcedente null⁹ ſalubriter pōt alia adminiſtrare ſacramenta.Sed abſolutus a confeſſione ſubditi audienda non poteſt æqualiter manere obligatus ad ei ſalubriter abſolutionem cū ſatiſfactione iniūgendam: quia hoc eſſet impoſſibile fieri.ſecūdum enim qualitatem & quātitatem ꝑccatorum quę confeſſa ſunt debet iniūgi ſatiſfactio: er-

In oppoſitū. go &c. CONtra.eſſentialiter ordinātur diaconicatus ordo & ſacerdotii:ſed tū non præcedente ordine diaconicatus æqualiter poteſt recipere ordinē ſacerdotii ſicut ſi ꝑceſſiſſet. vt extra de cleri.

Reſponſio. ordi.p ſaltum.Veniens.ergo &c. Dicēdum ꝙ ſi aliquis ſit obligatus ad duo: ſi ſecūdū nō poteſt exequi ſine primo, impoſſibile eſt eū poſtq̄ eſt relaxatus a primo æqualiter manere obligatū ad ſecundū:aut eſſet obligatus ad impoſſibile ſibi qđ eſt incōueniēs. Vnde vt ꝑcedit primū argumētū O

& bene, obligatus ad audiẽdum ſubditi confeſſionem: & ad iniũgendũ ei ſalutarẽ ſatiſfactionẽ impoſſibile eſt ꝙ æqualiter maneat obligatus ad ſecũdũ vt prius. Sed in ꝓpoſito circa adminiſtratio nem aliorum ſacramẽtorum poſt ſacramentũ pœnitentię, puta euchariſtię vice aliorum, eſt conſi derare duo, ſ. adminiſtrationem eius regularem ſcdm ſtatutum eccleſię: ꝙ. ſ. quilibet cõmunicetur ad minus ſẽmel in anno, ſ. in paſchate, vt dicitur extra de pœ. & remiſ. Omnis vtriuſq; ſexus. & ad miniſtrationem eius ꝑculiarem ſiue priuatam pluries in anno. Primo modo dico ꝙ ęqualiter ma net obligatus ad euchariſtię adminiſtrationem: dum certificatus fuerit ꝙ ſubditus ſuus confeſſus fuerit ei qui habet priuilegiũ ꝑ qđ relaxatur ei obligatio de confeſſione ſubditi audienda. Secũ do mõ dico ꝙ nequaq̃: qa non debet alicui priuatę perſonę pluries ſacramẽtũ euchariſtię miniſtra re niſi cõſtet ei de mũditia cordis & deuotiõe ſpeciali: quę nõ poſſunt cognoſci ſine cõfeſſionis audi tione. imo debet oĩno denegare: & exponeret ſe diſcrimini ſi pluries miniſtraret neſciẽs an ſanctũ daret canibus: quia i tali adminiſtratione nõ excuſaretur ſicut excuſatur in prima ꝑ ſtatutũ eccle-

P ſię & dictum priuilegiũ. AD rationẽ in oppoſitũ: dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile: quia licet diaconatus & ſacerdotii ordo habent ordinẽ eſſentialem ſcdm gradũ dignitatis: nõ tñ condepẽdentiã in eſſe: quoniã vtrũq; illoꝝ poteſt eſſe ſine altero. Talẽ aũt cõnexionẽ habẽt cõfeſſionis audítio & ſalubris euchariſtię adminiſtratio pluries in anno, vt patet ex dictis.

Ad arg. in oppoſitũ.

Queſt. xxiiii.

Equĩtur ꝑtinentia ad adminiſtrationem ſacramenti pœnitentiæ ſpecialiter: quorum vnũ ꝑtinebat ad illuſionẽ confeſſoris paſſiuã. Vtrum ſi confeſſus ꝓc cata quę dicit ſe habere, recipiat pœnitentiã ſatiſfactoriã ꝑ illis ex cõfeſſoris in iũctione, & reuerſus ſequẽti die in cõfeſſione alia dicat eidẽ cõfeſſori ꝙ in ꝓcedẽ ti confeſſione fuit oĩno mentitus: & confiteatur alia cũ illo mẽdacio, ꝓ quibus pe tit ſibi iniũgi pœnitẽtiã ſalutarẽ: Vtrũ inquã cõfeſſor pœnitẽtiã ſatiſfactoriã in iũctã i prima cõfeſſione debeat reuocare & nouã i illa ſecũda cõfeſſione iniũgere. Alia aũt duo pti nebãt ad illuſionẽ cõfeſſoris actiuam. Primũ ꝑ actũ confitendi: Vtrũ clericus nõ exiſtens in ſacris

Queſt. xxv. ordinibus aſſumens habitũ cõfeſſoris: ſi audiat ſic alicuius confeſſionem: fingens ſe eſſe ſacerdotẽ & confeſſorem: qua audita dicit ſe deluſiſſe confitentem & deridet eum: Vtrum inquam clericus

Queſt. xxvi. ille ſit ſuſpenſus: vt non poſſit de cætero ad ſacros ordines promoueri. Secũdum ꝑ actum deti nendi fidei commiſſum: Vtrum confeſſus habens rem alienam quã iuſto metu nõ audet reſtitue re illi cui eſt reſtituenda: ſi committat eam confeſſori ſuo vt eam reſtituat: confeſſor autem eam

Arg. prin. non reſtituit: Vtrum inquã confeſſus ille ſit abſolutus a debito illius rei. CIRca primũ arguit ꝙ ille confeſſor debet primam ſatiſfactionem reuocare, & nouam iniungere: quia reuocata cauſa debet reuocari effectus: & noua cauſa ſuꝑueniente debet ſequi nouus effectus. Peccata autem hic ſunt reuocata propter quę facta fuit illa iniũctio: & noua ſunt confeſſa propter quę debet fieri noua ſatiſfactionis iniunctio, ergo &c. CONtra, confeſſor non debet reuocare qđ neſcit: ſed nec

In oppoſitũ Primũ. ſcit illa ꝓccata prioris cõfeſſionis, nec qđ iniunxerat pro illis: qa vt dicit Auguſtinus, nihil minus ſcitur q̃ qđ in confeſſione ſcitur, ergo &c. Item confeſſor non debet reuocare qđ neſcit an ſit re-

Secundũ. uocandum: ſed neſcit an illa iniunctio ſit reuocanda an non: Nec debet illi ſuper hoc credere: qa qua ratione dixit ſe fuiſſe mentitum in prima confeſſione: eadem ratione poſſet dicere ſe fuiſſe mẽ-

Reſpõſio. Q titum in ſecunda, & ſic de cęteris: ergo &c. DIcendum: ꝙ confeſſor aut ꝑcipere poteſt ꝙ ſana vl̃ non ſana mente fecerit primam confeſſionem: aut non: ſed manet ſemper in dubio. Si poteſt ꝑ cipere ꝙ non ſana, totum qđ factum eſt in illa prima confeſſione, pro nihilo debet reputari & pro non facto: & debet iniungi noua ſatiſfactio pro confeſſis in ſecunda confeſſione. Si autem manet in dubio, debet potius preſumere ꝙ non ſana mente fecerit primam confeſſionem: ſed ſecũdã: quia non eſt preſumendum ꝙ in ſecunda confeſſione in qua ꝑcipitur eſſe ſanę mẽtis ſit immemor ſuę ſalutis, et tunc redit in idem ac ſi ꝑcipere poſſet ipm tũc fuiſſe ſanę mentis. Propter qđ etſi non multum debet ei credere: debet tamẽ ſecundę confeſſioni magis inhęrere: quia ſemp ꝓſumendum eſt ꝙ confitẽs ſanę mentis verũ dicat in cõfitendo retroacta. Et ideo magis debet reputare ſatiſfa ctionẽ primo iniũctam nõ fuiſſe iniũgendã tãq̃ tũc fuiſſet mẽtitus, & nõ in ſecũda cõfeſſione. Non tamẽ debet illud ſimpliciter reputare: quia forte in prima cõfeſſione nõ eſt mẽtitus: ſed in ſecũda: et ideo potius primã debet reuocare & nouã ſecundã iniũgere, q̃ illam primã ratam habere & q̃ ſecundã confeſſionẽ ꝑ nihilo reputare: nec ꝑ ea aliquid iniũgere, non tñ ſimpliciter: ſed dicẽdo cõ feſſo ſub conditione. Si verũ dixiſti in prima confeſſione, non reuoco tibi iniũcta in illa: nec habeo ratam confeſſionẽ quã modo facis: & qđ tibi iniũgam. Si autẽ mẽtitus es in illa cõfeſſione, vt dicis nihil habeo ratum de factis a me in illa confeſſione: ſed reuoco totũ. & tunc debet ei iniũgere pœ-

Ad arg. prī. nitentiam ſecūdum exigentiam ſecundæ confeſſionis. AD primum argumētum: ꝙ peccata præ R
cedentis confeſſionis reuocantur. ergo &c. Dicendum ꝙ verum eſt forte verbo ſolum: ſed nequaq̄
ſecūdum rem. propter qđ iniuncta pœnitentia pro ibi confeſſis non debet reuocari niſi ſub condi
Ad primū in tione ſecundum iam dictum modum. AD primū in oppoſitum ꝙ confeſſor neſcit facta in pri
oppo. ma confeſſione ſecūdum Auguſt. Dicendum ꝙ verum eſt vt reuelanda, etiam ſi eſſet ſuper reue
latione facienda adiuratus in publico iudicio: niſi forte alio modo ſciret eadem: quia qđ in confeſ
ſione ſcit: non ſcit confeſſor vice perſonæ proprię, ſed ſolummodo vice dei. Scit tamen illa ſimpli
citer vt memoriter retenta. Et debet confeſſor vt perfectius in qualibet confeſſione ex ordine ad
confeſſionem præcedentem agnoſcat pecoris ſui vultum niti vt memoriter retineat quę in con
feſſione audit & facit pœnitentias iniungendo. Per hoc enim melius cognoſcendo ſtatum eius cū
Ad ſecūdū. iterum ad confitendum ipſi reuertitur: melius & diſcretius poteſt ei conſulere. AD ſecūdum ꝙ
neſcit confeſſor an prima iniunctio ſit reuocanda: quia neſcit an ſit confitenti credendum in con
feſſione ſecunda: Dicendum ꝙ licet non ſit ei ſimpliciter credendum in illa: potius tamen creden
dum eſt ei q̄ non credendum. Et ideo alia ſatiſfactio iniungenda eſt non ſimpliciter: ſed ſub condi
tione, vt dictum eſt.

Queſt. xxv. Arg. prin.  Irca Secundum arguitur: ꝙ clericus ille ſit ſuſpenſus, & non poſſit ad ſacros or
dines promoueri: quia in quo quis pœccat debet & puniri. Iſte in ſacros ordines
pœccat fingēdo ſe habere illos cum non habuerit, & officiū illis debitum exercē
In oppoſitū do: ergo in ipſis debet puniri: & hoc non niſi prohibendo ipſum ad ipſorū ſuſce
ptionem accedere. ergo &c. CONtra. Iudæi & hæretici qui ſunt in grauiori
delicto non ſunt ſuſpenſi ad aſcenſum ſuſcipiendi ſacros ordines poſtq̄ pœni
teant: ergo nec iſte multo minus. Reſpondeo: ꝙ clericus ille aut eſt ſuper di S
Reſponſio. cto facto in iudicio conuictus, vel aliter grauiter diffamatus: aut non: ſed factum illud eſt occultū.
Si primo modo: ſic tanq̄ criminoſus non poteſt nec debet promoueri: vt extra de temporibus ordi
nand. cap. vlt. & diſt. xxxi. cap. i. & de hoc notatur diſt. xxv. cap. vlt. Et ſic iſte ab ordinibus repelli
tur: non quia ex facto illo de iure ab ordinū ſuſceptione ſuſpenſus ſit: ſed propter ſubſequentem in
famiam. Si ergo ſe habeat res ſecundo modo: dico ꝙ promoueri poteſt ad ſacros ordines.

Ad arg. prī. AD argumentum in oppoſitum: ꝙ in ordines ſacros pœccauit &c. Dicendum ꝙ licet verū ſit T
ꝙ puniendus eſſet circa ſacros ordines in quos deliquit ſi canones ipſum punirent ſiue pœnā eius
taxarent: quia tamen iura circa tale factum pœnam ſpecialem non exprimūt, ipa arbitraria eſt: &
ſtatuenda ſecūdum qualitatem & quantitatem delicti & perſonæ, & maxime circa ordines ſi con
gruū videtur confeſſori: & hoc vel vt tardet ire ad ordines, vel vt in ſuſceptis ordinibus circa con
Ad arg. in oppoſitū. feſſiones audiendas diligentius & cautius ſe exerceat. AD ſecundum dicendum ꝙ non eſt ſimi V
le de Iudæis: quia poſt baptiſmū in ipſis prioris vitę nec manet delictum nec infamia. De hęreticis
autem ſimile eſt quo ad infamiam licet alias ipſi ſunt excōmunicati & ſuſpenſi etiam occulti. vnde
ad ordines non aſcendunt niſi ex ſpeciali gratia.

Queſt. xxvi. Arg. prin.  Irca Tertium arguitur ꝙ ille confeſſus eſt abſolutus a debito: quia in hoc agit
ſecundum conſilium eccleſiæ, & agens ſecundum conſilium eccleſiæ non ma
net in aliqua obligatione peccati: quare nec debiti reſtituendi: quia ſecundum
In oppoſitū. Auguſtinum: Non dimittitur pœccatum niſi reſtituatur ablatum: ergo &c.
Reſpōſio. EX eodem arguitur ad oppoſitum: hic non eſt reſtitutum ablatum: ergo nō
eſt remiſſum pœccatum: quare adhuc ad reſtitutionem eſt obligatus. Dicen X
dum ꝙ qui abſtulit alienū ſic eſt obligatus ad reſtituendum, vt ſecūdum actum ſiue effectum con
ſequatur reſtitutio. et vt hoc fiat, obligatus eſt procurare: aut ſemper manet obligatus. Et ſic dico
ꝙ iſte confeſſus non eſt abſolutus a debito: ſed obligatus vt prius: et ad hoc pro poſſe ſuo procu
Ad rōnes. rare tenetur reſtitutionem. RAtiones autem ad vtrāq̄ partem nō habent efficaciam: quia bene Y
poteſt contingere ꝙ quis abſolutus eſt a pœccato qđ commiſit auferendo rem alienā: manet tamen
obligatus ad eius reſtitutionem: quia in firmo propoſito qđ habet quis ad reſtituendum vt primū
facultas ſe obtulerit, abſoluitur quis a pœccato: non tamen a debito quouſq̄ ſequatur reſtitutionis
effectus. Q; ſi aliquando ſtet per ipſum ne ſoluatur, cadit a dicto propoſito & nouū pœccatū incur
rit. Si autem manet in propoſito: & facit qđ in ſe eſt: ſemper manet obligatus ad reſtituendum: &
nūq̄ eſt in dicto pœccato: ita ꝙ ſi factus ſit omnino impotēs ad ſoluendū: ſemper tamē manet obliga
tus: & debet eſſe in firmo propoſito reſtituēdi ſi facultas ſe offerret. Aliter enī recidiuaret in pri
Ad arg. prī. ſtinū pœccatum. Qđ ergo arguitur primū: ꝙ iſte agit ſecūdum conſilium eccleſię: dicendū ꝙ verū Z

eſt.Sic enim conſulendum eſt:& bene.Et qđ aſſumitur:ergo non manet obligatus obligatione pec
cati:dicendum ꝙ verum eſt ſecundum iam dicta.Et qđ aſſumitur:quare nec debiti: dicendum ꝙ
A falſum eſt. Qđ arguitur ad illius probationem per Auguſt.Non dimittitur peccatum &c.Verū Ad Auguſt.
eſt niſi reſtituatur facto vel firmo propoſito ſecundum dictum modum:& alterum ſufficit ad ab-
B ſolutionem a peccato:ſed ſolum factum ſufficit ad abſolutionem a debito,vt dictum eſt. AD ar- Ad arg.in
gumentum in oppoſitum ex eodem:dicendum ꝙ non valet:quia hic ablatum reſtitutum propoſi oppoſitū.
to ſufficit ad dimiſſionem peccati:& manet obligatio debiti:non quia ab illa ſecūdum actum nō ſo
luta dependet obligatio peccati:ſed obligationis debiti ſolutio dependet ab ipſo actu ſolutionis.Pro
pter qđ qui committit alteri reſtitutionem faciendam:bene debet eſſe cautus ꝙ ipſe fideliter agat
ſibi commiſſum:quia quātocūq; bono animo committat: nō tamen abſoluitur niſi cōmiſſum fiat
ſicut qui in teſtamento cōmittit vt de bonis ſuis ſibi quęrantur indulgentię,nunq; illas obtinet ni
ſi qđ de bonis ſuis faciendum ordinauit fiat: niſi pro quanto ab initio meretur bona deuotio:quæ
ſtatim aliquid meretur: non tamen totum quod obtineret ſi quod ordinauit fieret. Et pro tan-
to vult Auguſt. ꝙ poſt mortem nihil recipit mortuus niſi qđ merebatur viuus. Tali enim bona
deuotione merebatur:vt ſi quę ordinauit fiant:indulgentias recipiat: quas tamen non recipit niſi
fiant.Si autem nihil bona deuotione ordinando vel alio modo merebatur: vt ſi quid fieret ei vale-
ret:nihil omnino ei valet etſi fiat.

Equūtur pertinentia ad prædicationis inſtructionem.Et erant duo,Vnum per-
tinens ad dignitatem boni prædicatoris quam meretur ex actu prædicandi:
Vtrū ſcilicet ille q ex priuilegio habet poteſtatem prędicandi: & alios prædica- Queſt.xxvii.
tione ſua inſtruendi, ex eo ꝙ aliis prędicat,& eos inſtruit, maior ſit & verius ſit
pater q̄ qui hoc poteſt facere & facit iuriſdictione ordinaria. Alterum qđ perti-
net ad pœnam impedientis prædicatorem veritatis in tali prædicatione: Vtrū Queſt.xxviii
ſcilicet excōmunicatus ab ordinario loci:quia publice reſtitit vera prædicanti: ſi poſtmodum ce-
lebret,ſit irregularis. CIRca primū arguitur ꝙ ille qui ex priuilegio:maior ſit & verius pater p Arg.prin.
exemplum:quia dicitur Mar.v.ꝙ archiſynagogus quidam nomine Iairus impetrauit a Chriſto Primum.
vt filiam ſuam ſuſcitaret.Et vt dicit Gloſ,interlinearis, Iairus interpretatur illuminans vel illu-
minatus:quia verbis vitę populum illuminauit:& vt hoc poſſet a ſpiritu illuminatus eſt. Iairus
autem ille maior erat inter Iudæos,& verus pater puellæ:quia naturalis.Ex quo patet ꝙ omnis il
luminatus a deo:& ex hoc alium illuminans:ex hoc fit pater eius:& poteſt dici pater puellæ ſuſci
tandę.i.animæ fidelis per gratiam viuificandę:ſiue hoc faciat ex iuriſdictione ordinaria vel delega
ta ſiue ex actu charitatis paternæ. Et tanto verius:quāto magis & verius eſt illuminatus:& ve- Confir.
rius & magis ſiue perfectius alios illuminat.Et hoc patet de Dauid:qui non fuit propheta ex offi- Exēplo pri
cio ſicut Eſaias & Hieremias & cęteri: ſed tm̄modo ex actu prophetandi quo cæteris expreſſius, mo de Da-
excellentius,& eminentius prophetauit.Propter qđ dictus eſt etiam eximius prophetarum, quaſi uid.
cęteris excellentior:qui ꝓphetabāt ex officio: ipſe autem non. Vnde apud Hebræos non numera-
tur inter prophetas: ſed inter hagiographos. Vnde & aliquando melius prophetizat qui ex ſolo
actu eſt propheta:q̄ qui ex officio.Similiter etiam aliquando eſt aliquis cantor ex officio,& aliquā Secūdo de
do ex actu cantandi:& conſtat ꝙ melius frequenter cantat cantor ex actu q̄ cantor ex officio.Qua cantore.
re cum maiorem poteſtatem ad illuminandum alios habent priuilegiati q̄ ordinarii ex illumina- Tertio de
tione:& etiam quia delegatus fungitur vice delegantis:& ideo maior eſt omni ordinario,extra de priuilegia-
offi.iudic. del'. Sane.ii. magis etiam ſunt aliis doctrina illuminati qua poſſunt alios inſtruendo tis.
& prædicando illuminare q̄ ordinarii,vt patet ex ſe:maior ergo eſt omnino ille qui ex priuilegio
habet poteſtatem prædicandi & illuminandi et verius pater q̄ ille cui hæc competunt ex pote-
ſtate ordinaria: et ſimiliter ille qui hoc facit ex charitate ſi melius docet & inſtituit: quia multi
multa nouerunt quæ non nouerunt prælati. Item tales aut patres dicuntur aut pædagogi. Scđm prīci.
Apoſtolus enim non videtur diſtinguere inſtructores niſi in patres & pædagogos:cum dicit.i.ad
Corinth.iiii.Si habeatis decem milia pædagogorum:non tamen plures patres. Sed iſti inſtructo-
res euangelici pædagogi non poſſunt dici: quia dicitur Galat.iii. Lex pædagogus noſter erat
in Chriſto: at vbi fides venit iam non ſumus ſub pædagogo. Omnes enim filii dei eſtis per fi-
dem in Chriſto Ieſu.vbi dicit Gloſſa,Poſtq̄ reuelata eſt fides quæ prius occulta fuerat in antiquis
non ſumus ſub pædagogo. Quod poteſt intelligi ex alio loco .i. Corinthi. iiii. vbi loquitur
Apoſtolus de pædagogo.Etſi decem milia pædagogorū habeatis &c. vt ſupra dicitur. Ecce ꝙ
Paulus probat ſub euangelio ſe eſſe patrem:quia doctor erat euāgelii: abſit ergo ꝙ ſumus ſub pæ-

dagogo.ergo qui docent recta ſub euangelio non pædagogi: ſed patres dici debent. Pædagogus dicitur a pæs qđ eſt puer & gogos qđ eſt ductio:quia ducit & reducit puerum ad ſcholas vt erudiatur a magiſtro qui pater eſt. **Tertium.** Item paterfamilias nomen traxit a patre: qui æquali affectu ſe habet ad ſeruos & ad filios.Aliter enim nõ ẽ vere paterfamílias.dicente Iſidoro.ix.Ety.Paterfamílias omnibus in familia ſua vt pater prouidet: & non diſtinguit conditionem ſeruorum ab affectu filiorum.Hinc enim paterfamílias nomen traxit, qui inique iudicat in ſeruis,non reputet ſe hoc nomine appellari. Si ergo quia prouidet ſeruis pater illorum dicitur: multo magis quilibet **In oppoſitũ.** bonus doctor qui prouidet liberis. CONTRA.in corporalibus ſiue carnalibus ſiue naturalibus ille maior eſt & verius eſt pater naturalis reſpectu filiorum carnalium qui filium generat, & per quem eſt aliquid in eſſe naturali q̃ qui ipſum iam genitum nutrit,& educat,& inſtruit in vita & moribus vt ꝓficiat:ergo & in ſpiritualib⁹ ille maior eſt & verius pater ſpiritualis reſpectu filiorum ſpiritualium qui filium generat: et per quem eſt aliquid in eſſe ſpirituali: q̃ qui ipm iam genitum nutrit,& educat,& inſtruit in vita & moribus,vt ꝓficiat in eſſe ſpirituali.ſed qui habet poteſtatem ordinariam ille filium generat in eſſe ſpirituali:& per ipſum habet ꝙ ſit aliquid in eſſe ſpirituali:qui vero habet ſolam poteſtatem delegatam ſolum filium generatum nutrit educat & inſtruit dicto modo:ſicut patet:quia inuenit iam fidelem cui prædicat:ergo &c. **Reſponſio.** Quia iuxta dicta Ric.libro primo de trinitate, ex rebus corporalibus & naturalibus diſcimus qualia de incorporalibus & ſpiritualibus ſentire debeamus: quis ergo in ſpiritualibus & ſpiritualiter maior & verius pater dici debeat:hoc ex illis qui dicuntur patres in naturalibus & corporalibus perſcrutari oportet.In naturalibus autem & corporalibus ille ſolus maior reſpectu filii & vere pater dicitur:qui filiũ in eſſe naturę generat,& a quo habet ꝙ eſſe ei conueniat.A quo etiã debet habere alia duo. vnum ꝙ eum in eſſe conſeruet. alterum vero ꝙ eum in eſſe dirigat.Ille enim qui filium generat eum educare debet quo ad neceſſaria in corpore:& inſtruere quo ad neceſſaria in mente, Vnde philoſophus in.viii. Ethicorum, vbi loquitur de cauſa amicitiæ inter patrem & filium ad omnes alios dicit ſic.Differt autem magnitudine beneficiorum : cauſa enim eſſendi exiſtimatur maxime eſſe & nutrimenti & diſciplinæ. vbi dicit Commentator. Cauſa enim pater eſt filio eſſe. quod eſt maximum omniũ beneficiorum:& nutrimenti quod cõſeruat eſſe: & diſciplinæ quę dirigit. Quorũ primum non per alium:ſed per ſe miniſtrat ſolum:nec per alium miniſtrare poteſt Et ideo ab hoc ſolo principaliter pater dicitur.Secundum vero & tertium ſi non poteſt aut non velit miniſtrare per ſe,poteſt miniſtrare per alium, propter quod non principaliter ab illis pater dicitur:quia cum ad illos actus de iure naturæ tenetur ratione primi actus quo filium in eſſe ꝓducit naturæ:ita ꝙ etiam illos debet exercere per ſeipſum ſi commode poſſit:ideo ſunt tales act⁹ patri vere & proprie dicto per ſe conuenientes reſpectu filii generati:& ſunt actus paterni a patre de iure exercendi vel ab aliis quibus pater committit vice ipſius patris. Sed alii qui vice patris illa duo generato miniſtrant mutuant ſibi nomen veri & principalis patris:& patres quodã modo dicuntur non principales nec veri reſpectu illius qui genuit. Vnde pater ille cęleſtis pater domini noſtri Ieſu Chriſti:de quo dicit Apoſtolus Epheſ.iii. Ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur:pater inquam illius,qui vt dicit Orig.ſuper illud Matth. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria:in excelſis eſt ſine matre,& in terra ſine patre eſt: quia per alium curam filii in terris ſecundum carnem gerere voluit matrem eius deſponſari diſpoſuit.dicente Orig.ibidem.Ideo fuerat deſponſata Ioſeph:vt nato infanti curam videretur gerere.Propter quod nomen patris mutuauit:vt videlicet pater Ieſu diceretur.dicente Orig. ſuper illud Lucæ. Erant pater & mater Ieſu mirantes ſuper iis quæ dicebantur de illo.Mirabatur & pater:Sic enim appellatus eſt Ioſeph:ꝙ nutritius eius fuit,qui ſic patres dicuntur : quia non proprie patres ſunt:ideo proprio nomine pædagogi vocantur a pæs quod eſt puer,& gogos quod eſt ductio: quaſi ductor pueri p̃cipue cum ad hos actus circa pueros exercendos ab alio qui vere & proprie pater eſt & cui principaliter incumbit cura pueri, deputentur:ita ꝙ non aliquando & caſu:ſed regulariter & ex ſpeciali deputatione tales actus exerceãt,qualem curam de Ieſu geſſit Ioſeph vt dicit Orig.verbi gratia,ſiue iens in Aegyptum ſiue inde denuo veniens.Hinc dicit Gloſſa ſuper illud Gal.iii.Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto. Pædagogus enim paruulis aſſignatur: vt laſciuiens refrenetur ætas,& prona in vitia teneantur corda,dum tenera ſtudiis eruditur infantia,& metu pœnæ coercita præparetur ad maiora. Et hoc ipſum pædagogi nomen ſonat ab eo ꝙ agat.i.ducat. Conſimiliter ergo & in ſpiritualibus vbi filius dicitur aliquis per gratiam adoptionis. ſecundum ꝙ ſuper illud Gal.iiii.Miſit deus filium ſuum vt adoptionem filiorũ reciperemus.dicit Gloſ.i.bona

quę per gratiam dantur per quę sunt filii:Iste modus quo nos deus per gratiã suã genuit adoptio vocatur. & hoc maxime ꝓpter gratiam fidei.Propter qđ dicitur Ioã.i. Dedit eis potestatem filios dei fieri iis qui &c.In sic spũalibus iquã ille dicitur solus maior respectu filii & vere pater qui ipm filium i esse spirituali generat,& a quo habet ꝙ esse tale habeat.A quo etiã debet habere alia duo. Vnũ ꝙ eum in esse conseruet.s.per nutritionem.& aliud ꝙ eum in esse dirigat .s. per disciplinam. Et a primo istorum dicitur quis vere pater: a secundo autem & tertio nequaq̃: sicut neq; in naturalibus scđm prędicta.Sed primũ istorum ille qui verissime pater dicitur non sicut supra in naturalibus per se solum operatur:sed operatur etiam per alium, licet ille principaliter operetur : alius autem non principaliter.Et propter hoc vera paternitas in spiritualibus recipit gradus licet non in naturalibus.A secũdo aũt& tertio vt supra,dicit aliquis pater mutuãdo nomẽ patris:qa aliqd agit circa filiũ spũaliter genitũ vice patris generantis.Generãtis dico,dictã gratiam qua fit adoptatio,conferendo.Dico autem agere vice patris generantis circa filium spiritualiter genitum , dictam gratiam nutriendo per teneram vel facilem doctrinam fidei,& dirigendo per sapiẽtiam perfectam intellectus.Illam doctrinam fidei appellat Paulus potum lactis cũ dicit.i.Corin.iii.Tãq̃ paruulis in Christo.Glos.In cognitione Christi.Lac dedi vobis potum.Glos.i.Facilem & dulcem doctrinam & nutrientem.Sapientiam autem intellectus appellat escam quasi solidum cibum qui debetur adultis iam perfectis.Vnde subdit.Non escam.Glos.Non altiora prędicaui vobis. De qbus dicit.i.Corin.ii.Sapientiam loquimur inter perfectos.Glos.Qui inter vos incapaces simpliciter loquuti sumus:sapiẽtiã aũt q̃ est de secretis dei,loqmur iter pfectos.Perfectos hic dicit: nõ pfectos cognitores & doctores quibus opus non est doceri:sed auditores iam capaces.Ad quam tamen capacitatẽ oportet prius per vsum lactis enutriri. scđm ꝙ dicitur.i.Petri.ii.Sicut modo geniti infantes lac concupiscite vt in eo crescatis in salutẽ. GEnerare aũt dicitur aliquis conferendo gratiam adoptionis.Vnde dicitur aliquis vere pater vel auctoritate vel ministerio.Auctoritate solus deus trinitas : omnes autem alii ministerio tm̃:quia solus deus pater gratiã adoptionis creando infundit. Cęteri autem ad hoc aliquid ministerialiter operantur:quo medio instrumentaliter deus gratiã illam infundit.Et ideo solus deus trinitas propriissime dicitur pater spiritualis & nullus alius sic respectu illius. secũdum ꝙ dicitur Matth.xxiii.Omnes vos fratres estis,& patrem nolite vocare vobis super terram.Vnus est enim pater vester qui est in cęlis.Vnde & dicit Glos. super illud.i.Corĩ. iiii.Per euangelium ego vos genui.Cum prędixisset ego vos genui:addidit per euangeliũ:ne ipsi9 putaretur esse qđ dei est.Ait enim dominus in euangelio:Ne vobis dicatis &c. Qđ non ideo dicitur vt hoc nomen cęteris tollatur:sed ne gratia dei qua in æternam vitam generamur,naturę vel potestati vel etiam sanctitati cuiusq̃ tribuatur.Appellãtur quidem & alii patres:sed nõ sicut deus qui vnus & verus pater est,qui regenerat spiritu sancto quos facit filios ad ęternam hęreditatem. Homines vero dicũtur patres propter honoris gratiam, propter ætatem curamq; pietatis. & hoc non nisi ministerialiter.In quo cõueniũt & illi qui operantur circa iam regeneratum per gratiam, & etiam illi qui aliquid operantur circa regenerandum vt gratia adoptionis ei conferatur.Conueniunt quidem in generali in hoc ꝙ ambo operantur ministerialiter:sed differunt in modo operandi:quia hi ministerialiter saltem operantur ad generationem: & sic quodammodo generant.Illi autem nequaq̃:sed solummodo ad generati nutritionem & directionem.Et ideo licet ambo dicantur patres ministerio:verius tamen & principalius isti dicuntur patres,q̃ illi: & maiores respectu filiorum,q̃ illi. ita ꝙ illi respectu istorum proprie patres dici non possunt : sed proprio nomine dicuntur pędagogi.Et ideo Paulus reputans se vnum de numero istorum & pręferendum illis tanq̃ maiorem & verum patrem respectu illorum,se patrem appellauit: & ab illis nomen paternitatis repulit:appellans illos pædagogos quando dixit .i. Corinthio. iiii. Vt filios meos charissimos moneo:nã si habetis.x.milia pędagogorum in Christo non multos patres tamen: nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui.Vbi dicit Glossa super illud.Vt filios . Bene dico ꝙ vos estis filii: quia ego pater sum. Et hoc est quod ait. Nam si habeatis decem milia pædagogorum in Christo. Glossa. Finitum pro infinito posuit:id est quantamlibet multitudinem eruditorum in Christo qui non genuerunt vos,habeatis. Vbi habet alia litera:Qui erudierunt,& est vtrunq; verum : quia & erudierunt iam genitos: sed non genuerunt erudiendos: sed tamen non habetis multos patres qui genuissent vos in fide Christi : nam ego tantum vos genui non in me scilicet naturam meam vobis communicans sicut generant patres naturales & carnales : sed in Christo Iesu.i.in fide Christi, fidem scilicet Christi vobis cõmunicando: & hoc per euangelium .i.per meam p̃dicationem.& sic ministerio insinuat se eos genuisse,& ꝓ hoc esse patrẽ:non aucto-

ritate:qđ dicit vt remoueat a ſe generare & eſſe patrem adoptiuũ auctoritate:qđ ſoli deo conuenit vt iam dictũ eſt.Et ideo ſequit in Glo.Cum p̃dixiſſet ego vos genui &c.vt iam ſupra.Et ſic Paulus recte diuidens & vnicuiq; tribuẽs qđ ſuũ eſt:paternitatẽ adoptionis,quę ſoli deo conuenit,a ſe remouet:& paternitatẽ ꝓprie dictã quę miniſtrãtibus vt quis regeneretur ſolũ conuenit: ſibi attribuit,& ab aliis repellit quos pędagogos vocat:qui ſolũ erudiunt & nõ generãt ſcđm dictũ modũ. Qui etſi patres poſſint dici aliquo mõ:nõ tñ ꝓprie aut ita ꝓprie ſicut illi q generãt. ſicut pater naturalis qui genuit & in ꝓpria perſona filiũ nutrit & erudit,ex illo actu ſolo quo genuit dicit pater: non aũt ex actu nutriendi aut erudiendi,licet ipſos etiam facere tenetur:& hoc p ſe vel p aliũ, qui eſt ꝓprie pędagogus vices ipſius patris in hoc gerẽs:vt ſic poſſit idem eſſe pater in generando: & nutritor pariter:cũ hoc facit p ſe qđ etiã poteſt facere p pędagogum. Vnde Paulus licet erat pater Theſſal.inquantũ tñ nutriuit eos:non patrẽ ſed nutritiũ vocauit ſe,quãdo dixit.i.Theſſal.ii.Facti ſumus paruuli in medio veſtrũ tãq; ſi nutrix foueat filios ſuos.Gloſ.Nõ alienos. Alienos quãdoq; nutrit mulier p mercede non ex amore:proprios vero ex dilectione.Dicere ergo q; ſolũmodo qui G
ex officio ordinarię iuriſdictionis habet exercere actus curę.ſ.p̃dicare fidelibus & abſoluere pœnitẽtes &c.proprie debet dici pater,& nõ ille qui hoc facit ex ſola delegatione:verum eſt:& qui hoc dicit verũ dicit.Qui aũt dicit q; etiã qui hoc facit ex ſuperioris delegatione aut ex feruore charitatis dicitur ꝓprie pater aut ita ꝓprie: credo q; falſum dicit: & maxime quo ad illũ qui hoc facit ex ſolo feruore charitatis.Iſte em̃ nec pędagogus dici poteſt:quia nõ eſt aliquis pędagogus niſi ex aliqua cõmiſſione facta illi a patre proprie dicto ad opus illud exercẽdũ.Propter qđ dicit Gal.iiii. Quãto tẽpore hęres paruulus eſt nihil diſtat a ſeruo,cũ ſit dñs omniũ:ſed ſub tutoribus & actoribus ẽ vſq; ad tẽp⁹ p̃finitũ a patre.Gloſ.Amb.Verũ eſt em̃ qa patres ius ordinauerũt vſq; ad quã ætatem ſubiectus eſſe debeat:& in qua adultus emancipetur ſtatuerũt. Tutores aũt & actores vocat illos eoſdẽ quos iam ſupra vocauit pędagogos vt iam patebit. Iſte ergo qui id agit non ex ali- H
qua cõmiſſione:ſed ſolũ ex charitatis feruore qua diligit cęteros vt fratres & filios patris ſui, nõ facit hoc vt pater:neq; etiam vt pędagogus:ſed ſolũmodo vt frater. Et ſic nõ bene dicitur talis facere hoc ex charitate paterna ſed potius ex fraterna. & hoc ſiue in docẽdo ignorãtes ſiue in arguendo delinquẽtes,quę includit correctio fraterna,quã non ſolũ licet exercere in parẽ aut inferiorem: ſed ẽt i ſuperiorẽ adhibita reuerẽtia.Qđ nõ facit vt habẽs poteſtatẽ vllam in ſuũ ſuperiorẽ tãq; eo ſuperior vt ex hoc poſſit dici pater illius: ſed ſolũmodo vt habet charitatẽ ad illũ ſicut ad quẽlibet aliũ proximũ,& vt ad fratrẽ:licet magis ad vnũ q; ad alium. Non em̃ a tali prælatus docẽt vel arguitur vt pater pręlati:ſed vt frater & æqualis.Nullo igit̃ modo illuminans ex ſolo feruore charitatis poteſt dici pędagogus & multo minus pater. Proprie aũt pater dicit̃ aliquis miniſterialiter I
operãdo ad generationẽ diuerſimode ſcđm q; diuerſimode ad hoc habet poteſtatẽ: quia aliquis habet poteſtatẽ operandi miniſterialiter vt gratia adoptionis conferat̃ vel p ſe: ſcilicet opando opus qđ ex ſe ratione operis opati inſtrumẽtaliter agit vt habeat̃ a deo gratia adoptionis:vel p accidẽs.ſ. opando opus qđ nõ ex ſe ratione operis operati inſtrumẽtaliter agit,vt habeat̃ gratia adoptionis. Primo modo adhuc dupliciter aliquis poteſt opari p ſe vt gratia adoptionis conferat̃: vel p ſeip̃m opando abſq; ſacramẽto iam inſtituto a Chriſto,vel mediante ſacramẽto. Primo modo ſolus Chriſtus homo ſiue ſcđm q; eſt homo habet poteſtatẽ vt ratione operis opati cuiuſcũq; ſi voluerit gratia adoptionis conferat̃,quę vocat̃ poteſtas excellẽtię.Secũdo modo cęteri homines habẽtes officiũ miniſtrandi ſacramẽta:maxime quo ad ſacramẽtum baptiſmi quo fit regeneratio:cuiuſmodi ſunt ſoli pręlati eccleſię qui tanto ſunt maiores in tali paternitate:quãto ſunt ſupiores & maiores in p̃latione.Et ſic maximus in paternitate tali eſt dñs papa:qui eſt pater patrũ & omniũ aliorũ.Secũdo dñi epiſcopi.Tertio curati parochiarũ : cũ quibus cõputant̃ abbates,decani,& oẽs curam aiarũ ex officio ordinario habẽtes. dũ tamẽ ex officio habẽt poteſtatẽ adminiſtrandi ſacramẽtum regenerationis iis qui nati ſunt eis ſubiici.Quia tñ vnus eorũ nõ generat verius p ſacramẽta q; alter, vnus iſtorũ non dicit̃ verius pater q; alter.Tertio modo.ſ.p accidẽs nõ ratione opis opati cõuertẽtes in- K
fideles ad gratiam fidei p ſuam p̃dicationẽ vel bonã exhortationẽ,dicũtur patres eorũ: & ſunt p̃cipue qui habẽt ſic p̃dicare & exhortari publice ex auctoritate & iuriſdictione ordinaria:ratione cuius etiã habent complete & pfecte generare p virtutẽ ſacramẽta fidei.ſ.baptiſmi adminiſtrandi p̃r ipſos & p inferiores aut ordinarios:vt epiſcopi p̃r ſacerdotes curatos, aut delegatos: vt tam hi q; illi p vicarios vel eorũ vices agẽtes.Alioquin ſi quis ſua p̃dicatione vel admonitione aliquẽ infidelẽ conuertat ad fidem auctoritate ſibi cõmiſſa vel delegata:aut ex charitate fraterna quę extendit ſe ad omnes homines viatores:ſi nõ habet miniſtrare ſacramẽtũ p̃dictũ p qđ fit generatio ſpiritualis

perfecta:nec ex auctoritate ordinaria:nec ex cõmiſſa vel delegata:nõ dicitur ita proprie pater:quia non eſt ita ꝓprie generãs:ſed diſponens & habilitãs ad generationẽ &c. De iis qui primo modo cõ uertunt:& ideo patres dicunt:dicit Apoſt.i.Corit.iii. Ego plantaui Apollo rigauit.vbi dicit Gloſ. Ego plantaui prædicatione ad fidem: Apollo rigauit baptiſmo.Et vterq; poteſt dici pater operando ad generationem: & hoc proprie reſpectu illius qui ſolum operatur circa iam genitum in fide.

L Quia etiam gratia fidei ſine baptiſmo non conſignat charactere ſicut facit baptiſmus : & ita per gratiam baptiſmalem perfecta fit adoptio quaſi conſignata ſigillo principis:que quaſi eſt inchoata quãdo ꝑ gratiã præuenitur baptiſmus: ideo inter illos magis proprie dicunt patres qui generant per ſacramentum baptiſmi conferentis gratiam non iam præuẽtam:q̃ qui ſola prædicatione : qua conuerſus recipit gratiam prꝙuenientem baptiſmũ: vel qua etiam lapſus a fide poſt baptiſmũ iterum per prædicationem reformatur ad fidem.de quo dicitur Gal.quarto.Filioli mei quos iterum parturio.Gloſ. Primo quidem per fidem genuerat eos in baptiſmo: ſed poſtea deformati ſunt per pſeudo apoſtolos,quos cũ dolore reformat.Attamẽ nõ dicit Paulus:quos iterũ genero:qa non ita proprie eſt noua generatio aut filiatio ſicut ab initio:manet enim filiatio in charactere quodãmodo.hinc dicit Auguſti.ſuper Ioan.ſermo.xii.Generatio ſpiritualis vna eſt ſicut & generatio carna-

nat ſibi ſcientiam de linea radioſa. Vnde iſte modus non eſt aliquis illorū quatuor: quos ponit philoſophus in libro Poſteriorū, quos in q̄ſtionibus noſtris ordinariis expoſuimus. Et ſc̄dm hoc concedenda eſt ratio vltima ad iſtam partem adducta. Ad rationem primam in cōtrarium: q̄ nihil idē ſub eadem ratione poteſt eſſe obiectū ſcientiæ infinitę & finitę &c. Dico q̄ verum eſt ſi ratio illa infinitatis intelligat eſſe aliqd obiecti ſcientiæ: non autem eſt verum ſi intelligatur tantūmodo eſſe annexa obiecto ſecundū iam dictū modū. Intelligendū tn̄ eſt propter tacta in probatione maioris illius q̄ quęlibet ſcientia reſpicit duo: & obiectum ſcibile a quo formatur in ſciente, & ad qd̄ terminatur: & ſubiectum in quo formatur, & ab vtroq̄ determinatur ſed diuerſimode: quia ſecundum rationē obiecti determinatur ad formā & ſpeciem: ſecundum rationem aūt ſubiecti determinatur ad intenſionem & remiſſionem. Verbi gratia in videndo ſolem ab aquila & homine & noctua ꝓpter idē obiectum & ſecundum eandē rōnē a parte ſui qd̄ eſt lux ſub ratione ſplendentis, i. in ſe lucentis, eſt ea dē viſio ſecundū ſpeciē, quæ tn̄ ſecundum ſpeciem diſtinguitur a viſione coloris: ſi tn̄ lux & color diſtinguunt ſecūdum ſpeciem, ſemp em̄ ſecundum diuerſitatem obiectorū diuerſificant ſecundum ſpeciem viſiones & ſcientiæ. Propter vero aliam diſpoſitionē ſubiecti variam lympidior eſt viſio aq̄ę q̄ hominis, & hoīs q̄ noctuę: qa ſemper actus actiuorum ſunt in patiente ſecūdum rationē diſpoſitionis ipſius ſecundū intēſum & remiſſum: qa qd̄ recipit, ſemper ſecundum modum recipiētis recipit: & non ſecūdū modū eius qd̄ recipit. Et cōſimiliter dico in ꝓpoſito q̄ deus & ſecundū eādem rationē, ſ. infinitatis ex parte ſui, eſt obiectum ſcientiæ dei & beatorum & hominū viatorum: & determinatur ad ſpeciem ab obiecto, determinat tn̄ ſecundū intenſionē & remiſſionē a diſpoſitiōe ſubiecti vt lympidius vel minus lympide videatur. Sciendū tn̄ q̄ ab obiecto infinito ſub rōne infinitatis conſiderato determinatur ſcientia tripliciter ſecundū ſpeciē: ſecūdū q̄ tripliciter obiicitur ſcientiæ. Vno.n.mō obiicitur rōne infinitatis & quātum eſt ex parte obiecti & quantum eſt ex ratione ſubiecti in quo, ſimul: vbi, ſ. obiectū ſcientiæ eſt & ſubſtantia & ratio infinitatis ſimul. & eſt in ſubiecto infinito vt in ſcientia ſolius dei ſicut dictū eſt: qm̄ ſua ſcientia ſe totū rōne ſubſtātiæ & totaliter ratione infinitatis comprehendit. Alio modo ratione ſubſtantiæ, ſed non rōne infinitatis: niſi vt eſt annexa ipſi obiecto: nullo autem modo quantum eſt ex parte ſubiecti in quo, vt in omni ſciētia quā creaturę habēt de deo, q̄ totum deum quo ad eius ſubſtantiam apprehendunt: ſed non totaliter: qa non ſecundum rationem infinitatis, de qua licet apprehendant q̄ ſit in deo: tamen nullo modo quę ſit. Et ſecūdū hoc ſecūdū ſpeciē differunt ſcientia dei de deo & cuiuſlibet creaturæ de deo: & infinitatē habet ſcientia dei non ſolum ratiōe ſubiecti in quo: ſed etiā rōne obiecti qd̄ eſt ratio ſubſtantiæ & ſimul infinitatis. Rōne autē ſubſtantiæ ſub rōne infinitatis annexę obiicit obiectū infinitum ſciētię creatę dupliciter. Vno modo nude & abſq̄ aliquo inuolucro: Alio aūt mō nō niſi cū quodam inuolucro & ęnigmate. Prīo mō obiicit deus ſcientię beatorum. Scdo mō obiicit ſciētiæ hoīm viatorum, propter qd̄ ſecūdū ſpeciē differūt inter ſe & quaſi ſc̄dm ſpecies ſpecialiſſimas, quātūcūq̄ enim credibile intelligat, intellectum tamē non abſoluit ab ęnigmate, dicēte Augu. in epla ad Conſentiū Ad vnius eſſentię trinitatē vidēdā quātūlibet in hac vita ꝓſpiciamus p ſpeculum & in ænigmate videmus. & hoc quia ſcientia noſtra de deo non eſt ſine fundamēto fidei. Cōueniūt tamen quaſi ſecundū ſpeciē ſubalternā: & cū his etiā ſciētia dei de ſeipſo: inquātū oēs ſunt ſciētię diuinę: & proprie dicunt ſapientiæ licet analogice: & diſtinguunt cōtra ſcientias humanas de rebus aliis quæ ꝑ prie dicunt ſciētię, vt iam dictū eſt ſecundum Auguſt. in opponendo. Q̄z ergo ſcientia dei de deo increata & creata diſtinguūt penes infinitum & finitum: Dico q̄ iſta diſtinctio nō eſt ſecundum ſpeciem & ſecundum rationes conſiderandi obiectum formales: quaſi deus ſit obiectum ſciētię dei infinitę ſecundum rōnem ifinitatis etiā obiectiue: & ſic obiectum ſcientię finitę ſecundum rationē finitatis obiectiue: ſecūdū q̄ nitit̄ ꝓcedere argumentum: ſed eſt iſta diſtīctio ſciētiæ penes finitū & infinitū ſecūdū materiā & ſecūdū cōditiones ſubiecti potius in quo hmōi ſcientia recipit̄. Qd̄ qdē ſubiectum qa eſt ifinitę capacitatis in deo, ſ. diuin⁹ ītellectus: finitę vero capacitatis in creatura, ſ. intellectus creatus: idcirco ab obiecto infinito rōne ſuę infinitatis iformatur ſcientia infinita intellect⁹ diuinus: intellectus vero creatus ab eodem obiecto non rōne ſuę infinitatis nec etiam rōne alicuius finitatis: ſed rōne ipſius eſſentię deitatis ſimplr̄, vt cui annexa eſt rō infinitatis ſecundū dictum modum, informatur ſcientia finita. Et ſic ſcientia dei & intellectus creati de deo bene poſſunt diſtīgui ſecundum finitum & infinitum: & tamen iuxta dictum modum deus ſecūdum rationem ſuam infinitam bene poteſt eſſe obiectum ſcientiæ infinitę dei & finitę creaturæ: licet quoquo modo aliter ſcientia dei & ſcientia creaturæ reſpiciant illam rationem infinitatis vt iam viſum eſt: vt ſecūdum hoc verum ſit dicere q̄ intellectus diuinus ītelligit ſe infinitum & infinite ſiue totum & totaliter

Ad primū principale.

Ad probationem maioris.

intellectus autem creatus intelligit deum infinitū ſed finite & totum & nō totaliter. Et ſecūdū hoc dixímus in queſtionibus noſtris ordinariis q̄ ſubiectū theologię deus eſt, nō ſub ratione qua eſt ſal uator aut quocūq; modo alio: ſed ſub rōne oīno abſolutiſſima, prout ibidē determinauim⁹, propter quod vt puto mota fuit hæc quæſtio hic. Deus igit̄ nō rōne alicuius finitatis a parte ſui, hoc eſt nō rōne alicuius ſpecialis rōnis puta glorificatoris aut reſtauratoris determinantis eſſentiā deita tis debet poni ſubiectū theologię vel ſcientię beatorū de deo. Et eſto q̄ ita eſſet: nō valeret ad eor̄ p A poſitum cum p hoc intendāt diſtinguere ſcientiam infinitam dei a ſcientia finita intellect⁹ creati de deo penes finitum & infinitum. Nā illa ratio ſpecialis quā intelligunt noīe reſtauratoris ſeu glorificatoris vt eſt ī deo ſcd̄m ſe, eſt etiā infinita: ſicut & ipſa ratio deitatis ſecūdū q̄ deitas eſt abſolute: ſicut & idea aſini ſeu ratio vt eſt in deo, eſt infinita: licet ſecūdū modū intelligendi per hu iuſmodi rationem ſpecialē videat determinari & finiri p cōparationē ad intellectum noſtrū ipſa ra tio deitatis abſoluta. Iſta ergo ratio ſpecialis nihil faceret ad diſtinguendum ſcientiam dei increatā & ſcientiam de deo creatam penes finitum & infinitum attendendo ad rationē in obiecto ſecundū ſe: penes quā tñ rationē vt eſt in obiecto nitunt̄ diſtinguere ſciētiam dei increatā & ſciētiam de deo creatam penes finitū & infinitū: ſed ex parte ſubiecti in quo ſic debēt diſtīgui penes finitū & infini tum: vt viſum eſt. Item deus ſub nulla ratione finita a parte ſui ſeu determinata (qa nec aliqua ta B lis in eo eſſe poteſt) poteſt eſſe glorificator noſter. Si igitur eſt ſubiectū theologiæ ſub rōne qua glo rificator noſter (vt concedunt) oportet etiā q̄ concedant ipſum eſſe ſubiectum theologiæ ſub rōne infinita, nihil ergo valet ad improbandum dictū noſtrū de ſubiecto theologiæ iſta ratio infinitatis.

Ad ſecundū principale. Ad ſecundum q̄ deus qa eſt obiectū ſuę ſcientię ratione ſuę infinitatis, ideo ſimul ītelligit alia oīa C a ſe &c. Dico q̄ verum eſt, ſed intelligere alia a deo intelligendo deū pōt cōtingere dupliciter. Vno mō ſub rōnib⁹ particularib⁹ qb⁹ differūt inter ſe. Alio mō ſecūdū aliquā rōnē cōmunē q̄ ſe habent p attributionē aliquā ad deū. Primo mō ſolus deus naturaliter intelligit alia a ſe intelligendo ſe, & hoc ꝓpter ſpecialē modum p̄dictum quo ſe intelligit ſub ratione infinita. Et hoc modo nullus intel lectus creatus intelligendo deum intelligit naturaliter alia a deo: etiā ſi ſit beatus: qa ille videndo de um non videt alia in deo naturaliter ſed ſolūmodo ſcd̄m modū quo vult oſtendere ſe ſecundum ra tionē ſpeculi & ideę ad videndū illa in ſe. Secūdo aūt mō intellectus hoīs viatoris intelligendo deū per habitum ſcientiæ theologiæ intelligit ſimul oīa alia ab ipſo, inquantum omnia alia p quādam attributionem ſe habent ad deum: & continent̄ ſub ſcientia theologiæ: & pertinent ad ipſam: ſecū dū q̄ expoſuimus loquendo de vniuerſalitate ſcientiæ theologiæ & eius ſubiecto in q̄ſtionibus no ſtris ordinariis. Et propter primū modū ſciendi alia a deo, non oīa quę ſciri poſſunt attribuit Au guſtinus ſciētię theologię: ſed ſolūmō ea qbus fides generatur, nutritur, roboratur, & defenditur, & talia ſunt oīa alia a deo: ſecūdū q̄ habēt ſe p attributionē ad deum: & vt ea quibus vti poſſumus ſi cut eis quę velut vtibilia ordinabilia ſunt ad ipſum deū tanq̄ ad eum quo fruendum eſt ſicut fine.

Obiectio. Prima. Sed p̄terea ex dictis meis contra me nitunt̄ arguere. Nā dixi q̄ ſcientia theologiæ & etiā beatorū eſt participatio quędam ſcientiæ diuinæ: ex quo (vt dicunt) neceſſario ſequit̄ q̄ id qđ eſt obiectū ſci entię dei ſub rōne abſoluta ſit obiectum ſcientię participātis ſub aliqua rōne partiali & ſpeciali, ali

Secunda. ter non diceret̄ ſciētia participatiue. Item arguunt ſic. Scientia theologię eſt organū ſeu inſtrumē tū veniēdi ad beatitudinē: ſed beatificamur ī deo ſub rōne qua ē glorificator noſter: ergo ſub hac rō ne ſpeciali debet poni de⁹ theologię ſubiectū. Si. n. de⁹ eſſet ſub ſua rōne abſoluta ſubiectū theologię iam ſciētia theologię ageret vltra ſuā ſpeciē conſiderādo ipſum ſub rōne gñaliori: q̄ vt eſt glorifica

Ad primā. tor. Ad primū dicendū: q̄ vt dixi & adhuc dico ſciētia beator̄ de deo eſt q̄dam participatio diuinę D ſciētię īmediate deriuata a ſciētia diuina: nō qa cōſideret tanq̄ obiectū ſuū formale ipm deū ſub ali qua rōne finitatis ſeu ſpeciali quā intelligūt noīe reſtauratoris vel hmōi: hoc em̄ falſum eſt vt patet ex p̄dictis: ſed dicit̄ ſciētia p participationē reſpectu ſciētię dei: eo q̄ obiectū ſuū qđ eſt de⁹ ſub rōne ſua abſoluta totaliter cōprehendere nō pōt, ſicut ipſe deus a ſeipſo cōprehēdit̄: vel ideo qa deus ipe infinit⁹ & etiam ſuæ infinitatis ratio vt cōprehēſibilis a ſeipſo, vt formale obiectū obiicit̄ ſciētię dei de ſe ipſo: nō ſic aūt ſciētię beatorū vel viatorū: ſed ipſe de⁹ ſecūdū ſe abſolute: vt tñ ei annexa eſt rō infinitatis: q̄ vt comprehēſibilis nō pōt eſſe obiectum alicui⁹ ſciētiæ de deo creatæ nec beatorū nec

Ad ſecūdā. viatorū. Ad aliud cum dicit̄ q̄ ſciētia theologię ageret vltra ſuā ſpeciē ſi de⁹ ſub rōne abſoluta eſ E ſet ei⁹ ſubiectū, Dico q̄ falſum eſt. Et cū dicit̄ q̄ ipſa organū ē veniēdi ad felicitatē: cōcedo. Et cū di cit̄: de⁹ inquantū glorificator beatificat: Dico q̄ hic eſt nugatio: qa hoc eſt dicere glorificat inquan tū glorificator. Vñ ſub nulla rōne ſpeciali determinata ſeu finita glorificat: ſed magis inquantū de⁹ infinitus abſolute. Et qđ aſſumitur q̄ iam ſcientia theologię ageret vltra ſuam ſpeciem: patet q̄ fal

ſum eſt:qa nō poteſt eſſe rō generaliōr in deo q̄ illa ſub qua eſt glorificator. Hęc em̄ eſt ratio deitatis abſolutę vt a parte viſa:vel deus ſub rōne ſuę deitatis abſolutę:vt a parte viſibilis.

Quæſt. iii.

Arg. princi.

Primum.

Secundum.

In oppoſitū.

Reſponſio.

Obiectio.

Reiectio.

Ad primū principale.



Ircа ſecūdū arguebat:ꝙ qd eſt dei,aut ꝙ de⁹ eſt trin⁹,aut qđcūꝙ aliud credibile de deo nō poſſit hic ī via clari⁹ cognoſci ſiue ſciri q̄ p lumē fidei. Et videt ꝙ nō qa ſi ſic:oportet ꝙ hoc ſit in clariori lumine q̄ ſit lumē fidei,clarius aūt lumen nullum eſt in vita iſta eo ꝙ illud non habet in ſcriptura:ſed fictitiū eſt illud ponere,ergo &c. Item qđ clarius cognoſcit clarius intelligitur:ſed cognitio clarior de deo q̄ per fidem eſt viſio in ſeipſo p ſpēciē:deus ergo in ſeipſo p ſpēciē poſſet cognoſci in vita iſta.Cōſequēs falſum eſt,ergo &c. Contra.Cōcluſiones cognoſcunt ex principiis:& cognitio principiorū reſoluit in definitiuā rōnē terminorū,ex qbus cognitis cognoſcunt principia:ſed rōnes terminorū articuli credibilis vt qd dī hoc noīe de⁹ ſecūdū naturā eius,& ſic de cęteris, bñ cognoſcunt clari⁹ q̄ per lumē fidei:ſecūdū ꝙ clarius intelligit qd dicitur noīe deus vnus q̄
F alius:ergo &c. Dico ſecundū ꝙ determinaui in q̄ſtionib⁹ ordinariis,ꝙ quid eſt deus & ꝙ ſit trin⁹ & cętera credibilia de illo clarius poſſunt cognoſci q̄ p fidem:& hoc in clariori lumine q̄ ſit lumen fidei,niſi em̄ clarius q̄ per fidē poſſent cognoſci,nō haberet de credibilibus clariorem notitiam vn⁹ fidelis q̄ alter:licet firmiorē iuxta modū magnitudinis fidei. Qđ falſum eē apparet ex hoc,ꝙ poſtq̄ de ſcientia theologiæ dixit Auguſt.illud.xiiii.de Trini.Rerū diuinarum ſcientia &c. vt iam ſupra in q̄ſtione p̄cedenti,cōtinue adiūxit.Qua ſciētia nō pollent fideles plurimi q̄uis polleant ipſa fide plurimū.Iſtud aūt pollere ſcientia non conſiſtit niſi in cognitionis claritate:qa ipſa ſcientia non eſt niſi cognitio q̄dam. Sed forte dicet aliquis:ꝙ qa fides bene recipit augmentum bene pōt aliquis ex
G ſolo lumine fidei pollere ſciētia fidei plurimū: qua nō pollet ali⁹ plurimū. Sed dico ꝙ ſi clarior nō poſſet haberi notitia de credibilibus q̄ p fidē ſine lumine fidei,tūc neceſſario fides & ſciētia hic ęgparent:vt quāto polleret fide qs,tāto polleret hac ſciētia:& ſic q plurimū polleret fide,plurimū polleret hac ſciētia,cui⁹ cōtrariū plane dicit Augu. dicēdo ꝙ hac ſciētia nō pollēt fideles plurimi,q̄uis polleāt ipſa fide plurimū.Et ſic cognoſci ſiue ſciri reuera pōt aliqd credibiliū clari⁹ q̄ fide:ꝓpter qđ
H aliqs pōt p ſuā ſciētiā clari⁹ ſcire credibile aliqđ q̄ ille q ſcit illud ſola fide. Qđ cōtinuo ad declarationē dicti ſui addit Aug.aſſignando differentiā inter ſcire p ſolā fidē, & p aliā clariorē notitiā,ſubdens. Aliud em̄ eſt ſcire tātūmodo qđ homo credere debeat propter adipiſcēdā vitam beatam quę non eſt niſi æterna:Aliud aūt eſt ſcire quēadmodū hoc ipſum & piis opituletur & contra impios defendatur.Piis aūt opitulatur per hanc ſcientiam clariorem quando per doctrinam maiorum qui hanc habent ſcientiam clariorem,fides ſuadetur minoribus:vt in ipſis generetur & nutriatur.Contra impios autem per hanc ſcientiam defendit & roboratur,quando maiores qui habent hanc ſciētiam quā ſibi ex creditis acquiſiuerunt,modo quo alię ſcientiæ humanæ acquirunt ex ſenſibilibus p media & rationes q̄ p hanc ſciunt elicere ex intellectu credibiliū ſiue ex credibilibus intellectis: vt ex primis principiis:reſpondent verſutis argumētationib⁹ infideliū & hæreticorū:& improbant dicta eorum:& per hoc fidei veritatem defendūt:ſecūdū ꝙ in q̄ſtionibus aliis ſatis declarauim⁹. Vnde & ſcientia ſacræ ſcripturæ vtilis eſſe non poteſt niſi ſic intelligatur:vt ex ea media & ratiōes de credibilibus capi poſſint : per quæ credita poſteriora ex aliis vt ex prioribus intelligi poſſint. talis autem intellectus huius ſcientiæ non habetur niſi ex illorum credibilium intellectu quę prius credere
I ſuadet:vt iam dicet ſecūdū Aug.in epl'a ad Cōſentiū. Qđ ergo arguit prīo in cōtrariū:Si clari⁹ ſciri poſſent credibilia q̄ p fidē,hoc eſſet in clariori lumine:Dico ꝙ verū eſt:propter hoc em̄ inter dona gratis data eam cōnumerat apoſtolus & diſtinguit a fide: qñ dicit.i.Corīth.xii.Alii datur ſermo ſapiētię:alii ſermo ſciētię:alii fides. Hāc em̄ clariorē notitiā ſapiētiā appellat qñ eſt credibiliū de rebus ęternis:ſciētiā vero qñ eſt credibiliū de reb⁹ tpalib⁹:ſicut clare determinat Aug.vbi ſupra.Qđ ergo
K aſſumit:ꝙ nō ē clari⁹ lumē cognitiuū ſupnaturale ī vita iſta q̄ ſit lumē fidei:Dico ꝙ falſū ē.Qđ autē ad hui⁹ ꝓbationē aſſumit:ꝙ tale lumē nō habet ex ſcriptura:& ideo ponere ipm̄ fictitiū eſt:Dico ꝙ vtrūꝙ falſum eſt:qa hoc habet ex ſcriptura implicite:licet nō expreſſe:& vtrūꝙ ſufficit. dicente Auguſt.in ſer.de Aſſumptione. Tāto q̄ magna ſunt cauti⁹ tractanda exiſtūt quāto ſpeciali⁹ auctoritatū teſtimoniis nō poſſunt ad liqdū roborari:& qa q̄dā ſcriptura ſacra veris indagationū ſtudiis quęrēda reliquit,nō ſuperflua æſtimāda dum vera indagatione fuerit patefacta. Fœcūda eſt enim veritatis auctoritas,& dum diligenter diſcutitur veram intelligentiam parit quā manifeſtis ſermonibus abſcondit. Taliter autem Auguſtinus in principio ſuper Ioan.intelligentiam hmōi luminis diſcutit exponendo illud Ioan.i. Vita erat lux hominum. dicit enim ſic. Ex iſta vita homines illuminantur. & exponit diffuſe, & expreſſe ꝙ illa quæ lux eſt increata, illuminat homines duplí-

ci lumine,paruulos quidem lumine fidei quo nutriantur vt lacte : maiores vero lumine ſapientiæ quo vt ſolido cibo veſcant,de qua ſapientia dicit Apoſtolus,i.Corin.ii.Sapientiam loquimur inter pfectos.Gloſ.Perfectos dicit non cognitores & doctores ſed auditores iam capaces,quos & ſpiritua les vocat:non capaces aũt carnales:quando ſubdit. Nõ potui vobis loqui quaſi ſpũalibus: ſed quaſi carnalib⁹.Carnalibus aũt iam fidelibus loquebatur vt eos in fide nutriret,ſpũalibus aũt vt eos circa intellectũ eorum q̃ fide tenent inſtrueret:qualiter defendi & roborari poſſent.vt em̃ ibi dicit Gloſ ſa cum eadem Apl'us prędicaret ſpiritualibus & carnalibus quiq; pro modulo ſuo capiebant:illi vt paruuli,iſti vt maiores:illi vt lactis alimentũ,iſti vt cibi ſolidamentũ: qa etſi non audiunt ampli⁹, tamen intelligunt amplius:non em̃ æqualiter mente ꝓcipiť etiam qđ in fide pariter ab vtriſq; recipitur.Q3 aũt aliud ſit lumen fidei qđ accipiunt paruuli,aliud vero lumen ſapientiæ qđ accipiunt L
maiores,expreſſe declarat Auguſt,ſup illud Io,i.Vita erat lux hominũ,ſic inquiens. Multi ſunt animales nondũq; ſe poſſunt ad ſpiritualem intellectum erigere:qđ dicit In principio erat verbũ:hoc aĩalis hõ non ꝓcipit.Quid ergo? filebimus hic?quare ergo legitur ſi filebitur?aut quare audit ſi nõ exponitur?Sed vt qd expoñt ſi non intelligit?Ecce q̃ manifeſte vult q; propter intellectũ credibiliũ exponẽda ſunt illa quæ ſunt contenta in ſacra ſcriptura,& q; hoc ſit in vita iſta per aliud lumen q̃ ſit lumen fidei apte declarat Aug,ſubdẽs.Erat Ioannes de illis montibus de qbus ſcriptũ eſt: Suſcipiant montes pacem populo & colles iuſtitiã,Intelligit enim p pacẽ ſapientiã qua maiores illuminãtur poſt fidẽ,Iuſtitiã aũt appellat fidẽ qua illuminãť minores ſubdẽs.Colles paruulę aĩę ſunt:mõtes excelſę animę ſunt.Quæ eſt iuſtitia quã colles accipiũt:fides,non aũt acciperẽt minores fidẽ niſi maiores ab ipſa ſapientia illuminarent vt poſſent paruulis traiicere qđ poſſent capere.Suſcepit pacem mons iſte: cõtẽplabať deitatem verbi.Appellat autem iſtud cõtẽplari intellectualẽ notitiã: ad quã excitat auditores capaces ſubdẽs.Erigite vos ad ei⁹ ſenſum:ſi nõdũ poteſtis intelligere inuocate auxiliũ a dño,Si non potes cogitare qd ſit,differ vt creſcas:accipe lac vt nutriaris & ſis validus ad capiendum cibũ.Ecce q; fides primo eſt in paruulis ſine intelligentia:ſed in fide nutrit vt validus fiat.Factus aũt validus ad intellectũ ſuſcipiẽdũ lumine ſuperiore illuminatur.dicente Augu.ibidem in ſermone,v.Poterunt mẽtes magnę quę mõtes dictę ſunt,quas maxime illuminauit lumẽ iuſtitię ſcđm q; dicit cõtra epl'am fundamẽti.Ego catholicã fidẽ ꝓfiteor & per illã me ad certã ſciẽtiã venire ꝓſumo,& ita iam nõ hoĩbus:ſed ipſo deo intrinſecus mẽtẽ noſtrã illumĩnãte atq; firmãte.ppter qđ dicit Aug,ſupra iã.Si nõdum poteſtis intelligere inuocate auxiliũ a dño, & hoc nõ ad fidei gñationem vel augmẽtũ:qa ex illa quãtũcũq; homo in illa poſſet nõ haberet intellect⁹ ſecũdũ ſciẽtiam: ſed ad ipm̃ ſcientialẽ intellectũ ſupra credere p fidẽ,& ſic alio & alio lumine illuminať fidelis ad credendũ q̃ ad intelligendũ,& eſt clarius lumẽ quo intelligit q̃ quo credit: & non eſt hoc fictitiũ niſi illis de quibus dicit Auguſtinus ibidẽ ſuper Ioan.Stulta corda iſtam lucem capere non poſſunt:ip ſi enim tenebrę ſunt.Q3 ergo deus quærit oſtendere lumen illud clarius:idẽ eſt ac ſi diceret Pelagius Auguſtino:tu dicis q; liberũ arbitrium non poteſt velle bonum ſine gratia:oſtende ergo nobis illam gratiam:aut ſi diceret iudęus chriſtiano:tu dicis gratiam dari in baptiſmo:oſtende illam.Reuera ſpirituale lumen vel gratia non eſt tale qd vt non habenti poſſit oſtendi.Sed ille ſolũmõ bene nouit qui accipit.Et eſt magnũ mirabile q; in quacunq; alia facultate peritus nititur ſcientiam ſuam M
quantũ poteſt extollere:ſoli aũt theologi quidam vt phiam videant exaltare,theologiam deprimũt aſſerentes ipſam non eſſe vere ſciẽtiã:nec credibilia poſſe fieri vere intelligibilia in vita iſta.Tales ſibi viã ſciẽdi & intelligẽdi credibilia præludũt:& aliis deſperationem intelligendi illa incutiunt:qđ valde pernicioſum eſt & dãnoſum eccleſiæ & periculoſum dicere:immo potius ſuadendum eſt q; certa ratio haberi poteſt de credibili ꝑ quam vere ſciri & intelligi poteſt in vita iſta. Ad cuius in N
tellectũ ſciẽdũ q; credibilib⁹ rõ adhibet dupliciter.Vno mõ ante fidẽ habitã,Alio modo poſt fidẽ habitã,Primo mõ dupliciter.Vno mõ ad fidei apprehenſionẽ vt rõne probetur id qđ credẽdũ eſt pri⁹ q̃ credať: q̃liter ꝓmittebãt ſe reddituros rõnẽ de credibilib⁹ manichei:vt patet p Aug,lib,cõtra epiſtolã fundamẽti:in quo oſtẽdit hoc eſſe ĩpoſſibile.Alio mõ ad ſuadẽdũ qđ ante rõnẽ illo mõ iductã credẽdũ eſt,poſt fidẽ aũt rõ adhibẽda eſt:vt primo tradita poſtea intelligant.Vñ Aug,cõtra Cõſentiũ q nõ putauit rõnẽ vllo mõ adhibẽdã eẽ credibilibus vt intelligerent: ſed ſolũmõ auctoritatẽ vt crederẽt:dicit ſic,Si fides(ĩqt)ex rõne diſputatiõis & nõ ex credulitatis pietate apphẽderet, nemo p ter phos beatitudinẽ poſſideret: ſed non tam rõ requirẽda q̃ auctoritas.Vide ergo ne debeas maxie de hac re,ſ.de vnitate deitatis & diſcretione pſonarũ in qua ꝑcipue fides noſtra cõſiſtit,ſolã auctoritatẽ credere:nec eius intelligentiæ q̃rere rationem.Rñſio.Neq; enim cum cœpero te in tanti huius ſecreti intelligentiam vtcunq; introducere:qđ niſi deus intus adiuuerit non potero,oĩno aliud diſſe

rendo facturus sum, q̄ rationem vt potero redditurus: non vt fidem respuas : sed vt ea quæ fidei firmitate iam tenes, etiam rationis luce respicias. In rebus ergo ad doctrinam salutarem pertinentibus quas ratione percipere nondū valemus, fides præcedat qua cor mundetur vt magnæ rationis lumen capiat & perferat. Hoc vtiq; ratiōis est: & ideo rationabiliter dictum est p prophetā: nisi credideritis nō intelligetis: vbi ꝑcul dubio discreuit hæc duo, deditq; cōsiliū quo prius credamus: vt id quod credimus intelligere valeamus. Si ergo rationabile est vt magna quædam capiantur quæ capi nondū possunt, fides antecedat rationem: procul dubio quātulacūq; ratio quæ hoc persuadet antecedit fidem. Propterea monet Apostolus paratos nos esse debere ad rñsionē omni poscenti nos rationem de fide & spe nostra: quoniā si a me infidelis rationē poscit fidei meę, hāc ei reddo rationem qua videat q̄ prępostere poscat rationem earum rerum quas capere non potest. Si autem iam fidelis rationem poscat vt qđ credit intelligat: capacitas eius intuēda est vt secundum rationem reddi tam sumat fidei suę quantā potest intelligentiam: maiorem si plus capit, minorem si minus: dū tamen quousq; ad plenitudinem cognitionis perfectionemq; perueniat, ab itinere fidei non recedat: quā si non dimiserimus, non solum ad tātā intelligentiam rerū īcorporearū & īmutabiliū quanta in hac vita ab hoībus capi potest, verū etiā ad summitatē cōtēplatiōis quā dicit Apostolus facie ad faciem, veniemus. Sed expedit quorundam occultā esse rationem ne rationis cognitione vilescant. Hęc dixerim: vt fidem tuam ad amorem intelligentię coarctarer: ad quā ratio vera perducit: cui fides animū prępărat: in qua qui eiusdem rectitudinem per dei gratiā comprehendere potuerūt, humili pietate confessi sunt sibi in ea fuisse primos piscatores nō solū credendo firmissimo robore: immo etiam intelligendo certissima veritate: ac per hoc qm̄ id qđ ad eā pertinebat fides egit: ideo cō sequens ratio aliquid eorum quę inquirebat inuenit. Porro autē qui vera ratione iam qđ tātūmodo credebat intelligit, profecto pręponendus est ei qui cupit adhuc intelligere qđ credit. Si autem nec cupit: & ea quæ intelligenda sunt credenda tantūmodo existimat: cui rei fides profit ignorat. Intellectum ergo ama: quia etiam ipsę scripturę sanctæ quæ magnarum rerum ante intellectum suadent fidem, nisi eas recte intelligas vtiles tibi esse non possunt. Omnes em̄ hęretici qui eas in auctoritate
O recipiunt: non q̄ eas contemnunt: sed q̄ eas non intelligunt hęretici sunt. Ad secūdum q̄ clarior cognitio de deo q̄ p lumen fidei est visio: quæ haberi non potest in vita ista, ergo &c. Dico q̄ circa diuina differunt credere, intelligere, & videre. Credere em̄ est assentire veritati credibilis per intellectum ex habitu fidei cum voluntatis imperio: secundum modum quo oportet credere doctori omnem qui discit: quēadmodum ille qui credit solem eclipsari nunc, non habendo ad hoc demonstrationem quā habet magister suus, nec videt oculis interpositionem lunæ inter nos & solem: sed sic eē
P tenet ex solo dicto magistri sui. Intelligere aūt est cognoscere aliquid ex alio per discursum ratiōis vel definitiuū vel syllogisticū: qualiter doctor astrologus intelligit per demonstrationē solē nūc eclipsari: qđ oculis nō videt. Videre autem intellectualiter est oculo mentis deum ex nuda eius prę-
Q sentia conspicere: quemadmodum quis videt eclipsim oculis carnalibus videndo lunam positam inter nos & solem. Et sic licet intelligere diuina contingit clariori lumine q̄ credere: multum tamē distat intelligere a videre & differt ab ipso. Omne enim credere & similiter videre proprie dictum est intellegere: quoddā sed non ecōuerso secūdū q̄ hoc alibi diffusius declarauim⁹. Large tñ accipiēdo videre, credere, & intelligere: possunt dici videre quoddā. Est. n. credere videre qđdā dicēte Aug. ī epla p̄dicta. Habet fides oculos suos: q̄b⁹ quodāmō verū eē videt qđ nōdū videt: & q̄b⁹ certissime videt nōdū se videre qđ credit. Etiam ītelligere dicto modo videre quoddam est. dicente eodem: sermone .i. super Io. Videns Ioānes dicebat in principio erat verbum: viderunt hoc mentes magnę: & vt perueniret ad id qđ viderunt delonge, a cruce Christi non recesserunt: paruuli autem qui non possunt hęc intelligere non recedentes a cruce, perducunt ad id qđ non vident. Consimiliter large &
R credere in pręsenti & videre in patria, intelligere quoddam dici possunt. Ad declarationem autem ampliorem horum oīm & dictorum meor̄ hic & alibi, Notādus est ordo actus credēdi siue ei⁹ qđ est credere ad actum intelligendi siue ad ipsum intelligere: & ordo auctoritatis ad rationem & ecōuerso. Sciendum est enim q̄ licet omne qđ quis nouit, inueniendo vel addiscendo nouerit : tñ nosse inueniendo per semetipsum necessario præcedit nosse addiscendo ab alio: qui enim nihil omnino nouit ex seipso, nihil omnino potest discere ab alio: & ideo quia quę quis nouit ex se nouit adminiculo sensus ex natura rei illa intelligendo, p̄ter illa q̄ qs nouit ex alio discēdo, ipm̄ intelligere aliqua q̄ naturaliter possunt cognosci adminiculo sensus necessario p̄cedit oē credere nō solū ex auctoritate alteri⁹: aut ex habitu īfuso: sed etiā credere ex argumētatiōe q̄ est ex p̄babilib⁹: q̄lē fidē & credere generat syllogism⁹ topic⁹. Ante inquam credere ex tali fide imo etiam ante talis fidei generationem

Ad secundū principale.

neceſſario p̄cedit intelligere icōplexorū & p̄ricipiorū cōplexorū:ex q̄b⁹ concludunt̄ cōcluſiones,q̄b⁹ talis fides gñat̄:licet tale itelligere neceſſario p̄cedit habit⁹ fidei ſupnaturalr̄ ifuſę: q puulis ifundit̄ in baptiſmo ante oēm actū intellect⁹.Et ideo vlteri⁹ licet in diſcēdo ab alio oportet eū credere q diſcit S tamē iſtud credere & ipſam fidē qua ſic credit̄,q eſt habit⁹ gñatus ex ſyllogiſmo topico,oportet pr̄e cedere ip̄m itelligere p̄dicto modo:& ſilr̄ rationē topicā oportet p̄cedere auctoritatē qua docēti cre dit̄.Nullus.n.credit alicui auctoritati niſi prius ſuaſum ſit ei rōne ſaltē topica q̄ debuit illi crede re:& ſic itelligere:& rō oīno p̄cedit credere ex rōne,& auctoritatē cui credit̄,nō ſolū auctoritatē cui credit̄ ex tali rōne:ſed etiam auctoritatē cui credit̄ ex virtute habit⁹ infuſi:licet vt dictum eſt talis fides ſcd̄m habitū in puulis baptizatis p̄cedat oīne intelligere & oīe credere. Ipſum aūt intellige T re quo intellect⁹ intelligit ſupnaturalia:& p̄ cōſequēs habitū gñatū ex tali intelligere & ſuadētē rō nē qua habet talis habitus generari,p̄cedit neceſſario ipſum credere ex habitu infuſo. Sed propter ipſum credere p̄cedēs ex tali habitu infuſo diſtinguendum eſt ex parte credibilium:q̄.ſ.ſunt q̄dam q̄ ita credunt̄ q̄ nunq̄ intelliguntur vt facta hiſtorica:q̄dā vero ita credunt̄ q̄ poſtea intelligunt̄:vt illa q̄ p̄tinēt ad diuinā naturā:de q̄b⁹ principaliter theologica ſciētia eſt: de q̄bus tñ anteq̄ credant̄ oportet p̄intelligere naturali intelligentia qd p terminos eorū ſignificatur,p̄recognitione,ſ.qd eſt qd̄ dicit̄ p nomē ſaltem generaliſſima & cōfuſa:q̄ neceſſario trahit ortū a ſenſu:vt ſecūdū hoc oēm intellectū & ſcientiā qui habent̄ de credibilib⁹ poſt fidē infuſam oporteat quodāmō reducere in ſen ſum. Poſtq̄ aūt tale intelligere terminorū incōplexorū alicuius cōplexi theologici habitum eſt di- V cto mō ex ſenſu,puta qd eſt de⁹,quid eſſe,quid trin⁹,qd vnus,licet non vt eſt cōplexū credibile:ſed magis vt naturaliter cognoſcibile: cū poſtmodū ex illis terminis ex auctoritate ſacræ ſcripturę ſeu dei p̄ponuntur articuli credibiliū cōplexi ex illis terminis incōplexis cōſtituti,q̄bus articulis p̄pter illā auctoritatē cū adiutorio fidei infuſę credit̄ & firmiter eorū veritati aſſentit̄: præpata eſt via ad intelligēdū ſupnaturalr̄ illa incōplexa adiutorio ſupnaturalis luminis excedētis fidē & lumē fidei co gnitione magis determinata & magis p̄ticulari q̄ erat cognitio quā p̄hi ex puro lumine naturali potuerūt habere de illis.Qua qdē cognitiōe acq̄ſita quaſi via diuiſiua & definitiua cognoſcitur qd eſt res in ſe modo clariori q̄ nata eſt cognoſci in via:vt qd eſt deus,qd eſt eſſe,qd trinus,qd vnus:& hoc vt iſti termini ſunt termini cōplexionis intelligibilis ī ſe maxīe:licet p̄rio nobis vt credibilis ex auctoritate ſcripturę p̄poſitæ p̄pter debilitatē noſtri intellect⁹ reſpectu illius, q̄bus terminis cogni tis in ipſis ſtatim cognoſcunt̄ cōplexa ex q̄bus conſtituunt̄,vt principia tam extrinſeca q̄ intrinſe- ca ſcientifica in theologia:vt q̄ deus eſt:q̄ deus eſt vnus:q̄ deus eſt trinus:quę ſunt principia extrī ſeca in demōſtratione theologica.Et cōſimili modo in eodem lumine virtute talium p̄ricipiorū ex- trinſecorū cognoſcunt̄ p̄ricipia theologię intrinſeca:& ex illis cōnexione demōſtratiua cognoſcunt̄ cōcluſiones q̄ ex illis ſequunt̄:quę nō in ſe nec ex ſe cognoſcunt̄ cognitione ſuorū terminorū: ſed ſo lū ex p̄ricipiis,& in illis cognitis cognitione terminorū.& p̄ hoc habet̄ habit⁹ itellectiu⁹ de p̄ricipiis tā extrīſecis q̄ intrinſecis theologię, & ſcientificus ſimpliciter de concluſionibus credibilibus.

Quæſt.iii. Arg. princi. In oppoſitū.



Irca tertiū arguit̄ q̄ nō habens rōnē cogētē pōt aſſentire vni parti cōtradictiōis ſine formidine:qa ſic aſſentit̄ articulis fidei. Cōtra, ratio demonſtratiua facit aſ- ſentire ſine formidine:ratio aūt p̄babilis cū formidine,qcunq̄ autem aſſentit ali- cui parti aſſentit illi ex rōne,igitur qcūq̄ aſſentit ſine formidine aſſentit rōne de monſtratiua:aliter.n.eſſent cōtradictoria ſimul,ſ. aſſentire cum formidine & ſine

Reſponſio.

formidine. Dico q̄ aſſentire cōtingit alicui parti cōtradictionis dupliciter. Vno X modo ex ipſius cogniti claritate in ſua veritate.Alio mō ex habitu infuſo cū ipſi us voluntatis imperio.Primo modo nulli aſſentit̄ ſine demonſtratiōe ſiue veridica ratione ſiue in diuinis ſiue in humanis p̄ ſtatu huius vitę.Secūdo aūt mō,ſ.ex volūtatis imperio cū lumine tñ fi- dei apud intellectū bñ aſſentit̄ alteri parti contradictionis ſine demōſtratione:& hoc ſine oīni rōne qua directe aſſentitur ipſi qd̄ ſcit̄:licet nō ſine rōne qua gs ſuadet̄ qd̄ credi debet:vt dictū eſt ſcd̄m

Ad argu. in oppoſitum.

Auguſt.in q̄ſtione p̄cedēti.Secūdū hoc ergo cōcedēda eſt prima ratio. Ad ſecundū aūt dicendum Y cum aſſumit̄:qcūq̄ aſſentit alicui parti aſſentit illi ex rōne:q̄ falſum eſt,ī illis q̄bus aſſentit gs ex au ctoritate maxīe in his q̄ ſunt fidei:q̄b⁹ aſſentit̄ in adiutorio luminis fidei & forte alicui⁹ doni gratui ti apd̄ volūtatē, de quo aliqd tetigim⁹ in qnto Quolibet q̄ſtione.xxi. Talibus aūt aſſentit̄ ſine oīni formidine abſq̄ oīni rōne:& ſi ad idē habeat̄ rō p̄babilis,p̄pter illā tamē in aſſentiēdo nulla eſt for- mido:ſicut nec ſciētia eſt cū formidine q̄ñ aliqs de eadem concluſione habet demōſtrationem & ra- tionem p̄babilem ſimul.licet em̄ ratio p̄babilis ex ſe ſola formidinē ponit circa cognitum:nō tamē vt eſt cum demonſtratione aut voluntatis imperio.

Z Circa quartum arguitur ꝙ deus possit diligi absq; eo ꝙ diligatur aliquid aliud cum eo:quia de⁹ potest se facere cognitū absq; eo ꝙ fiat aliqd aliud cognitū cū eo secūdū aūt August.nihil pōt diligi nisi cognitum:ergo &c. CONtra.si deus diligit proximus diligit:proximus aūt est aliquid aliud a deo:ergo &c. PRObatio antecedentis est:qa sequitur econtrario:proxim⁹ nō diligit ergo deus nō diligitur.scdm ꝙ dicit i Canonica Ioannis.Qui proximū quē videt nō diligit,deū quē nō videt quō diligere potest? Dico ꝙ scdm ꝙ ꝓcedit primū argumētū,de⁹ pōt ꝓsentari intellectui creato & viatori & beato sic ꝙ simul i illo nō ꝓsentat illi aliqd aliud:scdm ꝙ in alio Quolibet declarauí.Idcirco etiā bene pōt diligi absq; eo ꝙ aliquid aliō cū ipso diligat:licet vno & eodē actu intelligēdi nō variato posset simul aliud intelligere:& similiter eodē actu diligēdi posset simul aliud diligere:q̄q̄ forte hoc in deo sit impossibile:cum naturaliter cognoscit & diligit quę cunq; cognoscit & diligit. A AD argumētum in cōtrariū:dico ꝙ diligere & similiter non diligere aliquid contingit intelligi dupliciter. Vno modo enim aliquid diligitur secundum actum. Alio autem modo secundum habitum.Non diligere autē vno modo dicit negatiue:alio modo priuatiue.Loquēdo autē de diligere secūdū actū nō sequit oīno:deus diligit,ergo proxim⁹ diligit:quia oppositū cōsequētis pōt stare cū añcedēte. deus eñ bñ diligit sic tñ ꝙ ꝓximus nō diligat secundum actum.Si tamen deus diligitur secundum actum,necesse est ꝙ proximus diligatur secundum habitum:quia oppositum consequentis non stat cum antecedente.Deus enim diligi non potest si proximus non diligatur secundum habitum:quia sequitur econtrario:si proxim⁹ nō diligat secūdum habitum,deus nō diligit scdm actum.Nō diligere autē proximū scdm habitū est nō diligere priuatiue:qa fundat ista negatio supactū cōtrariū q est odire:qui eñ odit proximū nō diligit eum etiā secundū habitū. Nō diligere autē proximū negatiue bene stat cum diligere proximū secūdū habitū qa homo nō diligit ꝓximū negatiue:q̄re nec habet ei⁹ notitiā in actu diligēdi deū:nec tñ odit ipm.

B Circa quintum arguitur ꝙ deus potest facere ꝙ intellectus videat ipm:ita tñ ꝙ voluntas nō diligat ipm:qa intelligere & videre sunt diuersi actus scdm rem: deus autē q̄cunq; realiter diuersa pōt ab inuicē separare scdm esse:ergo &c. ITem voluntas fert in obiectū suū libere:in eius ergo potestate est ferri in ipm vel nō ferri eriā q̄cunq; intelligit:ergo &c. CONtra.in deo est ratio oīs boni:a quo qñ vidēt,voluntas auerti nō potest:ergo &c. Dico ꝙ voluntas licet ad quodcunq; in volendo ordinet illud libere velit:aliter tñ ordinat in volendo finē:aliter autē in volendo id qđ est ad finem.Ad finē eñ licet ordinet vt velit ipm libere:nō tamē sic ordinat vt possit ipm velle ex libero arbitrio vt est flexibile secundum effectum ad oppositа:sed sic ordinat solūmodo ad ea quę sunt ad finem:& hoc ideo:quia omne quod vult ex tali libero arbitrio,vult per electionem:quod autem quis vult libere per electionem,pōt illud libere velle & non velle.Nunc autem non potest aliquis libere non velle siue nolle per electionem aliquid nisi ex duplici causa. Vna quia intellectus cum eo ꝙ in aliquo videt rationen boni,simul etiam videt in eodem rationem mali: puta cum intelligit fornicationem sub ratione delectabilis inordinati.Alia:quia intellectus cum eo ꝙ videt in aliquo rationem boni,simul videt in eo etiam rationem diminuti:puta cum intelligit fornicationem sub ratione delectabilis tātū,simul intelligit ꝙ delectatio in fornicatione est C bonum diminutum: quæ diminutio ponit rationem mali quod est defectus. Tale autem bonum diminutum est omne bonū quod est ad finem,& ideo libero arbitrio semper potest volūtas ipsum indifferenter velle & nolle,siue simul appareat cum ipso in eodem ratio mali simpliciter adiuncta siue sola ratio diminuti:nec potest aliquid non velle siue nolle nisi propter aliquam istarum duarū causarum : ita ꝙ sicut voluntas non potest aliqd velle per se nisi aspiciēdo ad bonum : quia nihil potest velle per se aspiciendo ad malum vt dicit Dyonisius : sic non potest aliquid nolle per se nisi aspiciendo ad malum:quia nihil potest nolle per se aspiciendo ad bonum.Quare cum in deo intellecto sub ratione boni, & in intellectu sub ratione qua practicus est non potest fieri aspectus nisi ad bonum:& impossibile est ꝙ in ipso fiat aspectus ad malum , quia in ipso est perfecta ratio oīs boni & nulla ratio mali aut defectus:idcirco dico ꝙ simpliciter est impossibile ꝙ intellectus videat deum vt finem:quod proprie pertinet ad intellectum practicum circa amabile,cum sit finis in quo est perfecta ratio omnis boni: & ꝙ voluntas nolit ipsum: immo necesse est ꝙ statim velit ipsum siue diligat:secūdum ꝙ ꝓcessit vltima ratio. D AD primā rationem in oppositum ꝙ intelligere & diligere sunt diuersę actiones:ergo &c.Dico ꝙ aliqua differunt re quæ tamen nullam habēt naturalē cōnexionē in esse:scilicet nec ex parte vnius nec ex ꝑte alterius , quin vnū eorū

Quæstio.iiii. Argu.prin. In oppositū. Probatio. Responsio. Ad argu.in oppositum. Quæstio.v. Arg.princi. primum. Secundum. In oppositū. Responsio. Ad primum princip.

quantū eſt ex ordine naturę ſuę poſſit eſſe ſine altero & econtrario: quēadmodū ſi ſic re differunt ſubſtātia & quātitas continua: qđ planū eſt ſic eſſe ex parte quātitatis: licet naturaliter ſit poſterior ſubſtantia, ex natura eīs ſua habet quātitas ꝙ nō ſic ordinatur ad ſubſtantiā quin quantū eſt de potentia obedientię ſuę poſſit eſſe ſine ea ſi ſit agens qui ſupra talem potētiam habet vim agēdi. & oīa talia poteſt deus ſeparare & facere ꝙ vnū eorum poſſit eſſe ſine altero: quia ipſe vim habet agendi ſuper omnē potētiam obediētię in oīm creatura. Alia aūt differunt re q̄ tamē habent naturalem connexionē in eſſe: ſic ꝙ vnū eorū quantū eſt ex ordine naturę ſuę non poſſit eſſe ſine altero. & hoc quia vnū eorum in eſſe dependet ab altero vel ambo a tertio. Primo modo nō eſt factibile ꝙ vnum relatiuorum ſit ſine altero: quia relatiua ſunt: quorū eſſe eſt ad aliud quodāmodo ſe habere. Secundo mō in ꝓpoſito voluntas & intellectus p̄dictus ſic ſe habent in intelligendo & volēdo deum ꝙ in obiecto ſic cōnectunt ꝙ vnū eorum ſine altero eſſe nō pōt: quantūcunq; intelligere deū & velle ſiue diligere ipſum differant ſecūdū rem. Vtrum aūt intelligere deū ſpeculatiue & diligere ipſum ſiue velle, poſſit ſeparari deo agēte, vt. ſ. beat⁹ poſſit itelligere deū pure ſpeculatiue & nō velle ſiue amare ipſum, de hoc poteſt eſſe alia queſtio.

Ad ſecūdū

AD ſecundū ꝙ voluntas ferꝫ libere in obiectū: ergo in poteſtate ei⁹ ē ferri & nō ferri in ip̄m: Dico ꝙ reuera in poteſtate ei⁹ eſt ferri & nō ferri qñ obiectū eſt aliquid ad finē. & hoc nō ſolū ex libertate: ſed ex libero arbitrio vt dictū eſt. Sed qñ obiectū eius eſt finis ſub ratione oīs boni, in poteſtate eius ē ferri in ip̄m: ga ferri in bonū ſub ratiōe boni poteſtatis ſimpliciter voluntatis eſt: quia nō eſt ordinata ferri niſi ad aliquid ſub ratione boni: ſed nō eſt in poteſtate eius nō ferri in ipſum: quia nō ferri in tale bonū oſtenſum ſub ratione boni nō eſt poteſtatis volūtatis ſimpliciter, nec etiā poteſtatis obedientię vt a tali actu ſuo ſuſpendat ab alio: quia non eſt ordinata diuerti niſi ab aliquo ſub rōne mali ſecundū dictos ſuos modos. & ideo licet libere ferꝫ in ip̄m, nō tū libero arbitrio, & ga non libero arbitrio, ideo neceſſitate nō coactionis antecedētis, ga illa excluderet libertatē, ſed īmutabilitatis cōcomitātis ferꝫ in ipſum. & ſic poſſe ferri in bonū ſub oīm rōne boni ſcilicet in bonū qđ eſt finis & ſimiliter in bonū qđ eſt ad finē ſub rōne boni, eſt poteſtatis ſimpliciter: vnū libertatis & alterū liberi arbitrii. Poſſe aūt nō ferri ī bonū qđ eſt finis ſub oīm ratione boni aut in malū ſub oīm ratione mali nō eſt poteſtatis oīno: ga vtrunq; eorū ē impoſſibile poſſe aūt non ferri in bonū quod eſt ad finē ſub rōne boni, licet ſit ei diminutio annexa, aut in bonū cui eſt malū annexum, nō eſt poteſtatis ſimpliciter ſed defectus libertatis arbitrii.

Queſtio. vi. Arg. princ.

Confir.

In oppoſitū.

ICrca ſextū arguit: ꝙ meliora hīs naturalia exīs in æq̄li charitate & gloria cū altero intēſius videt & diligit deū: ga actus cōformat potētiæ & habitui, ſecūdum ꝙ agens agit: quare hīs maiorē potētiā ex maioribus naturalibus in eadē charitate & gloria intenſius agit ſuā actionē: ergo &c. Quod confirmat p Auguſt. xii. ſuper Geñ. ꝙ aīa ſeparata retardat ne ferat in ſummū cælū ꝓpter appetitum ad corpus: hoc aūt nō eſt niſi ga ſeparata diminuta eſt in naturalibus: ergo &c. CONtra, tūc minorē hīs charitatē poſſet eē æq̄liter beat⁹ cū hīte maiorē: qđ falſum eſt. Probatio cōſequētię. Sint ei alīq duo ī gl̄ia in ęq̄li gr̄a ſiue charitate & gl̄ia: quorū alter habeat meliora naturalia, & cōpēſato eo ī quo ille excedit quo ad naturalia illđ diuidat p mediū, & quātitas charitat⁊ ſiue glorię ꝓportionalis illi alteri ptium tollat de hīte meliora naturalia, remanet ergo iſte in minori charitate ſiue gloria q̄ ille & ī maiorib⁹ naturalib⁹: & quātū iſte excedit ab illo in charitate ſiue gloria tātū excedit illū in naturalibus: æqualiter ergo videbūt deū & diligēt ille & iſte, & ſic erunt æq̄liter beati.

Reſponſio.

DIco ꝙ i actu beatitudinis glorioſo volūtatis & intellect⁹ duo eſt cōſiderare. ſ. ordinē actus ad ip̄m obiectū ad qđ terminat, & cui beatus p actū ſuū vnit, & ordinē ad ip̄m ſubiectum a quo act⁹ elicit. & ex ordinatiōe ad obiectū recipit act⁹ formā & ſpeciē, ex ordinatiōe aūt ad ſubiectū recipit intēſionē & remiſſionē penes diſpoſitionē ſubiecti vt tactū eſt ſupra q̄ſtiōe prima. Sed ex pte ſubiecti qđ ptinet ad p̄ſentē q̄ſtionē, ſubdiſtinguēdū eſt: ga diſpoſitio ſubiecti ſcđm quā recipit act⁹ intēſionē & remiſſionē, duplex eſt, ſ. naturalis potentia agētis & habitus potētiā informātis. Et tam potētia q̄ habit⁹ dupl̄r cōſiderari p̄nt: aut quo ad eoꝝ ſubam: aut quo ad eorū feruorē ad actū elicīē dū. Sil̄r ex pte intēſiōis & remiſſiōis diſtinguēdū eſt: ga illa aut cōſiſtit in ipſa ſuba actus vt tēdit in obiectū: aut ī mō expeditiōis in eligēdo ip̄m ex ſubiecto. Cōſiderādo aūt intēſionē & remiſſionem act⁹ prio mō, ſic ſemp ſequit ſubiectū ex quo elicit ſcđm diſpoſitionē vtrāq;: ſed pricipaliter rōne feruoris ei⁹ quo ad actū merēdi ī p̄nti vita, & quo ad ſubam act⁹ vt tēdit ī obiectū, & q̄ ad expeditionē eliciēdi ip̄m ex ſubiecto, ſcđm feruorē eīs maiorē potētię & habit⁹ charitatis act⁹ intenſior merendi elicit & expeditius. & hoc meritū ex nobis ē & ex deo. Quo ad actū vero p̄miū recipiēdi in vita gloriosa quo ad intenſionē & remiſſionē eius in ſua ſubſtātia vt tendit in obiectū ſolū ſequit ſecūdum

dispositionem habitus, quia in ipso consistit meritum cui redditur pręmiū scdm intensionem actus vt tendit in obiectū: & hoc a solius dei liberalitate. Quo aūt ad intensionem modi expedite eliciendi actū ex subiecto: sequit secūdū dispositionē vtrāq;. Et ideo dico q; hns meliora naturalia in æqli charitate expeditius elicit actū intelligēdi & volēdi q̄ hns minus bona naturalia, actib9 tn intelligendi & volendi exntibus æqlibus in vtrisq; iuxta æqlitatē habitū gloriæ. Et scdm hoc cōcedendū est vltimū argumētū ꝓbans q; hns æqlē gloriā in meliorib9 naturalib9 nō videt aut diligit deū intensius licet actū vidēdi & diligēdi quātū est ex se eliciat expeditius: nulla tn exnte difficultate eliciēdi ī illo

H qui ex minus bonis naturalibus elicit actū minus expedite. PER dicta etiā patet rnsio ad primū dicēdo q; verū est q; actus cōformat semp potētię vel habitui: sed nō semp vniformiter actus merēdi & actus pmiū recipiēdi, & actus quo ad suā substātiā & quo ad expeditionē eliciendi ipm: sed secū-

I dū modū iā expositū. PER idē patet ad tertiū de dicto Aug. qm aīa sepata qa nō est ī omnimoda pfectione naturaliū extra suū corpus, ideo retardat ī actu suo, nō quo ad subam act9: sed quo ad expeditionē ī eliciēdo actū fruēdi. Nec tn ꝓpter hoc erit beatior aīa qn erit cōiūcta suo corpi, q̄ qn erit sepata, beatitudo em̄ non cōsistit maior vel minor ī expeditiōe eliciēdi actū: sed solūmō in intēsione & remissione actus ī sua substātia qua tendit ī obiectū, & vnit intēsius & remissius agētē ipi subiecto.

Ad primum principale.

Ad confir.

Equunt q̄sita tria ptinentia ad creaturā intellectualē incorporeā: quorū Primū ptinet ad eius actionē: vtrū peccatū in ipa secundū augmētū ꝓcedat in infinitū. Secundū ptinet ad mēsurā actionis eius: vtrū cogitationes ipsius mēsurent mē sura cōposita ex indiuisibilibus. Tertiū vero ptinet ad ei9 passionē: vtrum possit pati ab igne absq; hoc q; calefiat. CIRca primū istor arguit: q; peccatū sub stantię intellectualis incorporeę puta dæmonis aut aīæ sepatæ ꝓcedat in infinitum: qa scribit in psal. Superbia eor q te oderūt ascendit semp. illi aūt pcipue sunt dęmones & animæ dānatorū: quor superbia nō ascendit semp nisi semper peccādo: ergo &c. CONtra. Omne peccatum adimit aliqd habilitatis ad bonū: qa nō est malū nisi qa bonū adimit, vt dicit Aug. in libro de natura boni. quare cū illa habilitas sit finita eo q; est in natura finita, si ipa semp peccaret in infinitū aliqn tota habilitas naturæ ad bonū cōsumeret: qa aliqd quātitatis eius quātūcunq; modicū quod libet pctm̄ adimeret. cōsequens est impossibile: qa impossibile est natura manente tolli ab ipsa omnē

Quęstio. vii. Quæst. viii. Quæstio. ix.

Ad arg. prī.

In oppositū.

K habilitatē suā ad bonū: ergo &c. DIco q; in pctō tria cōsiderant. s. act9 quo fit: & macula quā ī peccante imprimit: & reatus siue debitum pœnæ ad quā peccantem obligat. Si cōsideremus peccatū primo mō, dico q; ꝓcedit in illis in infinitū. Semp em̄ hnt malos & puersos actus in voluntate interius, quos exterius exercēt in opus scdm q; a deo pmittunt. Si aūt cōsideremus pctm̄ scdo mō, non video quomō macula pcī, quæ. s. consistit in habitu vitioso, possit plus ꝓcedere in infinitum in augmētando ex actibus malis q̄ habitus virtutis in angelis bonis & aīabus sanctorum ex illorū actibus bonis. hitus aūt ille cū sit forma q̄dā creata ī infinitū augeri nō pōt. & ē eadē difficultas ī hoc & in augmēto charitatis. Si aūt cōsideremus pctm̄ tertio mō, sic tenet fides q; non augmētat demeritū in dānatis quo ad reatū pœnæ in infinitū: qa tūc deberet semp pœna eor crescere in infinitū: sicut

Reſponſio.

Ad arg. prī.

L nec augmētat meritū beator nec augmētat eor pmiū. Q2 ergo arguit prio: q; superbia eor qui te oderunt ascēdit semp &c: Dico q; dictū illd si exponat de dæmonib9 & dānatis nō ascēdit oīno secūdū augmētū maculæ & reatus: sed solūmō scdm actuū malor multiplicationē quo ad eor substantiā vt dictū est. Intelligēdo aūt illū ascensum scdm maculā peccati aut reatū scdm q; exponit Aug. in originali & habet in glossa, tūc scdm ipm exponit ly semp p toto tpe pntis vitæ. Vn cū isto verbo exponēdo verbū imediate pcedēs. Ne obliuiscaris voces inimicor tuor. dicit. Noli eorū superbiā

Ad argu. in oppositum.

M obliuisci: nec obliuiscit oīno aut punit aut corrigit. AD secundū q; pctm̄ semp adimit de habilitate &c. Dicendū q; bene ꝓbat intentū q; nō ꝓcedit pctm̄ in infinitū scdm maculā qa p illam solā adimit solū aliqd ītrinsecus inclinās ad cōtrariū, nō aūt scdm substantiā actus: licet secundū eius deordinationē adimat ab extrinseco elongādo ipsum a gratia, qa p hoc deus se elongat ab illo q; ille hoc mō se elōgat a deo. Vn Greg. exponēs de diabolo illud Iob. xviii. Socii ei9 q nō est, dicit. xiiii. lib. Mor. Qui idcirco nō est quia a summa essentia recedit & p hoc quotidie excrescēte defectu q̄si ad nō esse tēdit: q; semel ab eo q vere est cecidit. Et hoc est quod aliter pōt dici. s. q; habilitas respicit duo: & naturam in q̄ est: & actū ad quē est. Prio mō nō tollit aliquo mō naturę habilitas nisi tollēdo naturam vel aliqd ī primēdo naturę quo ī clinet ad cōtrariū: sed solūmō tollit. Scdo mō, & hoc nihil alid est q̄ ꝓcedire naturalē habilitatē ad bonū a ꝓgressu ī actū bonū. & est prim9 mod9 tollēdi habilitatē finitus sicut est & ipsa natura: sed secūdus vadit in infinitū. & sic tollitur p peccatū seu minuit habilitas ad bonū in infinitū etiā in dæmonibus absq; hoc q; ī ipsis auget macula peccati aut reatus, qui

libet eñ actus peccati in ipſis ponit in ipſis obſtaculũ progrediendi in actum bonũ,& eſt in ipis pœna q̃dam ſpiritualis ne deus eis impartiatur gratiã:ſicut eſt i nobis excõmunicatio ne admittamur ad eccleſiaſticã cõmunionẽ:quæ quãto plus plurificat tanto magis homo habet obſtaculũ reconcili andi eccleſiæ,& requirit q̃libet ſuam abſolutionẽ.& hoc etiam quẽadmodũ auis per pennas q̃ ſunt in alis ſuis habet habilitatẽ ad volandũ:q̃ diminuit ſcdm ſe p extractionẽ pẽnarum,diminuit etiam per obſtaculũ impẽdiens pgreſſum ad actũ vt per aliquid ponderoſum, pennis appenſum.

Quæſt.viii. Arg.princ.

Confir.

Circa ſecundum arguitur q̃ cogitationes ſubſtãtiæ incorporalis ſeparatæ menſurentur mẽſura cõpoſita ex indiuiſibilibus:ga oñis mẽſura debet eſſe vnigenea & correſpondens mẽſurato,ſecundũ Phm in.x.Metaphy,quare cum q̃libet illarũ cogitationũ ſit idiuiſibilis & tota ſimul ſic q̃ inter duas illarũ nõ cadat medium ſui generis:ſimiliter ergo erit de menſuris:ergo &c. CONfirmatur autẽ ratio quia ſicut ſe habet æuum ad eſſe,& inſtans ad mutatũ eſſe, & tempus ad motũ & æternitas ad æternum:ſic & menſura illarũ cogitationũ ad illas, ſed oñes hæ menſuræ ſunt re eędem cũ menſuratis,& differunt ſcdm rõnem & aĩæ conſiderationẽ.Illę eñ mẽſuræ ſe habent ad ſua mẽſurata ſicut enter eſſe ad eſſe,& ſicut æternaliter eſſe ad eſſe æternũ. Sed iſta inter ſe differũt ſola rõne:ergo & illa. Similiter prius & poſteri⁹ in motu ſunt idẽ q̃d motus:ga ſunt partes eius.Tempus aũt nõ eſt niſi prius & poſterius in motu ſecundũ Phm & Cõmentatorẽ quarto Phyſicorũ. Sicut ergo ex illis cogitationibus nõ eſt aliquod vnũ cõſtitutũ niſi ex indiuiſibilibus:quare nec ex mẽſuris illarũ.

Aſſumptum de tempore.

In oppoſitũ.

Confir.

CONtra,Indiuiſibile in tẽpore vt inſtãs ſic ſe habet ad inſtãs aliud q̃ ſi inter q̃libet duo cadat aliquod cõtinuũ vt tẽpus mediũ q̃d non componit ex indiuiſibilibus:ergo & ſimiliter inter duo indiuiſibilia menſurantia dictas cogitationes:ergo &c. CONfirmatur aũt ratio:quia angelus põt cõtinuare tãto tempore vnã cogitationẽ quãto ſibi ſuccedũt plures:q̃d nõ eſſet niſi eſſet aliquod cõtinuũ inter duo indiuiſibilia.

Rñſio. N

Dico q̃ mẽſura oñis q̃ eſt duratio,nihil aliud eſt niſi modus & forma qua res cuius eſt menſura perſeuerat in ſuo eſſe.& ſecũdũ hoc debet eſſe ei proportionalis.& eſt menſura rei pmanẽtis pmanẽs,& rei in ſuo eſſe fluentis & non pmanẽtis ſecundũ eundẽ modũ fluẽs & nõ pmanẽs. Quia ergo vt procedit prima ratio cogitationes dictę ſingulę ſunt indiuiſibiles & totę ſimul:ſed trãſeuntes ordine quodã vna poſt aliã abſq̃ oñi cõnexione illarũ inter ſe:ga vna earum nõ ſuccedit ex alia: eo q̃ intellectus ſubſtãtiæ ſeparatæ non eſt diſcurſiuus cogitando vnũ ex alio:ſicut intellect⁹ noſter:licet cogitet diuerſa & vnum poſt aliud:propter hoc oportet q̃ mẽſurę illarum cogitationũ ſint ſingulę indiuiſibiles & totę ſimul:ſed tranſeuntes cõſimili mõ & abſq̃ oñi cõnexione illarũ inter ſe.Quia tñ ordinẽ quẽdã inter ſe habẽt vna quædã menſura ex illis conſtituit vt ex diſcretis,quam Aug. appellat tempus quãdo dicit.xii. ſuper Geñ.q̃ deus mouet ſpũalem creaturã p tẽpus licet non p locũ.Et eſt tempus diſcretum & ex diſcretis,habens potius rõnem numeri q̃ temporis.de quo loquit Ariſto.Nõ tamẽ eſt quãtitas illa quæ eſt numerus,ſicut nec oratio,licet ſit quãtitas diſcreta:ſed magis cõuenit cũ oratione eo q̃ nõ pmanent ptes eius ſimul,ſicut nec orationis,partes autẽ numeri ſimpliciter pmanentes ſunt, & ſi non pmanent hoc accidit eis.tale autẽ tẽpus Phus ponere nõ potuit:ga actionẽ cuiuslibet ſubſtãtiæ ſeparatę poſuit eſſe ſuam ſubſtãtiã:poſuit eñ quãlibet illarũ eſſe deum quẽdã vt alias declarauim⁹

O

Secundũ hoc ergo dico q̃ menſura cogitationũ angelorũ cõpoſita eſt ex indiuiſibilib⁹ diſcretis trãſeuntibus ſicut & oratio,& diſtinguit ſecũdũ ſpeciẽ ab oratione.ga ptes orationis licet ſint diſcretæ inter ſe q̃libet in ſe põt habere rõnẽ cõtinui & mẽſurari vero tẽpore ſecundũ q̃ morari poſſumus in prolatione cuiuslibet ſyllabæ, vt eius platio menſuretur tẽpore ſicut & noſtra cogitatio quãdo in ea perſiſtimus,& nõ eſt tota ſimul:ſicut & q̃libet cogitatio angelica.& ſic cõcedẽda eſt prima ratio.

Ad confirmationem primę rõnis.

P

Confirmatio aũt eius falſum ſupponit q̃ ſemp menſura idẽ eſt in re cum menſurato:hoc enim contingit in ſolo deo.Vnde nõ fuit(vt puto)illa confirmatio adducta ꝓpter argumẽtũ: ſed ꝓpter ipam difficultatẽ i ſe:quã alias ſatis declaraui in quo & in quiterno oſtẽdẽdo q̃ nõ ſunt idẽ re.& idẽ ſentio de iſtãte & mutatiõe & tẽpore & motu.Nec obſtat q̃ tales mẽſurę ſint intrinſecę ſuo ꝓprio mẽſurato:vt quũ quiterno,iſtãs mutatiõi,tẽpus motui primi mobilis q̃d p illũ eſt mẽſura extrinſeca alioꝝ motuũ quoꝝ ille eſt mẽſura.Frequẽter eñ alia accidẽtia ĩtrinſeca ſunt ſuo ſubiecto.

Quæſtio. Reſponſio.

Q

Sed q̃ret aliqs in quo p̃dicamẽto ſit,& dico q̃ ẽ in p̃dicamẽto quãtitatis ſicut principiũ ei⁹:quẽadmodũ vnitas & punctũ & iſtãs ſunt in p̃dicamẽto quãtitatis.Quemadmodum eñ ex diuerſis indiuiſibilibus menſurantibus diuerſas cogitationes cuiuſcunq̃ angeli conſtituitur vna menſura diſcreta quæ tempus appellatur : quia conſtituitur ex tranſeuntibus menſurantibus eſſe rei tranſeuntis: ſic ex diuerſis indiuiſibilibus æuorum menſurantibus ſubſtantiam & eſſe ſecundum ſubſtantiam

plurium angelorum numero differentium in vna ſpecie angelorum conſtituit vna menſura diſcreta:quæ nō mereť appellari tempus:qa non conſtituit ex tranſeuntibus mēſurantib⁹ eſſe rei trāſeuntis vt tranſiens eſt, ſed potius ex pmanētibus mēſurantibus eſſe rei permanentis vt pmanens eſt.Et ideo eſt nō vna ſpecies temporis:ſed potius numeri.Et eſt iſte numerus ex diſcretis vnitatib⁹ in ſpiritualib⁹,ſicut eſt ille numerus quē ponūt Phi ex diſcretis in corporalibus.Q2 ſi contingat q̄ nō ſit niſi vnicus angelus in vnica ſpecie:qa tamē plures poſſunt eſſe ſcdm q̄ alias declarauim⁹: nihil refert ad ponendū talē numerū eſſe aliquā ſpeciē quātitatis, ſicut ſi oīe corporale eſſet vnū cōtinuū,nihil referret ad ponēdū numerū naturalē eſſe ſpeciē quātitatis:cū cōtinuū illud diuidi poſſet ſaltem p intellectū:& de cōtinuo fiat diſcretū.Sic ergo æuū i ſpecie cōtinens in ſe æua diuerſa mēſurantia eſſe diuerſoꝝ angeloꝝ,eiuſdē ſpeciei ē quātitas diſcreta & diuiſibilis ī indiuiſibilia:q̄ ſunt æua ſingulorū angelorum differentia inter ſe ſecundū numerū. & ſi ab æuis diuerſorū angelorum differētiū ſpecie fieri poſſit abſtractio mathematica, ſicut a numeris diuerſarū rerū corporaliū differētiū ſpecie,tūc forte ſicut eſt vnus.x.hoīm denarius &.x.equorū, licet.x.nō ſunt eadē,ſic idē
R eſt æuū in ſpecie oīm angeloꝝ diuerſoꝝ ſpecie,licet ipſa æuiterna nō eſſent eadē ſpecie. Quod autē aſſumitur in cōfirmatione: q̄ enter eſſe & eſſe ſunt idem re: Dico q̄ ſi p enter intelligas mēſuram entis creati vt ſit aduerbium tēporis,nō eſt verū,ſicut nec verū eſt q̄ tēporaliter eſſe idē eſt qđ eſſe Si autē enter,ſit aduerbiū q̄litatis ſicut ſi dicať currenter currit:tūc idē ſignificat enter & eſſe ſicut curreter & currere.Sed tūc eſſet nugatoriū dicere iſte enter eſt ſicut eſt nugatoriū dicere iſte currē ter currit.Q2 autem aſſumit ſpecialiter de tēpore: q̄ prius & poſterius in motu ſunt ipſe motus & prius & poſterius in motu ſunt ipm tēpus:ergo tempus eſt idē re qđ ipſe motus: Dico q̄ eſſe in aliquo multis modis dicit ſecundū Phm,iiii.metaphy.& ſunt duo:ſcilicet eſſe in vt pars in toto, & vt accidens in ſubiecto.Dico ergo q̄ prius & poſterius in motu vt pars in toto ſunt ipſe motus qa ſunt ambę partes eius,prius autē & poſterius in motu vt accidēs in ſubiecto nō ſunt ipſe mot⁹ nec partes eius:ſed ſunt accidētia & menſurę partiū eius:& p hoc totius motus,& hoc ſecundo modo intelligūt Phius & Cōmentator ſiquis diligēter inſpiciat ipſos,q̄ tēpus eſt prius & poſterius in mo
S tu,& non primo modo. Qđ autē arguit primo ad ptem q̄ſtionis cōtrariā:q̄ inter duo inſtātia in diuiſibilia eſt cōtinuū medium qđ eſt tēpus non cōpoſitū ex indiuiſibilibus:ergo ſimiliter inter duo indiuiſibilia mēſurantia diuerſas cogitationes angelorū: Dico q̄ nō eſt ſimile,qa mēſuratū ibi ab indiuiſibili nō eſt nec poteſt eſſe manēs in ſe:ſed nō eſt niſi fluens in aliud vt prima mutatio in motum: vel fluxū alterius terminās vt vltima mutatio motū, ꝓpter qđ ibi iter duo indiuiſibilia oportet ponere continuū ad indiuiſibilia terminatū:menſura em̄ proportionať mēſurato,Menſuratum autē hic ab indiuiſibili pōt eſſe manens in ſe,etiā ſi fluat deſinēdo eſſe, nō tn̄ fluit in aliud cui⁹ eſt terminus:licet aliud ſimiliter fluat poſt ipm,vt vna cogitatio angeli poſt aliā:ſed nulla fluit in aliā vel terminat fluxum illius:ꝓpter quod nullū continuās oīno cadit inter illa:ſed manēt oīno diſcre-
T ta,& cōſtituūt tempus diſcretum ex indiuiſibilibus. Q2 addit ad rōnis cōfirmationē q̄ angelus poteſt cōtinuare ſuā cogitationē vnā tanto tempore quāto ſibi ſuccedunt vel pñt ſuccedere plures qđ nō eſſet niſi eſſet cōtinuum interceptū inter plures:Dico q̄ q̄libet cogitatio angeli eſt tota ſimul in ſimplici duratiōe ſtās,ſicut ſuo modo eſt ęternitas dei tota ſimul:nec quātū eſt ex ſe & ex menſura ſuæ duratiōis eſt maius vel minus:nec magis vel minus in duratiōe vnius & alterius. Sed ſi hęc in ea intelligunť, hoc eſt ī ordine ad tps qđ currit cū æuo,ſimplici ſtante & æternitate.Sic em̄ deus dicit plus duraſſe aut angelus q̄ Adā:& fiť cogitatio vna vni⁹ angeli q̄ duę alteri⁹ angeli:nulla tn̄ cōtinuatione interueniēte ex pte ſui ī indiuiſibili mēſurāte vnā cogitationē multū durātē:nec iter duo indiuiſibilia mēſurātia duas cogitatiōes tātūdē durātes vt vna durat,ſicut nec aliq̄ cōtinuatio cadit in ęternitate licet ipſa complectatur totum tempus.

V CIrca tertiū arguit q̄ ſuba incorporalis ſepata nō poſſit pati ab igne qn calefiat:qa ignis nihil agit niſi mediāte calore. ſed mediāte calore nihil agit niſi calefaciēdo, nō agit aūt calefaciēdo niſi calefiat paſſum,ergo &c. Cōtra,Nullū incorpale ē re ceptiuū ipreſſiōis corpalis,calefieri ſiue calidū eē ē impſſio corpalis,ergo &c. Dico ad itellectū q̄ſtiōis q̄ duplex ē paſſio.Quędā em̄ ē corruptio ſubę rei:q̄dā vero eſt ingeratio.Prio mō nihil patit niſi corpus ſcdm ſubam corruptibile:& hoc dupliciter:vel in ipius ſubę corruptione:vel ī corruptione harmonię & ꝓportionis q̄ erat neceſſitas vt forma ſubalis fieret in materia:& q̄ ſimiliter eſt diſpoſitio quare eſt neceſſitas ad eius conſeruationē in eſſe. Vbi autem eſt talis paſſio, oportet q̄ fiat per contrarias diſpoſitiones agentis & paſſi quia cum contraria nata ſint fieri circa idem:ſi talis actio ſit a calido:qđ per ſe corrumpitur eſt

Ad reliquā ptem cōfir.

Ad aſſump.

Ad arg.in oppoſitū.

Ad confir.

Quæſtio.ix Argu.prin. In oppoſitū. Reſponſio.

contrarium calidi in ſubiecto in quo natũ eſt fieri calidũ. Et ga vt procedit ſecunda ratio, talis diſpoſitio nõ eſt oĩno nata eſſe in ſubſtãtia ſeparata: ideo dico ꝙ tali modo nõ patiẽt ab igne: & vlterius ꝙ quocũq; mõ ponenda ſit pati ab igne ꝙ tamen ſic illa paſſione patiat ab ipſo ꝙ in patiendo nullo mõ calefiat: nec ꝙ aliquãdo poſſit dici ꝙ ipſa ſit calida. Qđ nec dici poteſt reuera de aĩa quando patitur ab igne mediãte calore vt eſt exiſtẽs in corpore, quare multo mĩn⁹ dici põt de angelo vel aĩa ſeparata. Paſſio autẽ q̃ eſt inquietatio, eſt dolor triſtitia & hmõi: quę nõ cõſiſtit p ſe ĩ immutatione q̃ eſt ſecundũ actũ ſentiendi aut intelligẽdi: ga oĩs regularis actio eſt ex ſe nata generare delectationem: & eſt p ſe delectabilis: nec etiã cõſiſtit p ſe ĩ aliq̃ læſiõe ſcđm ſubam vl̃ diſpoſitionẽ aliquã ſentiẽtis aut intelligẽtis: ga tũc leſum nõ ſentiẽs nec intelligẽs doleret: ſed conſiſtit p ſe & formaliter ĩ ſola pceptione læſionis p actũ ſentiendi aut intelligendi ipſius: ita ꝙ in cauſando dolorem ex actione ſenſibilis corporalis naturaliter cõcurrit primo læſio in ipõ ſentiẽte aut itelligẽte ex actiõe materiali ipſi⁹ ſenſibilis: ſcđo ipſa ſenſatio aut itellectio ex actiõe ſpũalis imutatiõis ab eodẽ: tertio pceptio illius læſionis ex q̃ formaliter & cõpletiue cauſat dolor ſiue paſſio inquietãs in ipſo appetitu ſenſitiuo mediãte ſenſu, vel itellectiuo mediãte intellectu: ſcđm ꝙ hoc lati⁹ declarauim⁹ in Quolibet pręcedente. Illa aũt læſio ab agẽte corporali nõ fit ab agente ſenſibili p q̃litates actiuas q̃ ſunt calidũ & frigidũ: niſi rõne excellentiæ ſuæ: p quã primo corrumpũt harmoniã ſcđm diſpoſitionẽ q̃litatũ actiuarũ & paſſiuarũ in paſſo. & hoc habendo aſpectum ad modũ actionis quã naturaliter experimur ignẽ materialẽ agere mediãte calore. & ideo tali mõ agẽdi ignis qualẽ experimur nullo mõ poſſet ſubſtãtia q̃cunq; pati dolorẽ ab igne quin neceſſe eſſet ipſam fieri calidã. Et ideo dico ꝙ ſecũdũ modum agẽdi ignis mediante calore quẽ nos experimur nullo modo aĩa vel angelus patiẽt ab igne materiali mediãte calido. Credimus tñ firmiter ꝙ ab igne materiali patiat & hoc mediãte calore quo agit ignis illã paſſionẽ vt mediãte iſtrumẽto: licet modũ agẽdi & virtutẽ ignis & caloris in illã paſſionẽ cauſando nõ plene nouim⁹: de quo tñ fecim⁹ mentionẽ aliquãtulũ ĩ nono Quolibet. Vnde cum dicit in prima rõne ꝙ ignis nõ agit niſi mediãte calore: Dico ꝙ hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno mõ vt tanq̃ medio & inſtrumẽto in producẽdo quicqđ natũ eſt ꝓduci p agens ꝓticulare rõne ſuæ formæ ſubalis. Alio mõ vt tanq̃ medio & inſtrumẽto ĩ ꝓducẽdo tãtũmõ id p qđ materia fit neceſſitas ad recipiendũ id qđ principaliter natũ eſt induci p agens. Primo modo dicũt aliqui ꝙ ignis agit mediante calore in generãdo ignem: vt ſcilicet calor agens ſicut inſtrumẽtum non ſolũ ſua actione attingit in terminũ ſuæ actionis in paſſo ipm calorẽ generatũ in illo: quo de non calido facit calidũ: ſed etiã attingit vt terminũ ſuæ actionis in paſſo ipſam formã ſubſtãtialẽ ignis generatã in illo, qua de nõ igne facit ignẽ, vt ſecundũ hoc forma ſubalis nullã immediate habeat actionem in ꝓducendo formã ſubſtãtialẽ ignis plus q̃ in ꝓducẽdo calorẽ: ſed qcqđ agit & ꝓducit, mediãte calido agit & ꝓducit, ĩmediate aũt nihil oĩno agit aut ꝓducit: cui⁹ contrariũ ĩ alio Quolibet declarauimus, declarando hoc eſſe plane cõtra Philoſophum in ſecundo de generatione. Et ideo tenemus ſecundũ modũ ſemp: ſcilicet ꝙ ignis nõ agit mediãte calore niſi alterãdo ad diſpoſitionẽ materię & ſuſceptibilis: ſed materia diſpoſita in finẽ alteratiõis ipſa forma ſubſtãtialis ſe ſola agit formã ſubalẽ p actũ gñationis. Sed diuerſitas ĩ hoc modicũ valet ad ꝓpoſitũ: quocũq; em̃ illoꝝ duoꝝ modorũ ignis agit in ſubam incorporeã: tñ ponimus ꝙ agat ſecundũ illũ modũ p calorẽ attingentem terminũ aliquẽ trãſmutatiõis in illa ſubſtãtia quo leſiua eſt illius quo ad aliquas diſpoſitiones ipſius circa corruptionẽ ſubæ, modo tñ nobis incogñito & incognita ipſa læſione, abſq; tamẽ eo ꝙ calefiat. ſecundum ꝙ concludit ſecunda ratio.

Ad arg. pri.

Quolib. i. q. xiiii.

Quæſt. x.

Arg. princ.

In oppoſitũ.

Reſponſio.

Equunt̃ q̃ſita ptinẽtia ad hoĩem cõpoſitũ ex natura intellectuali ĩcorporea & corporea, & erat primũ ptinẽs ad ea q̃ ſunt hominĩ ſubalia: vtrũ ſola aĩa intellectiua poſſit eſſe forma ſubalis in hoĩe. Alia aũt plurima erãt ptinẽtia ad accidẽtalia homini. CIRca illud primũ arguit ꝙ ſola aĩa poſſet eſſe forma in hoĩe: ga de⁹ hoc põt facere eo ꝙ põt facere ꝙ forma accidẽtalis trãſeat de ſubiecto in ſubiectum vt patet in cicatricibus corporũ viuorũ q̃ reperiunt̃ in mortuis: mlto forti⁹ ergo hoc põt facere de forma ſubali eo ꝙ mĩn⁹ depẽdet a ſubiecto: ergo &c. Contra, ſi ſic eẽt tũc hõ eẽt corpus a ſuba aĩæ rõnalis: & fieret panis trãſubatio in ſubam aię rõnalis: qđ eſt ĩpoſſibile: ga nihil ẽ cõe ſubæ aĩæ ĩtellectiuę & ſubæ panis. & ſi hoc, ĩpoſſibile eſt ꝙ ſuba panis poſſit trãſubſtãtiari ĩ angelum. Dico, ſi ex cõditione nature aĩæ hũanę ſit ꝙ forma corporeitatis media quoquo mõ ſit ad hoc vt humana anima vniatur materiæ ad hominis cõſtitutionem, firmiter teneo vt alias ſępius declarauĩ: ꝙ ſicut anima humana non poſſet eſſe forma corporis aſini: vbi clarum eſt corpus eſſe corpus ab aliqua forma educta de potentia materię: ſic impoſſibile eſſet ſolam animã eſſe formam

B materiæ in homine. Vnde cõcedo argumentũ ſecundũ ad hoc ꝓbandũ inductum. Si em̃ homo Ieſus Chriſtus ſicut & alii eſſet corpus a ſubſtãtia aĩæ rõnalis: & tranſubſtantiatio panis fieret in corpus Chriſti: neceſſariũ eſſet trãſubſtãtiationẽ ſiue cõuerſionẽ panis fieri in ſubſtantiã aĩæ rõnalis. Non em̃ poſſet dici ꝙ fieret trãſubſtãtiatio in aĩam ſecundũ ꝙ dat eſſe corporeitatis: ꝙ tñ non fieret tranſubſtantiatio in ſubſtantiã animæ: quia non dat eſſe corporeitatis ſubſtãtialis niſi ꝓ ſuã ſubſtãtiam: & non ſeparãtur eſſe corporeitatis ꝙd dat aĩa: & eſſe ſenſualitatis & ĩtellectualitatis q̃ ſimiliter dat niſi ſecundũ rõnem noſtri ĩtellect⁹: quia cũ ſubſtantia animę ſunt eadẽ: aut ſunt accidentia addita ſubſtãtię, trãſubſtãtiatio aũt nõ fit ĩ aliqd ꝙd tãtũ habet eẽ aliqd ꝓter ſubſtãtiã & alia q̃ ſunt in ipſa ſecũdũ rationẽ noſtri intellectus: neq; in id ꝙd eſt accidens ſubſtãtię: ſed ſolũmodo ĩ id: ꝙd eſt natura ſubſtantię rei naturalis. Et ſic quicunq; concedit ꝙ impoſſibile eſt fieri tranſubſtantiationem in ſubſtantiam animæ rationalis: & ſimul ꝙ ſola anima rationalis ſit & poſſit eſſe forma hominis: contradictoria in ſuo dicto implicat: ſcilicet ꝙ fieret cõuerſio ĩ ſubſtantiã animę & nõ fieret in ſubam eius. Aut ergo oportet cõcedere ꝙ in ſubam aię rõnalis ſit trãſubſtãtiatio panis: aut negare ꝙ ſola aĩa rõnalis ſit forma materiæ ĩ hoĩe. Q2 aũt nõ fiat trãſubſtãtiatio ĩ ſubam aię rõnalis, bene concedũt: male ergo cõcedũt ꝙ ſola aĩa rõnalis eſt forma materię ĩ hoĩe. Q2 aũt bñ cõcedũt & rõnabiliter ꝙ ſubę corporeę trãſubſtãtiatio nõ põt fieri ĩ aĩam rõnalẽ vl' in quãcũq; ſubam incorporeã: rõ hæc eſt: quã ĩ. xi. Quolibet q̃ſtiõe. iiii. inſinuauimus aſſignãdo ꝓpõne ꝙ ſuba panis nõ poſſet cõuerti ĩ deitatẽ Chriſti: ga oportet ꝙ ei⁹ cõuerſio nõ ſit annihilatio: & ſic oportet ꝙ aliquitas ei⁹ maneat & eius eſſe quo quo mõ ĩ illo ĩ ꝙd cõuertit. Q̃d nõ poſſet fieri rõne diſtãtię ĩfinitæ deitat⁊ ĩfinitę ad finitã ſubam panis: ſi poneret ſuba panis cõuerti ĩ ſubam deitat⁊. Q̃d etiã nõ poſſet fieri ſi ponat ſuba panis cõuerti
C in ſubam ĩcorporeã: ga vt ꝓcedit ſecũda rõ nihil eſt cõmune reale ſecũdũ eſſe naturę ſubſtãtiæ panis & ſubæ incorporeæ: licet ſit eis aliqd cõe ſecũdũ ronẽ & ſecundũ eſſe logicũ eo ꝙ non cõicãt in materia & ſubiecto a quo ſumit cõitas naturæ ſecũdum quã forma cõuenit cũ forma, qualis cõitas nõ eſt niſi inter formas q̃ ſunt educibiles de potẽtia materię: ita ꝙ forma educibilis de potẽtia materiæ talẽ cõitatem nõ habet cũ forma nõ educibili de potẽtia materię, vt cũ aĩa rõnali quãtũcũq; ipa ſit naturaliter forma materię, vt ſecundũ hoc in nihil põt cõuerti ſuba panis ſacramẽtaliter & miraculoſe ſubito & ĩmediate in ꝙd nõ poſſit cõuerti alio mõ cõuerſionis naturaliter & ꝑ multa media: vt ſcdm hoc ga in his quoꝝ vnũ põt naturaliter cõuerti ĩ aliud, illd alid ecõuerſo naturaliter põt cõuerti in primũ: nihil ergo põt cõuerti ĩ aliqd niſi illud viceverſa poſſit cõuerti in primũ: vt ſi panis ſubſtãtia poſſit cõuerti ĩ deitatẽ, & ecõuerſo deitas poſſit cõuerti ĩ ſubſtãtiam panis: & ſilr ſi ſuba panis poſſet cõuerti in ſubam aĩæ vel angeli, econuerſo ſuba angeli vel aĩæ poſſet cõuerti in ſubam panis. Et eſt eadẽ rõ cõis de cõuerſiõe ĩter ſubam panis & deitatis in inuicẽ, & inter cõuerſionẽ in inuicẽ ĩter ſubam panis in ſubam angeli aut aĩæ: quã tãgit Boetius in libro de duab⁹ naturis & vna perſona Chriſti: pbãdo pipam ꝙ ĩ Chriſto nec deitas poſſit cõuerti in hũanitatẽ nec hũanitas ĩ deitatẽ, ſic ingens ca. vii. Hoc quõ fieri põt! nõ ei oĩs res ĩ rẽ oẽm verti põt aut trãſmutari. Nã nec corpea ĩ incorporeã nec ĩcorpea ĩ eã q̃ corpus eſt mutari põt. Nec vero ĩcorporea ĩ ſeinuicẽ formas ꝓprias mutãt, ſola em̃ mutari trãſformariq; in ſe põt q̃ hñt vnius materię cõe ſubiectũ. & ĩfra Corpea vero & ĩcorpea nulla rõne poterũt ꝑmutari: qm̃ nulli cõi materia ſubiecta ꝓticipãt. & ĩfra, Nullo ergo mõ fieri põt vt corpus in corpalẽ ſpeciẽ ꝑmuteť: quoꝝ em̃ cõis nulla eſt materia nec in ſe verti nec permutari poſſunt. Sed dicet aduerſarius ꝙ nõ eſt verũ: ꝙ ſcilicet in illo dicto implicant contradictoria: immo ſimul ſtant: ꝙ ſola aĩa rõnalis ſit forma hũani corporis: & tñ ꝙ ĩ ſubam
D aĩæ rõnalis ꝑ ſe & ſecũdũ ſe nõ fiat trãſubatio panis: etiã ipſa aĩa exĩte coniũcta corpori. Bene enim cõcedunt ꝙ ſicut nõ põt fieri cõuerſio panis in angelũ: quia in nullo ſubiecto reali cõmunicãt: ita etiã cõcedũt ꝙ nõ põt fieri trãſubſtãtiatio panis ĩ aĩam ſeparatã vt ſeparata eſt: ga ſeparata exiſtẽs nihil habet commune cum ipſo pane, nam dato ꝙ haberet materiam partem ſui, non tamen eſt eiuſdem rationis cum materia panis: quod oporteret ad hoc vt poſſet fieri conuerſio eorum ad inuicem. Attamẽ quia materia corporis perfectibilis per animam dãtem rationem corporeitatis eſt eiuſdem rationis cũ materia panis: ideo dicunt ꝙ dato ꝙ illud corpus in ꝙd dicit fieri tranſubſtantiatio panis nominet compoſitum ſubſtantiale ab ipſa forma ſubſtantiali quæ eſt anima fiet tamen conuerſio totius panis in totum compoſitum corporis per ſe: hoc eſt in totum compoſitum ex ipſa anima rationali & materia corporis organizata: quæ intelligitur per corpus: eo ꝙ iſtud compoſitum quod dicit corpus, communicat in materia eiuſdem rationis cum materia compoſiti quod nominat panis. & tunc ſi ex hoc debeat concedi ꝙ fieret tranſubſtantiatio in ipſam ſubſtantiam animę rationalis, hoc eſſet ꝑ accidens valde: & ſolummodo vt eſt coniũcta

Arg. ſecũdũ cõceditur.

Ad rationẽ in oppoſitũ.

Obiectio.

corpori,quod nullum eſt incõueniens vt dicunt.Dicent tamẽ q̃ nõ debet concedi q̃ ꝓpter hoc fiat conuerſio panis in hominem:eo q̃ homo nominat cõpoſitũ ex corpore & ſubſtãtia aĩæ rõnalis non ſolum vt dat eſſe corporeũ:ſed etiã cũ hoc vt dat eſſe ſenſitiuũ & rõnale.Nec tñ oporteret q̃ concedẽs nõ poſſe fieri trãſubſtãtiationẽ panis ĩ animã ſepatã cõcederet q̃ panis nõ poſſet trãſubſtãtiari ĩ hoĩem . Homo eñ habet aliqd reale cõe cũ pane, videlicet materiã eiuſdẽ rõnis,ſeu ſubiectũ a quo ſumit cõmunitas naturę,nõ ſic aũt habet aĩa ſepata vt ẽ ſepata.Vñ & via naturę ex hoĩe põt fieri panis & ecõuerſo licet ꝑ multas trãſmutatiões:q̃uis nõ ita ſit de aĩa ſepata,homo eñ cõpoſitũ nominat naturale hoc eſt ex materia naturali:ſicut panis:licet forma aĩæ q̃ eſt pfectio materię hoĩs non ſit educibilis de potẽtia materię ſicut eſt forma pficiẽs materiã panis,ꝓpter qđ ſolũ dicit aĩa forma ſupnaturalis:ſed tñ naturaliter pficiens materiã eiuſdẽ rõnis cũ panis materia.Vñ & homo totus dicit gñari naturaliter ab hoĩe nõ aũt creari:licet tota ſubſtãtia aĩæ q̃ forma hoĩs eſt, creet. Ex quo etiã poſſet rõnabiliter dici q̃ licet cõcedat q̃ in totũ cõpoſitũ ex corpe & aĩa fiat trãſubſtãtiatio panis ꝑ ſe:& poſſet etiã cõcedi q̃ poſſet fieri in hoĩem:nõ tñ oporteret q̃ fieret cõuerſio in ipam ſubſtãtiã aĩæ:ſicut & cõcedit q̃ tot⁹ homo gñatur & tñ aĩa q̃ eſt eius forma nec ꝑ ſe nec ꝑ accidẽs generat. Dico q̃ immo ſcđm p̃dictũ modũ in dicto ſuo implicat cõtradictio,ſuppoſito q̃ in ſubſtãtiã aĩæ ſepatę aut in angelicã ſubſtãtiã nõ poſſit fieri panis trãſubſtãtiatio.Qđ aũt dicũt ad illud declarandũ:q̃ materia corporis pfectibilis ab aĩa dãte rõnẽ corporeitatis eſt eiuſdẽ rõnis cũ materia panis: Dico q̃ verũ ẽ quo ad ipam ſubſtãtiã materiæ q̃ eſt rõ eadẽ oĩm formarũ materialiũ remotiſſima educibiliũ de materia:& etiã aĩæ rõnalis q̃ eſt ab extra:nõ aũt quo ad potẽtiã materiæ q̃ ordinatur ad formã q̃ eſt rõ ad formã propinquã.Quo ad hãc aũt rõnem eſt vna & eadẽ ratio materiæ ſiue materia eſt vni⁹ & eiuſdẽ rõnis reſpectu oĩm formarũ materialiũ educibiliũ de potẽtia materiæ inter ſe:inquãtũ,ſ.oẽs ſunt educibiles de potẽtia materiæ:nõ aũt eſt materia eiuſdẽ rõnis formarũ educibiliũ de potẽtia materiæ & aĩæ rõnalis inquãtũ reſpectu aliarũ formarũ eſt in potẽtia ſic vt de potẽtia illius materię ſit forma educibilis nõ de nihilo,reſpectu aũt aię rõnalis eſt in potẽtia paſſiua ſiue pure reſpectiua ſic vt nõ ſit de potẽtia materiæ illius educibilis:ſed ſolũmodo de nihilo licet in materia.Ad hoc aũt q̃ aliqđ totũ cõpoſitũ trãſubſtãtiet in aliud compoſitũ nõ ſufficit q̃ cõpoſitũ qđ dicit corpus in qđ ſit trãſubſtãtiatio cõmunicet in materia eiuſdẽ rõnis primo mõ cũ materia corporis qđ trãſubſtãtiat puta panis:ſed regrit q̃ cõmunicet cũ illo in materia eiuſdẽ rationis ſecũdo mõ.Ex hoc eñ ſolũmõ q̃ cõmunicãt in materia eiuſdẽ rõnis ſcđo mõ fit tranſubſtãtiatio vnius compoſiti in alterũ ſecundũ totũ.Sola eñ talia hñt cõmunitatẽ generis inter ſe naturalẽ ſumptam a materia & ſubiecto:ꝓpter quã q̃ vnũ cõpoſitũ ex materia & forma trãſubſtãtiat in alterũ cõſimiliter cõpoſitũ ex materia & forma: materia trãſubſtãtiat in materiã: & forma in formã ſcđm illoꝝ ſubſtãtiã:& neutrũ trãſubſtãtiatoꝝ annihilat:ſed aliquitas eoꝝ manet in cõmunitate reali aliqua. Si vero cõpoſitũ ex materia & forma puta panis tranſubſtãtiaret in hoĩem, ita q̃ nihil ſubſtantiæ panis tranſubſtantiaretur in aliqd qđ eſt forma hoĩs ꝑ ſe & ſecũdũ rem & totũ in materiã hoĩs,forma ipſius panis trãſubſtãtiata in ſubſtãtiã materiæ annihilaret aut nõ proprie trãſubſtãtiaret:ſed potius virtute diuina in materiã reſoluereť nõ trãſubſtãtiaretur ꝓprie: qa nulla cõmunitate reali cõmunicat materia cũ forma.Si aũt aliq̃ cõmunitas generis ſumpta a materia ſit aliorũ corporaliũ ab hoĩe & ipſi⁹ hoĩs aĩa rõnali ſola exiſtẽte forma ĩ ipõ,illa cõmunitas nõ eſt ſcđm eandẽ rõnẽ gñis hoĩs & aliorꝝ inter ſe:ſicut nõ eſt eadẽ rõ materiæ ꝓpinqua vt dictũ eſt,ꝓpter qđ non tanta vniuocatione generis ſunt corpus,homo & alia corporalia:quãta ſunt alia inter ſe. Et ſic dico cõtra illos q̃ dato q̃ illud corpus in qđ dicit fieri trãſubſtãtiatio panis,nominet cõpoſitũ ſubſtãtiale ab ipſa forma ſubſtãtiali q̃ eſt aĩa:nũq̃ tñ fiet cõuerſio totius panis ĩ totũ cõpoſitũ ex ipa aĩa rõnali & materia corporis organizata:nec iſtud cõpoſitũ qđ dicit corpus in hoĩe,cõmunicat ĩ materia eiuſdẽ rõnis cũ materia corporis qđ eſt panis,niſi æquoce & valde analogice:vt dictũ eſt,ita q̃ cũ hoc ſi tota ſubſtãtia panis & rõne materię & rõne formę cõuertereť ĩ ſubam lapidis quo ad ei⁹ materiã:ita q̃ nihil formę panis cõuertereť ĩ formã lapidis: nõ eẽt trãſubſtãtiatio formę panis aliquo mõ in ſubam formę lapidis nec ꝑ ſe nec ꝑ accñs:qa etiã ſi trãſubſtãtiatio panis ſcđm materiã & formã fieret ĩ materiã lapidis ſolã nõ eẽt trãſubſtãtiatio ĩ lapidẽ cõpoſitũ ex materia & forma niſi ꝑ accñs:qa nõ niſi ꝑ prẽ ei⁹.& ſic aut eſſet formę panis ĩ materiã lapidis reſolutio:& ſic nõ ꝓprie trãſubſtãtiatio:aut eẽt ipſius formę panis annihilatio,nõ obſtãte q̃ eſt eoꝝ materia eiuſdem rõnis ſcđm primum & ſecũdũ modũ:& ſilr corporeitas ĩ gñe,quare & multo forti⁹ in ꝓpoſito nõ eſſet trãſubſtãtiatio formæ ſubalis panis ĩ ſubam aĩæ nec per ſe nec ꝑ accñs:ſed potius eẽt ei⁹ annihilatio:nõ obſtãte q̃ eſt ĩ eis materia eiuſdẽ rõnis prio mõ:& ſilr corporeitas ĩ gñe ſcđm dictũ modũ.Et ſic ſicut ſcđm illos nõ de

bet cõcedí q cõuerſio fiat i hoíem ſimplr eo q hõ noíat cõpoſitũ ex corpore & ſuba aía rõnalis non ſolũ vt dat eẽ corporeũ ſed etiã vt dat eſſe ſenſitiuũ & rõnale:ſic nõ debet cõcedí q fiat trãſubſtãtia tio in hoíem ſecũdũ q eſt corpus ſimplr.hõ em̃ nõ dicit,vt dictũ eſt,aliqđ cõpoſitũ eiuſdẽ rõnis cũ aliis corporibus,ſeu ſubiectũ a quo ſumit cõitas generis naturę:q̃ ſufficit ad nõ trãſubſtantiationẽ in ſubiectum animę cõiunctę.Sicut em̃ non poteſt fieri tranſubſtantiatio in animã ſeparatã:ſic nec in coniunctam,licet ab aía coniuncta ſumat aliqua ratio cõmunitatis generis naturæ cum aliis corporibus:qualem non habent cũ anima ſeparata.Et ſic nõ ſicut dicũt ſiue intẽdũt dicere eadẽ via naturæ ex hoíe poteſt fieri panis & econuerſo per multas trãſmutationes medias:ſicut ex pane poteſt fieri lapis & ecõuerſo,vt patet ex dictis.nõ eí nominat homo cõpoſitum ex naturali materia ſicut panis,dico ſecundũ eandem rationẽ materiæ ꝓpinquã:& hoc quia aía rationalis nõ eſt educibilis de potentia materiæ ſicut educibilis eſt forma perficiens materiam panis aut lapidis,vt dictũ eſt.Propter qđ etiã aía rõnalis non conſimiliter dicit forma naturalis ſicut forma panis aut lapidis:nec eodẽ modo naturalitatis p oẽm modũ pficere naturã:nec materiã eiuſdẽ rationis.Vnde nec etiam oí no vniformiter dicit generari naturaliter homo ab homine ſicut aſinus ab aſino:licet nõ dicat creari q̃uis tota ſubſtãtia animę creet,ſcđm q in quæſtionibus de vnitate formæ in homine latius materiam hanc circunſtantia tacta ſunt. Ex quo patet q non poteſt rationabiliter dici q ſi concedat q in totum compoſitum ex corpore & aía qđ eſt homo fiat trãſubſtãtiatio per ſe:q tñ nõ oportet fieri cõuerſionẽ in ſubſtantiã animæ,imo hoc eſt neceſſariũ.Sed poſtq̃ concedit q nullo mõ fiat tranſubſtãtiatio in ſubſtãtiã animæ,nullo modo debet concedi q fiat trãſubſtantiatio in totũ hominẽ p ſe,quia tũc tranſubſtãtiatio fit in totũ hominẽ non niſi p alteram partem eius,ſ. p ſolã materiam:& ſic non niſi p accidẽs in totũ hoíem:& vlteriꝰ nec p ſe nec p accidẽs in animã rationalem: quia nihil conuenit parti p accidẽs ratione totius quin conueniat toti per ſe,quẽadmodum rationalis aía in homine generat quoquo modo p accidẽs quia totus homo generat p ſe.Qđ ergo addit p ſimili:q totus homo dicit generari & tñ aía q̃ eſt eius forma nõ gñat nec p ſe nec p accidẽs:Dico q falſum eſt,imo p accidẽs gñat mõ quodã:quẽadmodũ & materia gñat p accidẽs:licet em̃ neutrũ eoꝝ gñet p ſe quo ad ſuã ſubſtãtiã,ambo tñ gñant p accidẽs:inquãtũ ſũt de cõpoſitiõe hoíꝰq gñat p ſe:ſicut etiã forma educta de potẽtia materiæ generat p accidẽs ſecũdũ philoſophũ & Cõmentatorem,viii.metaphy,licet anima rationalis magis p accidens genereť q̃ forma educta de potẽtia materiæ:& ſimiliter materia magis per accidẽs q̃ forma educta de potentia materiæ.Vnde ſi concederet q tranſubſtantiatio panis fieret in totũ hoíem p ſe(qđ nego) concedi oporteret q fieret in ſubſtãtiam animæ per accidẽs:non tamen in ſubſtãti..m animæ,vt dictum eſt. AD primũ argumẽtũ q deus poteſt facere q ſola anima ſit forma hominis:puto q non eſt verum:eo q hoc non eſſet factibile niſi animæ natura trãſmutareť: & ſic anima nõ eſſet anima & occurreret contradictio. Q2 pbat:q hoc eſt deo poſſibile:quia poteſt tranſmutare accidẽs de ſubiecto in ſubiectũ:Dicẽdũ q hoc non cõtingit niſi quia qualitates ſymbolæ natæ ſunt manere in generato & corrupto.& hoc ꝓpter ſubiecti identitatem.& ſic idem eſſe naturæ ſuæ cõſeruãt propter idẽtitatem ſubiecti cum quo habẽt cõicantiã ſiue fuerit ſub vna forma ſubſtantiali ſiue ſub alia:non ſic autẽ eſt eadem ratio ſubiecti reſpectu animę vt eſt cum forma corporali educta de materia & vt eſt ſine illa:immo vt eſt ſine illa, materia nullo modo habet rationem ſubiecti reſpectu ſolius animæ.& ſic anima non eſt ſicut aliquod ſymbolũ ad materiam purã & ad materiã ſub corporeitate:ſicut eſt cicatrix ad materiã vt eſt ſub forma viui & vt eſt ſub forma mortui.Propter qđ non põt tranſferri aía vt informet ſolã materiam quã informauit cũ forma corporeitatis:licet poſſit trãſferri cicatrix vt iformet materiã ſub forma mortui quæ eandem informauit ſub forma viui.

Ad arg.pri.

Equunt quæſita pertinentia ad accidentalia hoí.Quoꝝ primũ & vnicũ erat de accidentali hoí pro ſtatu damnationis & hoc ex parte corporis:Vtrum corpus hominis damnati in inferno poſſit ſimul eſſe ſumme calidũ & ſumme frigidum. Alia aũt plura erãt pertinẽtia ad hominẽ pro ſtatu vitæ pſentis:de quibꝰ ſtatim. CIRca primũ arguit q corpus hominis damnati ſimul poſſit eſſe ſumme calidũ & ſumme frigidum:quia in hoc non incidit contradictio:eo q calidum & frigidum opponunt contrarie non cõtradictorie.Deus autem poteſt facere quæcũq̃ nõ implicant contradictionẽ.Nec habent eſſe circa idem:quia circa aliã potentiã materię habet eſſe calidum & circa aliã frigidũ. CONtra.ſup.iiii.metaphyſicę dicit Commentator.Si nõ poſſunt eſſe ſimul contradictoria nec contraria:quia nõ cõpatiunt ſe.Dico q illud impoſſibile eſt fieri qđ oíno repugnat rei naturæ:nũc aũt naturę rei & quæ ineſt & cui ineſt omnino repugnat q aliquid ſibi i

Quæſtio.xi.

Arg.princi.

In oppoſi.

Reſponſio.

ſit naturaliter ad qđ eſt indiſpoſita natura cui ineſt. Quare cū calidum & frigidū & vniuerſaliter cōtraria nata ſint fieri circa idem naturaliter: & materia vt eſt ſub vno cōtrario excellenti omni no eſt indiſpoſita ad eſſe ſub cōtrario excellenti: licet citra ſuas intēſiones ſiue excellētias cōtraria omnia q̄ recipiūt magis & minus, poſſint eſſe ſimul: idcirco dico ꝙ impoſſibile eſt corpus dānati ſimul eſſe ſumme calidū & ſumme frigidū. An aūt pati poſſit ab vtroq; ſimul abſq; calefactione & infrigidatione, de hoc dicendum, ſicut iā dictum eſt de paſſione animę an pati poſſit a calore abſq; eo ꝙ calefiat. Qđ ergo arguit ad primā partē: ꝙ deus hoc pōt facere: Dico ꝙ verū eſt ſi ſit factibile L
ſed dico ꝙ non eſt factibile. Qđ arguit, ꝙ imo: qa non occurrit cōtradictio: Dico ꝙ falſum eſt. Et qđ arguit ꝙ nō: quia calidū & frigidū ſūt cōtraria nō contradictoria: Dico ꝙ verum eſt primo & p ſe ſed qñ ſunt in excellētia reducunt ad cōtradictoria & hñt in ſe vim cōtradictorioꝝ. calidū em̄ in ſūmo & frigidū in ſummo opponunt ſicut calidū & nō calidū: & ſicut frigidū & nō frigidū. Q̄z iterū arguit ꝙ nō ſunt cōtradictoria qa nō ſunt circa idē: Dico ꝙ immo: quia ly circa dicit circūſtātiā ſubiecti & materię tm̄: ly ex aūt bene pōt etiā dicere circūſtātiā potētię. & ſic ſunt ſimpliciter circa idē: qđ ponit cōtradictionē: q̄q̄ nō ſunt ex eadē potētia, illa em̄ potētia non ponit rē aliquā ſupra ſubſtātiam ſed ſolummodo reſpectum eius ad formam, vt alibi declarauimus.

Quæſt. xii.

Arg. princi.

SEquunt̄ pertinētia ad hoiem accidētaliter pro ſtatu vitę p̄ſentis. Quoꝝ primū & vnicū erat ptinēs ad Chriſtū q̄ eſt & erat de⁹ & homo. Vtrū Chriſt⁹ ſi fuiſſet mortu⁹ ſenio fuiſſet ſcđm corpus putrefactus. Plura aūt alia erāt de hoie puro.
CIRca primū arguit ꝙ ſic, quia natura nō incipit motū quē nō pōt terminare ſecūdū p̄hm. iii. metaphyſicę, terminus aūt corruptionis corporis viuētis eſt putrefactio, ſcđm p̄hm in. iiii. meteoro, ergo cū natura iſtū corruptionis terminū in ſe

In oppoſitū. nio Chriſti p eius mortē incepiſſet, ergo &c. CONtra, tunc nō fuiſſet verū illud dictum prophetę

Reſponſio. Non dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Dico de iſta putrefactione corporis de qua eſt q̄ſtio, ſi- M
cut de morte Ezechię dicit beatus Gregorius libro. x. Mora, ſic inquiens. Nulla quę in hoc mundo hominibus fiunt abſq; oīpotentis dei occulto conſilio eueniūt, nā cuncta de⁹ p̄ſciens ante ſęcula decreuit q̄ p ſęcula diſponunt̄, nec ppheta igit̄ fallax qa tēpus mortis innotuit quo vir ille mori merebat̄: nec dominica ſtatuta cōuulſa ſunt: qa vt ex largitate dei anni vitę creſcerēt: hoc quoq; aū tēpora p̄fixū fuit. Secūdū hūc ergo modū dico ad q̄ſtionē ꝙ Chriſtus ſi mortuus fuiſſet cōfect⁹ ſenio quātū eſt ex curſu mot⁹ naturalis fuiſſet corpus eius putrefactū: ſicut tūc qñ nuntiauit Eſaias, Ezechias fuiſſet mortu⁹. Quātū tñ eſt ex diuina prędordinatiōe puto ꝙ putrefactū nequaq̄ fuiſſet etiā ſi vſq; ad reſurrectionem vniuerſalē deus reſurrectionē Chriſti diſtuliſſet, quia cū ab initio in Chriſti incarnatione filį⁹ dei humanā naturā integrā & quo ad corpus & quo ad animā aſſumpſit: ꝙ ī deſibiliter aſſumpſit pie credēdum eſt. Depoſuiſſet aūt corpus illud ſepata anima ſi putrefactione corruptū fuiſſet. Sic ergo pietati fidei adhęrēdo dico ꝙ putrefactū nō fuiſſet nec ĩcineratū; ſed de⁹

Difficultas. ſua ordiatiōe ĩtegrū cuſtodiſſet quouſq; ipm reſurrecturū decreuiſſet. Nec ē difficultas ī hac q̄ſtio N
ne alia q̄ vtrū poſtq̄ mortu⁹ fuit ī cruce ſtatim corrupta fuerit ī eo forma corporeitatis, aut corrupta fuiſſet ſi nō fuiſſet accelerata Chriſti reſurrectio. Puto em̄ ꝙ ī nullo caſu fuiſſet corruptū ſed diuina ordinatiōe cōſeruatū miraculoſe: ſicut miraculoſe additi fuerūt. xv. anni annis naturalib⁹ Ezechię: nō dico miraculo nouo opato a deo iter Chriſti mortē & reſurrectionē: ſed antiq̄ miraculo quo .ſ. filį⁹ dei ī ſua incarnatione indeſibilit integrā humanam naturā aſſumpſit. dicēte Damaſceno libro. iii. ca. iii. Indiuiſibiliter & ieuulſibiliter & indiſtāter & immiſcibiliter in duabus naturis vnam hypoſtaſim confitemur filii dei. Et Leo papa ſermone. x. de natali dicit ſic. Quia etſi vnū manet ab æternitate, aliud cœpit ex tēpore, tñ in vnitatē cōueniūt vt nec ſeparationē poſſint habere nec finē: dū ita ſibi inhęſerunt vt ſiue ī oīpotētia ſiue ī cōtumelia nec diuina ī Chriſto careāt hūanis: nec hūana diuinis. Et ſic hūana natura in Chriſto finē habere nō potuit nec ex pte aię nec ex pte corporis, q̄ vtiq; vt dicit in ſermone. viii. finiri niſi aut conſumptiōe aut ſepatione non poſſet. Eodē igit̄ miraculo quo tunc corpus Chriſti aſſumpſit cū aia ſibi coniuncta: ipſum conſeruauit a corruptione ipſa aia ſeparata: & hoc inſinuāt verba ppheticę. Non dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Gloſſa ſecundum Auguſt. i. corpus meū a te ſanctificatū: quaſi diceret, ex hoc ꝙ ſanctificatum eſt a te nō pmittes ipſum videre corruptionē. Erat aūt illa ſanctificatio p hoc ꝙ ex vnione humanę naturę cū diuina natura vnxit eū deus prę participibus ſuis. & ſcđm hęc concedēda eſt ſcđa rō. Vñ qđ Petrus ar

Ad dictū Petri apoſtoli. guit in actibus cap. ii. & . xiii. verificari verbū Dauid p reſurrectionē Chriſti acceleratā: nō eſt argumentū a cā ſed a ſigno tm̄: quia etſi non fuiſſet accelerata, adhuc tñ verificatū fuiſſet verbū Dauid

Ad arg. prī. propter aliam cauſam iam dictam. AD primum in oppoſitum: ꝙ natura non incipit motū quē O

non poteſt terminare:Dico ꝙ verum eſt ſi non eſſet impedita a ſuperiore & primo agente & mouẽte:cui⁹ motũ poti⁹ ſeq̃t natura oĩs q̃ motũ naturæ inferioris:& poti⁹ debet iudicari fiẽdũ ſimpliciter qđ eſt fiẽdũ vel non fiẽdũ ſcđm cãm naturalẽ ſupiorẽ:q̃ qđ eſt fiẽdũ vel nõ fiẽdũ ſcđm cãm pticularẽ iferiorẽ.Et p hunc modũ natura i Ezechia motũ ad mortẽ eius incepit quẽ nõ iplenit.Et ſic quia in ꝓpoſito impeditus fuiſſet motus naturæ in morte Chriſti ex ſenio p cauſam ſuperiorẽ,bene potuiſſet natura iſtũ motum incepiſſe:quẽ non potuit terminaſſe ſtante tali impedimento,potuiſſet tamen ſimpliciter & abſolute ipſum terminaſſe quantum erat ex ſe.

SEquit de pertinẽtibus ad hominẽ purũ pro ſtatu huius vitæ actiuę.Quoꝝ primum vnicũ erat pertinens ad infideles:Vtrũ non ſperans vitã futuram debeat ſecundũ rectã rationem eligere mori p republica. Alia vero plura erant ptinentia ad homines fideles:de quibus ſtatim.CIRca illud primũ arguit ꝙ non,quia nullus agens ſecũdũ rectam rationem debet eligere illud quo eſt miſer:qa ſecundum Auguſtinum ſicut omnes volumus naturaliter eſſe beati:ſic omnes volumus non eſſe miſeri:ſed talis moriens p republica inquantũ hmõi eſt miſer,dicente Auguſt.xiii.de trinitate cap.xiii.vbi loquẽs de ſpe vitæ futuræ dicit ſic.Qui ſpe beatus eſt expectat per patiẽtiam beatitudinem quã non tenet:qui aũt ſine ſpe tali,ſine vlla tali mercede cruciat quantãlibet adhibuerit tolerantiã non eſt beatus veraciter ſed miſer fortiter.ergo &c.Item qui ſine tali ſpe eſt nõ minus debet diligere vitã ſuã naturalẽ:q̃ ille qui eſt cũ tali ſpe debet diligere vitam ſuã ſpũalẽ:qua,ſ. viuit p gratiam & charitatẽ,quia ſicut iſte in vita ſua ſpirituali habet verum bonũ ſibi:ita ille in vita ſua naturali:ſed hñs talem ſpem non debet mortem ei contrariã quę eſt mors peccati,ſecũdum rectam rationẽ eligere p republica:dicente Anſel.libro meditationũ.Si peccare deũ dehonorare eſt hoc homo facere non deberet etiã ſi neceſſe eſſet quicquid eſt quod deus non eſt perire.ergo &c.

Quęſtio.xiii.

Arg. princi. primum.

Secundum.

CONtra.bonum commune ſecundum rectã rõnem debet ꝑferri priuato:quare cum vita talis ſit bonũ priuatũ:ſalus reipublicæ eſt bonũ cõmune,ergo &c.Item ſicut membra ſe habent i corpore:ſic ſe habẽt in republica diuerſæ perſonæ, ſecũdũ Apoſto.primę Corin.xii.ſed membrũ p corpore debet vitam ſuã exponere.ergo & quælibet pſona p republica. Dico ꝙ illud qđ ſecũdũ rectã rationẽ debet fieri, apud oĩes æqualiter debet fieri:& ab omnibus rectam rationẽ habẽtibus ęqualiter debet iudicari debere fieri:nec in hoc diuerſificari debent iudicia philoſophorum & catholicoꝝ: nec aliter debet iudicare ſperans aliam vitam q̃ non ſperãs nec econuerſo.Sicut eñ quod verũ eſt apđ quoſdã,verũ eſt apud oẽs:nec eſt aliqđ verum ſecũdum philoſophiã verã qđ nõ ſit verũ ſcđm theologiam nec econuerſo: ſic eſt de eo qđ rectũ eſt aut faciẽdũ ſecũdũ rectã rationẽ.& ſic in iſta q̃ſtiõe non debet aliter ſentire bonus theologus q̃ ſentiret verus philoſophus:nec econuerſo.& conſimiliter de eo qđ eſt falſum,et contra rectã rationem.Nunc aũt ita eſt ꝙ ſcđm rectam rationem ſperans vitã aliã iudicare debet ſecundũ rectam rationẽ ꝙ ꝑeligendum eſt mori p ſalute reipublicę non tã quia ſperat pœnã mortis ſibi reſtitui & recõpenſari in ꝑmio vitæ futuræ q̃ qa nõ eligẽs hoc peccaret, & deũ offenderet quicunq; pro republica vitã ſuã tẽporalem nõ exponeret.quare & idẽ debet iudicare non ſperans vitam futurã: ꝙ,ſ.ſcđm rectam rõnẽ pro republica eligendũ eſt mori.& hoc quia non eligens hoc peccaret,etſi dei offenſam non timeret propter pœnã futuram quia illam nõ crederet,ſecũdũ aũt rectã rationẽ ſemp opera virtutũ eligẽda ſunt:& opera vitioꝝ ſũt fugiẽda etiã ſi non ſperareť vita alia.Hinc habendo reſpectum ad fugam dixit quidã philoſophus.Si ſcirẽ deos ignoſcituros & homines ignoraturos peccare dedignarer.ꝓpter exercitium aũt virtutũ dicit Ber. in epiſtola ad Garinũ abbatẽ.Vera virt⁹ finẽ neſcit:nunq̃ iuſtus dicit ſatis eſt.ſi ſemp viueret ſemper quãtũ in ſe eſt iuſtior eſſe contenderet.& hoc quia virtutes ſũt ſecũdũ rectã rationẽ:ſecũdũ quã homo ſecũdũ ꝙ homo viuere debet.Hoc eñ eſt ei ſecũdũ naturã ſuã viuere. Vitia vero ſũt cõtra rectam rationẽ.Sic ergo dico ꝙ ſecũdũ rectam rationem etiã nõ ſperãs aliã vitam debet eligere mori pro republica.Non addo aũt cum neceſſe eſt:aut pro ſalute reipublicæ,quia qui eligeret mori cũ non eſſet neceſſe eum mori p ſalute rei publicæ:vt quãdo ei aliter de facili poſſet ꝓuideri:ille nõ eligeret ꝓprie mori p republica:ſed pro temeritate ſua.Similiter qui eligeret mori nõ p ſalute reipublicæ.ſ.non p iuſtitia & innocentia eius defendenda:ſed p honore & gloria & hmõi reipublicæ cõtra iuſtitiã cõſeruãdis:ille nõ diceret eligere mori p republica ſed poti⁹ p iactãtia & cupiditate.Eſt eñ talis non vere fortis ſed ſolummodo aſſimilat ei.Tales autẽ appellat,vt videť,pĥus fortes ſecũdũ politicã fortitudinẽ.de quibus dicit ibidẽ. Videnť ſuſtinere pericula ꝓpter eas quæ ex legib⁹ vituperatiões & opprobria,& ꝓpter honores.tales aũt Homerus facit fortes,puta Diomedem & Hectora. Vnde mortem & alia mala pœnæ oportet declinare per ſe:dicente Auguſti.xiii.de trini.cap.

In oppoſitũ primum.

Secundum.

Reſponſio.

vii.vbi loquẽs de bono iusto,Quis(inquit)p fortitudinẽ sit paratus excipere & equo ferre animo quicqd aduersitatis acciderit:mauult tamen vt non accidat & si possit facit.Intelligo nisi debeat declinatio ipsoꝝ alicuius turpis nobis causa fieri.Turpe autem appellat vitium: quod semp declinãdum est.& ideo vt declinet vitium mors declinanda non est.potius em̃ oportet omnia mala pœnæ pati q̃ malo culpæ cõsentire.Vñ vbi philosophus i.iiii.Ethico.dixit.Nihil mortuis videbit nec bonũ nec malũ esse:quia vt dicit Cõmentator,mortuus nihil declinat vt malũ nec desiderat vt bonũ: continuo addit:Non videt aũt fortis ille qui nõ timet quẽq̃ per mortẽ sed quę in maximo & optimo periculo:siue,vt dicit Commentator,p salute patrię,legum,amicoꝝ,& libertatis.In his ergo & sic factis periculis ītimiditas est ꝓpria fortis.Vnde & addit philosophus.Principaliter aũt dicetur fortis qui circa bonã mortẽ impauidus,& quęcũq̃ eam inferunt,talia aũt maxime sunt quæ circa bellũ,& ifra.Fortis aũt instupefactibilis vt hõ,timebit igitur talia vt oportet & vt ratio sustinebit boni gratia.Hic em̃ est finis virtutis.Idẽ lib.ix.Verũ est qđ de studioso dicit:& amicoꝝ gratia multa agere & pati:& si oportet mori.Vbi exponendo ly omnia dicit Cõmentator, Non oia agit gratia amici:puta quæcũq̃ verecundiam siue confusionem afferunt & ad vtilitatẽ veri honoris nõ tẽdunt.Pro republica igit scdm rectam rationẽ moriendũ est:etsi non esset spes vitę futurę.Qđ pro cui dubio sentit ipse phus circa felicem felicitate politica:de qua loquẽs in primo Ethico.dicit.Per fectum bonũ & p se sufficiens dicimus non soli viuenti vitam solitariã: sed & parentibus & filiis & vxori & amicis & ciuibus,& consistit bonũ hmõi in impturbabiliter operari secundũ virtutem pfectam quæ est prudentia,opera virtutũ moralium,quæ sunt fortitudo,temperantia,& iustitia,cui melius & beatiꝰ est ī breui hora vnum magnũ opus agere scdm virtutẽ q̃ diu viuere in operibus paruis.Propter hoc igit mori p republica nõ solũ est simpliciter melius quia pluribus:sed etiã melius est ipsi,secũdũ q̃ dicit in.ix.Ethico.Omis intellectꝰ eligit optimum sibiipsi.epieices aũt obedit intellectui.Proiicit em̃ & pecunias & honores & totaliter circũpugnantia bona:ꝓcurãs sibiipsi bonum.Paucũ etenim tempus delectari valde,magis eliget q̃ multum quiete:& viuere bene annum q̃ multos annos qualitercunq̃:& vnam actionem bonã & magnam q̃ multas paruas.Morientibus hoc forte accidit.Eligũt vtiq̃ magnũ bonũ sibiipsis.Si ergo hoc sẽtit phus de felicitate politica,s.q̃ secundum rationẽ rectam debet elígere mori pro republica : quia in hoc elígit magis bonũ vt tangit per totum:Quęro quid sentit de felici felicitate speculatiua:de qua dicit in.x.Talis ẽ melior vita q̃ quæ secuudũ hominẽ.non em̃ scdm q̃ homo est sic viuit:sed secũdũ q̃ diuinũ aliquod in ipso existit.Si em̃ sentit de ipso felici speculatiuo q̃ secundũ rectam rationem debet elígere mori pro republica:q̃ro an hoc sentit quia est sibiipsi bonum:an quia simplr bonũ licet non sibiipsi.Nõ quia sibiipsi bonũ,quoniã cum hoc operatur scdm fortitudinẽ politicã ad modum politici:ergo hoc nõ est ipsi bonum nisi ad modũ quo dictũ est politicũ esse bonũ,s.q̃ melius & beatius est in breui hora vnum opus magnum agere &c.Qđ non est verum:quia ita nequaq̃ contingit in aliqua operatiõe secundum virtutem politicã tãtũ delectari quãtũcũq̃ sit magna:quantũ secũdum virtutem speculatiuam:quia illa habet mirabiles delectatiões,vt dicit in libro.x.non ergo esset ipsi bonum:qa caderet a maiore & permanentiore delectatione ad minorẽ & breuiorẽ.Aut ergo sentit phus q̃ felix felicitate speculatiua non deberet elígere mori scdm rectã rationem p republica quia est melius ipsi: aut si hoc deberet elígere scdm rectã rationem,hoc esset quia esset melius simpliciter:licet non ipsi scdm modũ quo illud ponit phus esse melius politico.Quicquid de hoc sentit philosophus,nõ credo ipsum recte sensisse de felici speculatiuo:aut sentit qa secundũ rectã rationẽ speculatiuam deberet illd elígere quia illud est melius simpliciter & etiam ipsi,quia etsi nõ ipsi melius est quo ad boni alicuius acquisitionem nec omnino nec pro illa hora : est tamen melius ipsi quo ad euasionem mali culpæ.secundũ quẽmodum & politicus etiã si nullo modo esset melius ipsi quo ad boni acqsitionem:deberet tñ illud elígere qđ est melius simpliciter:& etiam melius illi quo ad euasionem mali culpæ. Dico ergo q̃ ad hoc vterq̃ eorum.s.tam felix politicus q̃ speculatiuus tenet de iure naturæ:& q̃ peccaret si illud non eligeret & q̃ turpiter viueret.melius est autem bene mori q̃ turpiter viuere.& quo ad hoc etiã melius est ipsi,quia licet p talẽ mortẽ non acqreret bonum sibi sed potius omnia bona sua amitteret:secũdũ em̃ q̃ dicit de politico in quarto Ethico,felicior in morte tristior est,tali em̃ maxime viuere dignum:& iste maxime bonis priuatur sciens triste aũt hoc:& sic licet bonum ei non cõtingeret:qđ innuit phus p hoc qđ sequit ibidem:sed nihilo minus fortis:forsi tan aũt & magis:qm̃ in bello bonum pro illo eligit:tamen secundũ rectam rationem deberet illud elígere:quia p hoc euaderet turpitudinem vitii:vt em̃ dicitur in quarto:fortis autem erat terribilia hoi existentia sustinere ꝓpter bonũ vel turpe.Non propter bonũ,s.acquirendum vel propter non

Quæstio de felici speculatiuo.

Q R S T

inęqualis & diſſimilis cōparatio illorū ſcđm ꝓportionē geometricā:quatuor em̄ nō excedunt duo niſi in duobus.viii.aūt excedūt.iiii.in.iiii.Ecōtrario aūt æqualis & cōſimilis eſt cōparatio ſcđm ꝓportionē geometricā quatuor ad duo: & ſex ad.iiii.quia ſicut.iiii.excedūt duo in duob⁹ tm̄:ſic ſex excedūt quatuor in duobus tm̄.Eſt aūt inęq̄lis & diſſimilis cōparatio ſcđm ꝓportionē arithmeticam.quatuor em̄ excedūt duo ſcđm duplam ꝓportionē:in qua vnū continet aliud bis. ſex autem excedūt quatuor ſcđm ſeſquialterā ꝓportionē:in qua vnū cōtinet alterū & medietatē ei⁹ tm̄.Si q̄dem em̄ intelligat dicta cōparatio ſcđm ꝓportionē arithmeticā:Dico q̄ deus nō pōt plus aut minus diligi q̄ cognoſci:ſed tm̄mō æqualiter:quia qualis eſt ꝓportio inter cognitiones, dupla.ſ.vel tripla:& ſic de cęteris:talis eſt ꝓportio dilectionū inter ſe, prout ꝓceſſit prima ratio. & hoc ſcđm modū quo eſt æqualitas in iuſtitia diſtributiua q̄ ſcđm dignitatē recipiētis ꝓcedit.Si vero dicta cōparatio intelligat ſcđm ꝓportionē geometricā:dico q̄ nūq̄ deus æqualiter cognoſcit & diligit:ſed ſemp diligit inęqualiter.quia em̄ vt dictū eſt,ſemp maior ē dilectio q̄ cognitio ſit,eo q̄ volūtas magis penetrat: & ad ſimplicē cognitionem puta a,ſequit̄ ſimpla dilectio:puta a cū aliquo plus ſcđm quātitatē dilectionis:vt dilectio ſit a c:vt a ſit quātitas dilectionis q̄ reſpōdet ꝓportionaliter quātitati cognitionis:c vero ſic ſupercreſcat ex volūtatis penetratiōe quātūuis ſit modicū ſiue decima pars ipſius a,ſiue viceſima,ſiue ſcđm aliquā aliā ꝓportionē,ſed ſemp æqualiter: ſicut p æqualitatē quātitati cognitiōis reſpōdet aliq̄ quātitas dilectiōis,& duplę cognitioni dupla dilectio: ſic ſemp quātitati dilectiōis reſpōdet determinata quātitas i excreſcēte,& duplę dilectionis duplū excreſcēs,ita q̄ cōputādo cū principali quātitate q̄ in dilectiōe p ſe reſpōdet cognitioni p æq̄litatē,quātitatē excreſcētis:ſemp ad duplā cognitionē,puta a b,ſequit̄ dupla dilectio:puta a b,& pl⁹ i excreſcēti ſcđm quātitatē dilectionis:ita q̄ in duplo plus q̄ prius,ſcđm q̄ eſt maior i duplo dilectio q̄ pcedēs, & ſit a d,vt ſit hęc dilectio tota a b c d,vbi licet dupla ꝓportio ſit iter dilectiones ex vna pte & ex altera: inter cognitiones tñ i maiori pte excedit dilectio dilectionē q̄ cognitio cognitionē: ga i maiori medietate.Cognitio em̄ dupla q̄ eſt a b:nō excedit cognitionē ſimplā q̄ eſt a:niſi i b tm̄:dilectio aūt dupla q̄ eſt a b c d:excedit dilectionē ſimplā q̄ eſt a c:in b d.& pl⁹ ē b d,q̄ b tm̄.Propter qđ eſt inęq̄litas ſcđm geometricā ꝓportionē:& excedit in plus dupla dilectio dilectionē ſimplā, q̄ exceedat cognitio dupla cognitionē ſimplā:licet maneat vtrobiq̄ eadē ꝓportio arithmetica.

Ad primam rationem.

Queſt.III. Arg.prin. Primū.

Secūdū. In oppoſitū.



Ircā Tertium arguitur:q̄ deus nō poteſt facere corpus extra mūdū: qđ nō tangat vltimū cælū: quia nō diſtaret ab illo.ſicut enim nō poteſt eſſe albū ſine albedine:ſic nō poſſunt aliqua diſtare ſine diſtātia:quare cū inter illud corpus & cęlum nulla ſit diſtinctio media,nō diſtant:corpora aūt quę inter ſe non diſtāt ſese tangūt:ergo &c. Item ſcđm pñm.vi.phyſicorū. Corpora illa tangunt ſe: quorū nihil eſt mediū:inter illud autē corpus & extremū cęlum nihil eſt medium:ergo &c. CONtra:deus nō eſt potentior intra cęlū q̄ extra:ſed intra cęlū deus poſſet cęlum cōtinue tenere in eſſe cadētibus elemētis in nihilum: cum in nullo dependeat cęlū ab elemētis i ſuo eſſe:ſed magis ecōtrario. & tñ latera cęli nō cōcurrerēt, nec ſe tangerēt ſed diſtarēt ſicut modo:ergo &c. Dico q̄ deus bene poteſt facere corpus aliquod vel aliū mūdū extra vltimū cęlū ſicut fecit terram infra mundū ſiue infra cęlum: et ſimiliter ipm mundū & vltimū cęlum: & hoc nō in aliquo ſed in nihilo:nō materialiter q̄ſi nihil ſit aliqd:ſed poſt nihil,quia vbi nihil erat.& hoc nō quia tūc illud vbi erat aliqd vt dimenſio ſeparata:in qua ipm nihil erat: quaſi nihil eſſet aliqd & in q̄ dimenſiones corporis recipi poſſent poſt nihil prius ibi exiſtēs & expulſum:ſed totū debet intelligi negatiue:ac ſi diceretur,nō vbi erat aliquid:vt & vbitas & aliquitas ſimul negētur.vt intelligamus modo ipm cęlum vel corpus de quo loquimur factum eſſe in nihilo,intelligendo hoc

Reſpōſio.

T

ſcđm modum quo intellígit Aug.ipſum níhil:quãdo exponendo íllud Ioan.i. Sine ípſo factum eſt nihil:dicit ſic. Videte ne cogitetis quía níhil aliquid eſt.Solent em̃ multi male intelligere:Sine ipo factum eſt nihil,putantes aliquid eſſe nihil.Et ſcđm hoc dícitur de deo. Iob.xxvi. Appendit terrã ſuper níhilũ.oĩno.ſ.quía nõ ſuper plenũ qđ eſt aliquid p ſe vt corpus dímenſionatũ:nec ſup vacuũ qđ eſt aligd p accidẽs vt iam díceť.Secũdũ hũc etiã modũ de⁹ extremũ cęlũ fecit ĩ níhilo.ſ.oĩno: ga ſcđm phm:extra cęlũ nihil eſt.i.nõ eſt aliqd.Dico neq̃ p ſe exñs aliqd neq̃ p accñs. ꝓpt qđ ſpecifícãdo cõtínue ſubdit.Neq̃ plenũ eſt vacuũ,vt intelligať oĩno neceſſe extra cęlũ nihil eẽ : & ſupmũ cęlum factũ in nihilo:& terra appenſa ſup nihilũ. Vlterius dico:q̃ poſſet deus facere illud corpus extra cęlũ díſtãs ab vltimo cęlo,vt ꝓcedit vltima ratio,nec eſt hic aliqua alia difficultas niſi ĩ argu
V mentis duobus ad oppoſitũ. Q2 ergo arguiť primo: q̃ cęlum & dictũ corpus nõ diſtaręt:ga nul la eſt diſtantia inter illa &c.dico q̃ aliqua cõtingit diſtare dupliciter. Vno modo p ſe,ſ.quía eſt alí qua diſtantía poſitiua dimẽſionis corporalis in medio eorũ. Alio modo per accidẽs:quía etſi nõ ſit aliqua diſtãtía poſitiua inter illa:tñ iuxta vel inter illa poteſt eſſe aliquid qđ habet in ſe dímẽſionẽ poſitiuã p quã poteſt aduerti diſtantia illorũ,vt ſi iuxta extrema duorũ corporũ inter quę eſt vacuũ, & iuxta vacuũ ſit murus triũ pedũ: tũc diſtantia triũ pedũ dicendũ eſt corpus qđ eſt ſub vacuo diſtare a corpore qđ eſt ſuper vacuũ. qđ etſi nihil ſit intra, tñ quantę dímẽſionis corpus natũ eſt recipi inter dicta duo corpora , tãtũ ſcđm diſtantiã iudicandum eſt eſſe illud intermediũ :ſed p accidẽs.& ratione illíus per accidẽs intermediũ qđ ſcđm ſe omnino nihil ẽ,p accidens eſt quaſi aliqd: ꝓpt qđ appellať vacuũ: quaſi nõ oĩno nihil:ſed p accidẽs diſtantía ſeparata corporis receptiua Et ſcđm hoc dicta duo corpora nõ diſtãt niſi diſtãtia nõ q̃ eſt ſcđm actũ, & p ſe iuxta vel inter illa ſed q̃ nata eſt eſſe inter illa p ſe:aut iuxta illa: et p hoc bene diſtantía q̃ eſt diſtantía p accidens, &
X inter illa,quale eſt vacuũ,ſicut iam dictũ eſt. Q2 arguiť ſecũdo: q̃ nihil eſt mediũ inter illa: dico q̃ nihil eſſe mediũ inter aliqua poteſt intelligi dupliciter. Vno mõ ga nulla diſtãtía nec p ſe nec etiã p accidẽs eſt in medio. Alio mõ ſolũ quía nulla diſtãtia p ſe eſt in medio,vt nullũ corpus:eſt tñ in medio,vel qđ eſt diſtãtía p accidens:& p hoc aliquid p accidẽs,ſ.vacuũ. De nõ habẽtibus mediũ inter ſe primo mõ verũ eſt ſolũmodo q̃ tangũt ſe,nõ aũt verũ eſt de nõ habentibus mediũ inter ſe ſecũdo modo. Sed contra hoc arguet forte pphm qui dicit q̃ extra cęlum nihil eſt nec plenũ nec vacuũ: quare nec eſt ibi diſtantia p accidens:p hoc,ſ.q̃ in dicto vacuo intermedio natum eſſet eſſe
Y corpus. AD qđ dico:q̃ ſicut vacuũ nõ eſt diſtãtia ſiue dimẽſio ſepata inter illa corpora niſi per accñs ſcđm dictũ modũ:ſic nec vacuũ eſt oĩno nec eſt aliqd oĩno vt aliq̃ dimenſio niſi p accñs.ſed hoc alio & alio modo habet q̃ p accidens ſit dimẽſio & aliqd:& q̃ per accidens ſit,ſumendo eſſe ſecundo adiacens. Eſt enim vt dictum eſt vacuum dimenſio ſiue diſtantía inter duo corpora dicta, & hoc per accidens:vel quía dimẽſio poſitiua eſt iuxta vel nata eſt eſſe infra aut iuxta. Ipſum aũt vacuũ habet eſſe p accñs:ga corpora aliq̃ iter q̃ eſt,ſic ſituata ſunt q̃ dimenſio aliq̃ corporis nata eſt eſſe iter illa ſed nõ ẽ. Et ꝓptea ſi extra cęlũ extremũ eſſet a deo aliqđ corpus factũ vel alius mũdus ſine contactu ad cęlũ,tunc inter vtrũq̃ dicendũ eſſet eſſe vacuũ ſcđm mẽſuram determinatã corporis,quia natũ eſſet inter illa recipi:ſed alibi nõ.ſicut nec modo extra dicẽdũ eſt eſſe vacuũ,ſicut nec plenũ,ſed purum nihil . Et ideo phs loquẽs de vnitate mũdi, & ſupponẽs nullum corpus extra noſtrũ mũdũ eſſe:qđ etiã nititur ꝓbare:Dicit (& bene) q̃ extra cęlũ nihil eſt,neq̃ plenũ neq̃ vacuũ, & hoc neq̃ p ſe neq̃ p accidens:pura nec aliquod corpus habẽs diſtantiã ptiũ & dimẽſiones nec receptibile corpis determinatũ inter duo corpa diſtantia . Vñ ſi deus mõ crearet corp⁹ extra cęlũ tãgẽs cęlũ,illđ nec in pleno nec ĩ vacuo crearet ſed ĩ puro nihilo,& eẽt ex oppoſito cęli ſubſiſtẽs ĩ puro nihilo negatiue accepto,ſicut cęlũ creatũ fuit ĩ puro nihilo: & purũ nihil erat pri⁹ vbi eſt illud corpus:& hoc totũ negatiue itelligẽdo ſcđm iã expoſitũ modũ. Et ꝓptea ſi elemẽta eẽnt amota de ſub cęlo,infra cęlũ ponẽdũ eẽt eſſe vacuũ:qđ tñ neq̃q̃ ponẽdũ eẽt eſſe extra cęlũ. Et ꝓptea licet nũq̃ fuit cęlum ſine elementis contẽtis in ipſo & ſub ipſo:quia tamẽ cęlũ naturaliter prius eſt elementis:ideo prius naturaliter creatũ eſt elementis:licet ſimul duratione . & propter hoc ſignãter dicit beatus Iob de deo. Qui extendit aquilonem ſuper vacuum. non autem dicit ſup elemẽta:quia naturaliter ſunt creata poſt creationem cęli:licet ſimul duratione. Sed nunc poſtq̃ creata ſunt elementa ſub cęlo apparet cęlum extenſum ſuper terram: ſicut quoddã tabernaculum ſuper pauimentũ.& ſic non dicit cęlum extenſum ſuper aliquid poſitiuũ : nec etiam ſuper nihilum: ſicut terra appenſa eſt ſuper nihilum : quam nec dicit appenſam ſuper vacuum aut ſuper aliquid Per aquilonem aũt beatus Iob intelligit cęlum:quia pars cęli aquilonaris maxime apparet ſupra noſtrum habitabile.

Ad primũ princip.

Ad ſecũdũ princi.

Replica.

Reſponſio.

Henrici a Gandauo

Queſt.IIII. Arg.prin.

In oppoſitū.



lrca Quartum arguitur: ꝙ deus potuit feciſſe ꝙ anima Chriſti fuiſſet in corpore exiſtente in pyxide ipſo iacente mortuo in ſepulcro: quia tunc fuit in inferno & magis nata eſt eſſe in ſuo corpore q̄ alibi, pro tempore ergo quo fuit in inferno, potuit fuiſſe in corpore ſuo in pyxide. CONtra,anima non eſt nata eſſe in ſuo corpore niſi animādo illud,q̄re ſi fuiſſe ponatur ī corpore ſuo in pyxide,ergo eſſet corpus animatum & viuēs in pyxide qđ iacebat mortuum in ſepulcro: qđ eſt inconueniens: ga tunc ſimul idem numero eſſet mortuū & viuū: quod eſt inconueniens:ergo &c.

Reſponſio.

Dlco ꝙ eſſe in corpore poteſt conuenire ſubſtātię incorporeę dupliciter,vel per ſuam ſubſtantiam:vel per ſuam operationem.Per ſuam ſubſtantiam dupliciter : vel ſitualiter, vel localiter.Et eſt ille vltimus modus omnino impoſſibilis circa ſubſtantiam incorpoream:quia cum locus ſit vltimū contīnētis corporaliter & dimenſiue,non poteſt eſſe localiter in corpore niſi qđ continetur intra latera corporis alterius,& ſuis dimenſionib⁹ replet illud & illi ęquatur.locus em̄ ſemper eſt æqualis locato, quales dimenſiones non habet ſubſtātia incorporea.& ideo hoc modo nec anima nec angelus per ſuam ſubſtātiam poſſunt eſſe in corpore aut in loco: nec eſt hoc omnino factibile. Loquendo autem de eſſe in loco ſitualiter per ſuam ſubſtantiam, dico quemadmodum ꝛ alias dixi:ꝙ cum anima ſeparata ſicut & angelus ſit ſubſtantia incorporea,quę intelligenda eſt eſſe ſecūdum ſubſtantiam ſimplex ſicut vnitas abſtracta : non autem ſicut punctus qui ſibi determinat ſitum in magnitudine extra quem non poteſt eſſe:anima autem et angelus nullum ſitum ſibi in magnitudine determinant extra quē eſſe non poſſunt:difficile eſt mihi intelligere quo modo ipſa anima ſitualiter ſit in aliquo corpore ſeu magnitudine, & hoc abſq; vlla operatione in illa aut paſſione quā patitur a corpore aut ab exiſtente ſitualiter in ipſo:& conſil'iter de angelo,Sed quia hoc tenere præcipit quidam articulus de contrario interdictus:ideo non contradico: nec aliquo modo aſſererе intēdo quin anima & angelus ſitualiter ſecūdū ſuam ſubſtantiam abſq; omni operatione neceſſario ſint in corpe,& ſecundum hoc in loco habet eſſe,prout dicit dictus articulus licet hoc non intelligam,quomodo per ſubſtantiam ſuam anima aut angelus ſit determinatiue & ſitualiter in loco, præter hoc ꝙ eſt in illo per operationem . Loquendo autem de eſſe animę in loco ſiue in corpore per operationem ſuam,hoc modo habet eſſe in corpore dupliciter. Vno modo per operationem primam quæ eſt dare eſſe,quæ conuenit ei iquantum eſt anima & ſubſtantia incorporea diſtincta & diuerſa oīno ab angelo:quia hęc operatio nō conuenit ei niſi inquātū aut eſt nata eſſe, aut inquantum eſt ſecundum actum forma & actus corporis animans ipſum.Alio modo per operationem ſecundam.Sed operatio ſecunda duplex poteſt animæ attribui. Vna quę conuenit ei inquantum eſt anima: & oīno diuerſa eſt ab angelo ſecundum iam dictum modū. Alia vero inquantum eſt ſubſtantia incorporea ſimpliciter conueniens eſt angelo in eſſe ſubſtantiam incorpoream ſimpliciter.Primo iſtorum modorum conuenit animæ operatio ſecunda quæ dat corpori ſiue compoſito ex anima & corpore per ſuas potentias ſentire,intelligere, velle: nec conuenit ei iſta operatio ſecunda niſi mediante prima. Vnde nullo modo cōuenit angelo, tum quia conuenit animæ ſecundum id quo differt ab angelo,tum quia angelo non eſt nata conuenire prima operatio in corpore . ~~Secundo dictorum~~ modorum dicunt aliqui ꝙ nullo modo conuenit animæ: licet conueniat angelo,puta mouere corpus aliquod ſecundum locum. Vnde dicunt aliqui ꝙ non poteſt eſſe in aliquo corpore per aliquam operationem niſi ſit in illo per operationem primam, nec mouere ſecundum locum aliquod aliud corpus niſi per illud cuius eſt actus & perfectio. Propter quod dicunt ꝙ anima ſeparata a corpore qđ perficit,nullo modo poteſt eſſe vel in illo vel in quocunq; alio per aliquam operationem veluti mouendo ipſum ſecundum locum:licet hoc concedūt de angelo:eo ꝙ nullius corporis natus eſt eſſe forma aut perfectio. Sed nequaq̄ ponendum eſt ꝙ anima ſeparata non poſſit eſſe per operationem ſuam ſecundo modo in aliquo alio corpore q̄ ſit illud quod perficiebat.Anima enim Chriſti ſeparata,ſi anima ſitum habet & tranſit magnitudinem ſitualiter ſine operatione in tranſeundo medium:non deſcendit ad infernum neq; ſine operatione fuit in illo.Sed an anima ſeparata a ſuo corpore per mortem poſſit eſſe in ſuo corpore operatione ſecunda ſecundo modo: de hoc aliqui dubitant:puta an in illo poſſit eē mouēdo ipſum ſecundum locum, ſicut poteſt angelus: allegantes pro ſe id qđ aſſumptum eſt in ſecūda ratione,ſ.ꝙ anima non eſt nata eſſe neq; operari in ſuo corpore niſi animando, qđ proculdubio verum eſt in quātū anima eſt differens ſecūdum naturam incorpoream ab angelo,An autē neceſſario ita ſit in quantum eſt ſubſtātia incorporea ſimpliciter conueniens & communicans cū angelo,non video.

Z

A

B

C

Deſcendendo ergo ad q̃ſtionẽ dico: ꝙ non video quare anima Chriſti non potuit in triduo fuiſſe in ſuo corpore iacente in ſepulcro non ſicut perfectio in perfectibili: ſed ſitualiter, aut per aliquẽ modum cum hoc. Sed de eſſe eius in corpore ſuo exiſtẽte ſacramẽtaliter in pyxide, de quo queſtio eſt: nihil aſſerẽdo: dico ꝙ licet idem numero fuerit corpus in ſepulcro & in pyxide: alio tm̃ & alio modo eſſendi habuit eſſe in ſepulcro & in pyxide ſcd̃m ꝙ alias expoſuimus: & ſcd̃m modum quo habuit eſſe in pyxide, nulla operatio extrinſeca nec aliqd extrinſecum potuit illud attingere. Vnde vt alibi ex poſuimus: licet idẽ corpus mortuũ & vulneratũ fuiſſet in pyxide qđ moriebaṫ & vulnerabaṫ in cruce: in cruce tamẽ & moriebaṫ & vulneratũ fuit: ſed non in pyxide. Et ſecũdũ eundẽ modum dico hic: ꝙ licet anima tunc potuit fuiſſe in ſuo corpore in ſepulcro & circa id aliquid operata fuiſſe, non tamen operata fuiſſe in pyxide: licet cum hoc verum eſſet dicere ꝙ fuit in illo corpore ſicut fuit in pyxide. In pyxide enim non potuit eſſe in corpore niſi per concomitantiam, & hoc non niſi per hoc ꝙ actu animaret illud: ſicut mõ in pyxide eſt in ſuo corpore aĩato. non enĩ dicuntur eſſe in ſacramento per cõcomitantiã niſi illa quę eſſentialiter pertinent & nõ ab extrinſeco ad illud. Et ideo licet bene dicatur ꝙ corpus qđ habuit vulnera erat in pyxide: non tamen proprie
D dicitur ꝙ ipſa vulnera erant in pyxide. AD primũ in oppoſitũ: ꝙ anima magis nata eſt eſſe in ſuo corpore q̃ in alio &c. Dico ꝙ verum eſt ſcd̃m actũ animandi & ſcd̃m ꝙ eſt anima. ſic enim in alio nullo nata eſt eſſe. Secũdũ autẽ ꝙ eſt incorporea ſubſtãtia ſimpliciter & ſcd̃m quẽcũq; aliũ actũ q nõ ſequitur animationẽ, non video quomõ magis nata eſt eſſe naturaliter in ſuo corpore q̃ in alio. Q; et ſi nata eſt eſſe aliquo modo p̃dictorum in illo vt erat in ſepulcro, nequaq̃ tm̃ vt erat in py-
E xide, ſicut dictum eſt. AD argumẽtum in oppoſitũ: ꝙ anima non eſt nata eſſe in ſuo corpore niſi in animando: verũ eſt quo ad actum primũ & vt eſt anima. & ſic nequaq̃ fuit in ſuo corpore niſi dum ipſum animauit in reſurrectione: qđ tamen nequaq̃ animaſſet in pyxide: licet ibi ſtatim fuiſſet in illo per concomitantiam. Alio autem modo eſſendi in: nõ video inconueniens quin tũc potuit fuiſſe in corpore in ſepulcro, licet non in pyxide: vt dictum eſt.

Ad arg. pri.

Ad arg. in oppoſitũ.

Circa Quintum arguitur: ꝙ verbum non potuit aſſumere aliam naturam q̃ intellectualem. Sic enim arguit Auguſt. xiii. lib. de trini. c. ix. exponẽdo illud Verbum caro factum eſt. Si illud eſt quod minus credibile eſt eſſe, & qđ magis: ſed min⁹ credibile eſt ꝙ deus poſſit fieri filius hominis natura, q̃ ꝙ filius hominis poſſit fieri filius dei gratia. ſed illud iam eſt factum in Chriſto: ergo credibile eſt aliud poſſe fieri in aliis hominibus. ſic enim ait. c. ix. Fides totum hominem futurum beatum vere promittit in euangelio: cum dictum eſt ꝙ Ieſus dedit poteſtatem filios dei fieri. Sed ne hominũ infirmitas tantam excellentiam deſperaret, annexum eſt, Et verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis: vt a cõtrario ſuaderetur qđ incredibile videbatur. Si enim natura filius dei factus eſt filius hoĩs, quanto credibilius eſt natura filios hominis, gratia fieri dei filios & habitare in deo! de quo ſolo poſſunt eſſe beati. Per eundem modum arguens ſermone. ii. ſuper Ioã. dicit ſic: Vt homines naſcerentur ex deo: primo ex ipſo natus eſt deus. Noli ergo mirari homo qa efficeris per gratiam filius dei: quia naſceris ex deo: prius voluit naſci ex homine. Ideo cũ dixiſſet ex deo nati ſunt: q̃ſi hoc miraremur & exhorreremus tantã gratiã, ne nobis incredibile videretur ꝙ homines ex deo nati ſunt, quaſi ſecurũ te faciens ait: Et verbum caro factum eſt. Quid ergo miraris ꝙ homines ex deo naſcuntur! Attende deum natum ex hominibus. Et procedit argumẽtum Auguſtini a maiori ad minus, & a minore ad maius, luxta quẽ modũ arguitur ad propoſitum ſic Si quod maius eſt poteſt fieri, & qđ minus: & ecõtra ſi non qđ minus, nec qđ maius: maius aũt eſt vniri deo in perſona q̃ in gratia: quare cum non poteſt deo vniri in gratia alia natura q̃ intellectualis: ergo &c. Item eleuata & nobilitata eſſentia neceſſe eſt nobilitari & eleuari potentiam: quia potentia ſequitur conditionem eſſentiæ. vbi ergo potentia non eſt nata eleuari ad actum vltra modum naturæ: nec eſſentia. ſed intellectualis natura non eſt nata eleuari ſecundum potentiam ad actum vltra modum naturæ ſuæ: quare nec eſſentia vel ſubſtantia ſiue natura cuius eſt illa potentia. ſed in aſſumptione tali eleuatur natura aſſumpta vel eſſentia ad actum vltra modum naturæ ſuæ: quia ad eſſe ſubſtantiæ diuinæ perſonæ: ergo &c. Item tunc verum eſſet dicere ꝙ deus eſſet lapis vel brutum. Item cum manet natura in homine peccatore & damnato: tunc poſſet aſſumere hominem peccatorem & damnatum. Item ſi non eſſet neceſſe eleuari eſſentiam cum potentia: & potentiam cum eſſentia: tunc homo aſſumptus poſſet peccare & mereri damnationem: & verum eſſet dicere ꝙ deus peccaret: conſequens eſt falſum. ergo &c.

Queſt. V. Arg. prin.

Primum.

Secundũ.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

In oppositū Primū. CONtra,corpus Christi in triduo fuit vnitum verbo inanimatum,& potuit illud sic conseruare in perpetuū dimissa anima:eo q̄ deus nulla necessitate retinuit animam secum vnitam:quia nulla necessitate determinatur ad actionem in creatura:& sic eadē potestate ab initio potuit assumpsisse

Secūdū. corpus humanum sine anima. Item ad deū potest fieri assumptio in esse subsistentię: quia in deo est ratio esse & subsistentiæ quæ est in natura assumpta. sed in ipso est ratio omnis esse & subsi-

Quęst,re-solutio. stentię quæ sunt in creaturis.omnis ergo creatura siue natura subsistens potest assumi. Quia F
naturę assumēdę possibilitas ad assumptionem occulta est,& nulla ex parte dei oīno existit dubi-
tatio an possit sibi assumere quācūq; naturā assumptibilē:ideo tota difficultas hui⁹ quęstionis ver

Positio prior tit circa possibilitatē naturę assumendę. Et sunt circa hoc duę positiōes solennes.Dicit em̄ positio
Respōsio ad cōmunior & solennior, cui q̄ñq; aliquantulū assentire cōsueui:q̄ quęlibet natura subsistēs in crea- G
primū prin. turis possit assumi.& hoc principaliter propter tacta in vltima ratione.Tenentes aūt istā positionē
respōdent ad primū argumētū:si qđ maius est potest fieri,& qđ minus:& econtra si qđ min⁹ est nō
potest fieri nec qđ maius est &c.Dicendo q̄ verū est quādo ambo,s.maius & minus cōsequūtur po
tentiā eiusdem rationis.qđ em̄ potest calefacere vel calefieri magis:pōt calefacere vel calefieri mi-
nus.Sed hoc nō cōtingit in proposito de potētia passiua assumptibilis:quia natura subsistēs in cre
aturis ex eo q̄ est natura subsistibilis simpliciter est assumptibilis ad vnitatē subsistētię diuini sup-
positi qua sit filius dei per naturā:non aūt vnde natura est simpliciter subsistibilis est assumptibilis
ad operationes vnitatis qua sit filius dei per adoptionem,sed solūmodo vnde est itellectualis. & sic
nequaq̄ est eadē ratio potentię hęc & illa,siue potētia rōnis eiusdē. Tñ qa nō sunt eiusdē subiecti:
nec sunt ad eūdem actū:vñ nec est idem modus vnius rōnis naturę diuinæ & humanæ ī vnitate
suppositi & in vnitate operationis:licet vna necessario concomitetur alteram: sed hoc accidit rōne
materię et naturę assumptibilis: quia,s.est possibilitas ad vtrāq; in eodē: ideo vt dicunt (& bene)
argumentū Aug,non tenet ratione formę:sed ratione materię tm̄: quia, s. in homine est potentia
duplex p̄dicta. Vnde qđ arguitur cōsimili modo:si potest fieri qđ est maius,& qđ est minus:& ecō
tra si nō qđ est minus,nec qđ est maius:dicūt q̄ verum est quādo potētia ad vtrūq; est eiusdē ra-

Ad secūdū. tionis,qđ nō cōtingit in proposito:vt dictū est:& ideo non tenet vlterior processus. Similiter qđ H
arguit secūdo:q̄ eleuata natura necesse est eleuari potentiā:dicūt q̄ verum est quādo potentia ele-
uabilis est in natura assumptibili quę potest sequi naturā.Et ideo nō posset deus assumere hominē
in natura quin assumendo ip̄m in potentia faceret ipsum ip̄eccabilē.& sic si naturā hominis pecca
toris assumeret,statī oē p̄ccatū aboleret,& sic nō sequūtur icōueniētia assumpta ī duob⁹ argumē
tis vltimis.Secus aūt est quādo in natura nō est potentia eleuabilis:īmo tūc essentia potest sola ele

Dubi. Sup- uari. Sed hic supponit vnū a quo dependet tota dubitatio,s.an natura sit eleuabilis in qua nō est I
positio. potentia eleuabilis.Illę em̄ absurditates adducte in tertio argumento: q̄ deus esset lapis vel bru-
tum vel irrōnalis & hmōi:non arguūt ad negandū assumptibilitatē lapidis vel bruti nisi apud ru
des qui ex deuotione quā habent ad dignitatē Christi & deitatis,illud negant:quasi indignū esset
ei vniri tali naturę & eam sibi assumere.Propter simile em̄ aliqui rudes posuerūt q̄ cū mus accipe
ret hostiam consecratā ad comedendū illam:vel si proiiceretur in locum immūdū:q̄ statim desine
ret ibi esse corpus Christi:quasi indignū esset ei esse sub hostia sic tractata:qđ tamen non est verū.
DE illo ergo est tota dubitatio an aliqua natura sit eleuabilis dicto modo:ī qua modo corrñdenti K
non sit eleuabilis potētia.qđ mihi non videtur posse rationabiliter poni. Ad cuius intellectum est
aduertendū :q̄ deus dupliciter habet esse in creaturis. Vno modo naturaliter & modo congruēti
naturę:Alio modo voluntarie:& modo supergredienti limites naturæ. Primo modo habet esse per
illapsum in omni natura & creatura.Secūdo modo habet esse solūmō in natura assumpta p circū
insessionem.Et licet p illapsum deus sit intimus oī creaturę, & intimior q̄ ipsa sibi aut forma ma-
terię: p circūinsessionē tñ fit intimissimus naturę assumptę, & intimior q̄ insit alicui naturę per
solum illapsum,per intimationē em̄ circūinsessiōis natura assumpta intantū vnitur ineffabilit & L
incomp̄henſibiliter naturę assumentis q̄ necesse est naturam assumptā amittere ꝓpriū esse subsi-
stentię,s. qđ ante assumptionē in ea fuit:vel eo carere si nūq̄ ipsum habuit : & subintrare esse sub-
sistentię naturę ad quā assumitur:vt sit idem suppositum subsistentię in duplici natura. Vtraq;
em̄ illarum naturarū in vnione ipsarū retinet suū ꝓprium esse essentię & existentię. Per illapsum
autem deus ītimatur omni creaturę naturaliter & modo congruenti naturę ad duo,s. ad actū na
turę primū qui est esse habilitēdū vt persistat:& ad actum naturę secūdum qui est operari producē
dum vt existat.sine illo em̄ illapsu non potest creatura in esse persistere, nec propriā operationem
elicere:quia per illapsum deus creaturam in esse cōseruat: & cooperādo omnē [illegible]

operationē illi miniſtrat. dicēte Grego. libro. xvi. Moral. ſup illud Iob. xxiii. Ipſe ſolus eſt. Nunqd nō ſunt angeli & hoīes & cælū & terra? Sed aliud eſt eſſe. ſ. abſolute: & aliud pricipaliter eſſe, ſunt em̄ hęc: ſed pricipaliter nō ſunt: quia in ſemetipſis minime ſubſiſtūt: & niſi gubernātis manu teneant eſſe nequaq̄ poſſunt. Cūcta nāq; in illo ſubſiſtūt a quo creata ſunt: cūcta qppe ex nihilo facta ſunt: eorūq; eſſentia rurſus ad nihilū tēderet niſi eā auctor oīm regiminis manu retineret. Ecce primū dictorū: & ſequit de ſcdo & primo ſimul. Per ſe nec ſubſiſtere valēt nec moueri: intātū ſubſiſtūt in quātum vt eſſe debeāt acceperūt: intantū mouētur inquātū occulto inſtinctu diſponūtur. Areſcit terra: cōcutitur mare: igneſcit aer: obtenebraſcit cęlum: & ardeſcunt hoīes: mouent angelicę virtu
M tes: nūquid hęc ſuis inſtinctionib⁹ & nō magis diuinis īpulſionib⁹ agitant? Per circūinſeſſionē vero deus intimatur ſoli naturæ quā volūtarie aſſumit, ſed modo ſupnaturali. et hoc facit ad duo. ſ. ad ſublimandā naturā ad actū primū qui eſt eſſe ſubſiſtētię diuini ſuppoſiti, & potentiā ad actum ſecūdum, qui eſt operari actum beatificū intelligendi & volēdi. Sine dicta em̄ circūinſeſſione nō poſſet natura in eſſe diuinę ſubſiſtentię ſublimari, neq; diuinā operationē participare, vidēdo. ſ. & amādo diuinā eſſentiā modo cōgruenti creaturæ, ſed per circūinſeſſionē deus naturā aſſumptā ſubleuat ad eſſe diuinę ſubſiſtentię: & ad operationē diuinam promouet. dicēte Damaſceno lib. iii. capi. xvi. Caro dñi deificata dicitur eſſe & deo coindiuidualis, non ſecūdum tranſmutationē naturę, ſed ſecūdum diſpoſitionē vnionis, ſecūdum quā indiuiſibiliter deo verbo vnita caro per eā quę inuicē naturarum circūinſeſſionē. Et infra. Dei autē caro diuinis actionibus dicata eſt propter intimiſſimā ad verbum vnionē. Et ſumit ibi carnem pro tota humana natura. Ex his arguo ſic. Sicut ſe habet deus in omni creatura per illapſum naturalē ad duas actiones prædictas modo congruenti naturę, ſic ſe habet ad creaturā aſſumptā per circūinſeſſionē ad duas actiones prædictas ſuppgredientes limites naturæ. vt iam patuit ex dictis Damaſceni. Nec poteſt negari ſimile quo ad aliquid: qa ſicut illapſus quātum in ſe eſt, ſemp natus eſt operari in eo cui deus illabitur dicta duo: ſic circuminſeſſio nata eſt quātum eſt ex ſe, ſemp operari alia duo. Sed nulla natura creaturæ eſt ſuſceptibilis nec poteſt eſſe ſuſceptibilis illapſus dei ad ſuſcipiēdū in ſe modo congruenti naturæ primā dei operationē prædictam/quin etiam ſuſceptibilis ſit in ſe operationis ſecūdę, quia nulla creatura poteſt eſſe p ſubſtātiā cui nō poteſt cōuenire aliqua operatio p potētiam, quia ſecundū Phm in fine quarti Metaphyſi. omnia opere determinantur: & ſunt propter ſuas operationes: & tandiu ſunt q̄ diu poſſunt agere ſuas proprias operationes: & cum deſinunt poſſe operari ſuas proprias operationes, tunc ſimul deſinunt eſſe. Vt em̄ dicit Damaſce. ibidē cap. xvii. Intellectus inſipiens & priuatus cognitione non vtiq; erit vnq̄. Si enim inoperabilis & immobilis eſt, inexiſtibilis oīno eſt. Et per hoc aperte inſinuat q̄ ſi non poſſet eleuari per intellectū, non eſſet aſſumptibilis ipſa ſubſtantia intellectualis, nec ipſe homo, quia nec eēt homo, ſcđm q̄ prēmittit ibidē. Quoniā autem rationale & intellectuale aīal homo, qualiter ergo hō factus eſt deus ſi carnē inanimatā vel animā anouin. i. ſine intellectu aſſumpſiſſet? non hoc em̄ homo. Ergo ſimiliter nulla creaturæ natura eſt ſuſceptibilis aut poteſt eſſe ſuſceptibilis circūinſeſſionis dei ad ſuſcipiendū in ſe ſupra limites naturę primā dei operationem prædictā, quin etiā ſit ſuſceptibilis in ſe operatiōis ſecundę: ſecūdę autem nō eſt ſuſceptibilis niſi per potentias intellectus & voluntatis: ergo vt cōcludit ſecunda ratio prædicta, vbi nata eſt eleuari eſſentia dicto modo, & potentia: & vbi non, non. vt idcirco etiam cum hoc q̄ gratia materię bene tenet argumentatio Auguſti. tacta in prima ratione, etiam non fallit in aliqua materia, quin ſequitur: ſi natura iſta, puta hoīs, eſt eleuabilis ſecundū eſſentiam quin ſit neceſſario ſimul eleuabilis ſecūdum potētiam: & ſi nō ſecūdum potētiam, nec ſecūdum eſſentiam. Quēadmodum ſequitur, ſi anima ſortis eſt immortalis, etiā cuiuſlibet hominis aīa eſt immortalis: & ſi nō cuiuſlibet, nec ſortis: quia eadem ratio immortalitatis vel mortalitatis eſt in oībus. Et ideo talis argumētatio ratione materię talis, bene tenet ac ſi teneret ſecundū formā arguēdi, quæ reuera tenet virtute formę, habendo ſcilicet aſpectū ad cōmunem rationem qua conuenit aliquid materię, puta immortalitas animę. illa enim eadem eſt in omni anima, quæ quia nobis incognita eſt ex parte aſſumptibi-
N lis idcirco nobis difficilis eſt intellectus veritatis in dicta quæſtione. Propterea hęc poſitio alia a prædicta licet minus ſolennis, quæ tamen magis applicabilis eſt animo, licet non videatur ita vera propter cōſuetudinē, tamē forte verior eſt: q̄ ſcilicet nulla natura ſuſceptibilis eſt a deo dicto modo per circūinſeſſionem niſi natura intellectualis, magis mihi placet. Tenendo ergo hanc opinionem ad prēſens, Dico ad primū in oppoſitū de corpore Chriſti in triduo: q̄ per naturā intellectualem intelligo & ipſam naturam incorpoream animę rationalis vel angeli: & in homine naturā corporis, inquātum ordinatur ad animā, vt perfectibile ad perfectionē, & in quo anima ſuā operatio-

Poſitio ſcda

Ad primā i oppoſitum.

nem intellectualẽ efficacius operaꝛ,amota ab ipſo omni diſpoſitione accidentali ipediente inquãtũ eſt ſeparata,vt totum compoſitũ ex corpore & anima cũ ſua vi intellectiua ſit ipſum ſuſceptibile & corpus mediante ſubſtãtia animæ,& in ordine ad illam,& ſubſtantia animę vt ipſa eſt potentia intellectiua,ita ꝙ nullo modo ſit ſuſceptibile id in quo non eſt potentia intellectiua.& hoc compre hendẽdo ſub potẽtia intellectiua totũ illud,in quo pricipalis cõſiſtit ratio imaginis exiſtens in ſub= ſtantia animę,vt nihil ſit ſuſceptibile niſi ratiõe imaginis dei quæ eſt in illo vt per circũinſeſſionẽ, vel ſecundũ ſubſtãtiam & ſecundũ potentiam ſimul,vt in ſolo Chriſto:vel ſecũdum potentiam ſo lum,vt in omnibus beatis ipſa imago dei quaſi reimprimitur ſine prototypo,quaſi denarius figu= ræ/a qua ſibi imago ſua impreſſa eſt.Hinc Damaſcenus in cap.prędicto.Qđ ſecũdum imaginẽ eſt volens reuocare deus,verbũ factum eſt homo.Imago dei eſt homo ſecũdum intellectũ. Quid autẽ ſecũdum imaginẽ niſi intellectus!Qđ melius igitur derelinquens,qđ deterius eſt aſſumpſit.Quaſi diceret,nequaq̃ hoc poſſibile eſt fieri niſi ratione ordinis quẽ habet ad intellectũ. Et loquitur con= tra illos qui poſuerunt corpus humanũ aſſumptum in Chriſto abſq; anima rationali:& cõprehen dit ſub intellectu etiam ſubſtãtiam animę,cuius vim & potẽtiam in aſſumptione oſtendẽs,ſubdit. Intellectus enĩ eſt in medio dei & carnis huius,aut vt inhabitator dei,aut vt imago intellectus:igi tur intellectui miſcetur,& mediatur intellectus,dei puritati & carnis groſſitudini.Intelligo autem per mixtionẽ dictam vnionem per circũinſeſſionem intellectus diuini cum humano: qui ſecũdum tres potentias,quę ſunt memoria,intelligentia,& volũtas exiſtentes in vnitate eſſentię animę,vni= tur per circũinſeſſionẽ quãdam trinitati pſonarũ in vnitate diuinæ naturæ,vt ſic p ſe & proxima cauſa ſiue ratio propter quã aliquid ſit ſuſceptibile a deo ſit ratio imaginis dei,quæ non eſt niſi in ſubſtantia intellectuali:& propterea ipſa ſola ſubſtantia intellectualis ſit ſuſceptibilis. Et ſecũdum hoc in glorioſa aſſumptione per circũinſeſſionẽ, qua natura diuina ſubintrat naturam aſſumptã, imago q̃ eſt in creatura intellectuali aſſumpta,vnitur intime ipſi prototypo,qđ eſt in natura diui na,ad modum quo ſi cęrę in qua eſt impreſſa figura ſigilli,ipſum ſigillum reapplicetur ſecundum eũdem modum quo ipſa impreſſit ſubintrando oẽs angulos eius, quali modo non poſſit applicari illi in quo non fuiſſet figura ſua prius impreſſa,ſed ſolũmodo effigies aliqua,quale eſt veſtigiũ dei in omni creatura non intellectuali,vt ſecundum hoc nulla natura non intellectualis niſi mediante

Ad ſcđm. intellectuali ſecũdum dictum modum poſſit aſſumi. Ad ſecũdum:ꝙ ad deum poteſt fieri aſſum ptio:quia in ipſo eſt ratio eſſe & ſubſiſtentię in natura aſſumpta:Dico ꝙ verum eſt ꝙ illud eſt con cauſa.Niſi enĩ ita eſſet nihil poſſet ad eã aſſumi,ſicut nec vna natura creata põt aſſumi ad alterã. Sed hoc nõ eſt tota cauſa.Licet enĩ ſit cauſa ex parte aſſumẽtis,qa ꝓpter illud ad ipm põt fieri aſ= ſumptio,nõ tñ ex parte aſſumptibilis,in quo tota cauſa aſſumptibilitatis eſt ꝙ eſt imago,& p hoc ſolũ circũinſeſſibilis a deo & eleuabilis ad dictã vnionẽ ĩ diuina cẽtia ĩ vnitate diuinę pſonę,ſcđm dictũ modũ.Vñ nec aliq̃ cauſa finalis ꝓpter quã facienda eſſet a deo alicui⁹ naturę aſſumptio poſ ſet eſſe in aſſumendo aliam naturam q̃ intellectualẽ, quia non eſt naturæ aſſumptio finaliter niſi ad illius aliquã promotionẽ & profectum in ſui eleuatione,qualẽ nõ poteſt habere niſi natura in= tellectualis.Hinc dicit Auguſt,ſup Ioan.vbi ſupra.Prius verbum voluit naſci ex homine,vt tu ſe= cutus naſcereris ex deo.Nonne ſine cauſa naſci ex homine voluit niſi qa alicuius momenti me exi ſtimauit,vt immortalem me faceret!quaſi dicat,vtiꝙ ſine cauſa &c.Vbi ꝓr immortalitatem intel ligit veram beatitudinem: quia non eſt ſine immortalitate,ſecũdum eundẽ Aug.xiii.de trini.Hinc dicit vbi ſupra ſer.x.Deus homo factus eſt:quid futurus eſt homo propter quẽ deus factus eſt ho mo!momẽtum illud quo deus homo exiſtimatur,eſt dignitas imaginis in ipſo, propter quam ſo= lam cõtigit ꝙ deus ex homine naſci voluit,nõ ſine cauſa.In qua natiuitate,humana natura aſſum pta eſt,ita ꝙ alia natura in qua non eſt talis imago,omnino abſq; cauſa aſſumeretur.

Quęſt.vi. Quęſt.vii. Argu.prin. In oppoſitũ primũ.

SEquuntur quęſita de creaturis ſecũdum ſe: vbi duo quærebantur de angelis:& plura alia de hominibus.Primũ illorum de angelis erat:Quomodo angelus mo uet corpus:an per ĩtellectũ immediatius q̃ per volũtatẽ,ſuppoſito ꝙ per vtrũq; eorum moueat. Secũdum erat de menſura actionis eius: Vtrum duobus inſtã tibus exiſtentibus in tẽpore angeli,reſpondeat vnicum inſtans exiſtens in tẽpo= re noſtro. Circa primũ arguitur ꝙ angelus immediatius mouet corpus ꝑ in tellectum q̃ per voluntatẽ,quia formę intellectus aſſimilatur actio & ſecũdum ipſam procedit,ſed tali(vt videtur)immediatius mouet:ergo &c.Maior patet,quia ſi calor eſſet intellect⁹ & moueret ad calorẽ,diceretur ꝙ immediate ꝑr intellectum moueret ad producendũ calorem. Minor manife ſta eſt de ſe.Intellectus enim formã rei continet,vt ars. Contra,intellectus nõ mouet niſi vt finis,

quia non niſi per appetibile ab ipſo cõprehẽſum, qui nõ eſt immediatũ principiũ actionis vere: ſed motus a fine metaphorice, ſecundũ modũ inferi⁹ declarandũ. Preterea intellect⁹ nõ mouet niſi vt finis in pſentãdo obiectũ volibile ſiue appetibile: finis autẽ etſi ſit primũ, nõ tamẽ eſt pximũ & imediatũ mouẽs. ergo &c. Secundum.

P Dico ꝙ reuera nulla ſubſtãtia ſeparata agit aliquã actionẽ circa exteriora ſibi abſq; intellectu & volũtate. Vnde dicit Auicẽna de deo in pducẽdo creaturas lib. ix. Metaphy. ſue. Eſſe qđ eſt ab eo nõ eſt ſecundũ viã nature vt ſit ab eo nõ per cognitionẽ nec per beneplacitũ. Quomodo emꝫ hoc poſſet eſſe cũ ſit pura intelligẽtia q̃ intelligit ſeipſam, & intelligit ſeipſam ſequi vt eſſe oẽ ſit ab eo? Ecce ꝙ neceſſario pcedit primo intellectus. Sequit. Et hoc eſt de cõmunicãtibus ſuã gloriã, p quã ipſe diligit ſeipm. Reſponſio.

Ois autẽ ſcientia q̃ ſcit qđ prouenit ex ea, placuit ei ꝙ puenit ex ea. Igit primo placuit vt ex ſua eſſentia fluat omne qđ eſt. Ecce ꝙ neceſſario ſecũdo pcedit voluntas. Sed ante iſta duo pcedit natura que mouet intellectum: & eſt tertiũ, ſed primũ in ordine, a qua ſcđm phos procedũt res alie ſcđm viam nature, vnde dicit in eodẽ. Principiũ omniũ eſt eſſe qđ neceſſe eſt eſſe, & neceſſe eſt eſſe ſic ꝙ quicqd eſt ab eo neceſſariũ eſt. quãtũ ad illud. nõ ꝙ ſit natura proximũ & imediatũ agens, ſed mediante intellectu & volũtate: ſcđm ꝙ poſt pdicta ſubdit cõtinue. Vnitatis autẽ ſũme nõ eſt ſua prima actio niſi p ſuã eſſentiã. Ipſe emꝫ itelligit ſuã eſſentiã qđ eſt principiũ ordinis bonitatis i eſſe. Et ex hoc itelligit q̃liter eſt poſſibile, & q̃liter eſt elegãti⁹ pueni re eẽ toti⁹ ſcđm iudiciũ ſui intellect⁹: & ſequit ordinatio bonitatis in eſſe. ſ. ex rationis iudicio ſicut

Q principio pximo. Ex qb⁹ ſi bene aduertant, innuit nobis gnꝫ intelligẽda p ordinẽ. Primũ eſt ꝙ ſua eſſentia eſt principiũ ordinis bonitatis in eſſe, qđ nõ eſt ſua prima operatio niſi p ſuã eſſentiã, ipſa tamẽ ſua eſſentia nõ agit vt id qđ eſt ſit ab ea ſecundũ viã nature abſq; cognitione & intellectu, vt iam dictũ eſt. Secundũ vero eſt ꝙ ipe intelligit ipſam vt omne eſſe ſit ab ea. Tertiũ eſt ꝙ ſtatim placuit ei vt ex eius eſſentia fluãt res. Quartũ eſt ꝙ intellect⁹ intelligit qualiter eſt poſſibile elegãtius res pueníre ex eo. Quintũ eſt ordo bonitatis eorũ fluens in eſſe ſcđm formã & iudiciũ intellectus. Innuit ergo ꝙ ſua eſſentia primo agit in intellectu mouendo ipm ad actũ intelligẽdi. Secũdo vero ſequit actus intelligẽdi oĩa que ſequũtur illã. Tertio autẽ cõplacet intellectus volũtati. Quarto ꝙ formetur intellectus modo meliori producẽdi res. Et quito ꝙ ſcđm formã intellect⁹ ab eſſentia mediante intellectu & volũtatis cõplacentia pcedẽte fluunt res in eſſe, vt ſic per intellectũ immediatius q̃ per ſuã eſſentiã & voluntatẽ producant res in eſſe, ſed naturaliter & neceſſario propter mo Quinq; ĩtelligenda.

R uens primũ qđ eſt natura. Iuxta hanc ſententiã aliqui volẽtes ſequi viã phorum, quantũ audent ſalua fide, dicũt cõſimiliter de motu & actione angeli & hoĩs: ꝙ ſicut angelus nulla neceſſitate nature mouet ĩ ſuis actionibus circa exteriora: nec ſimiliter homo, ſicut nec de⁹. In quo cõtrariãtur phis ſequẽtes fidẽ, que ponit ꝙ deus circa inferiora nature ſue neceſſitate nõ agit: agit tamẽ ſcđm formã intellectus ſui habitã de rebus circa quas habet exercere actus & motus ſuos. de qua forma intellectus dicit Auicẽna ſexto Metaphy. Cauſa finalis in ſuo eſſe in aĩa prior eſt cæteris cauſis: qa aĩa adinuenit eã prius: & poſtea imaginat apud ſe actionẽ & inquiſitionẽ recipientis & qualitatem formę. Tali forma habita poſtq̃ in ea cõplacet volũtati tanq̃ cuidã annexo & nõ principaliter operãti ſequit operatio, vt ſcđm hoc intellectus ſit principiũ proximũ mouẽs & agẽs in angelo, determinans agenda, & poſt determinationẽ exequens, intercedẽte beneplacito voluntatis. Et ſicut hoc po Opinio.

S nunt in angelo, ita nitũtur hoc ponere in hoĩe. Sed ſi ita eſſet, nequaq̃ ex libero arbitrio procederet actio angeli aut hoĩs, ſed ſolũmodo ex forma intellectus, cuius opatio ſicut formę naturalis ad vnum determinata eſt: quẽadmodũ ſi calor haberet intellectũ ſui abſq; libero arbitrio, immediatũ principiũ eſſet agens calefactionẽ & ex neceſſitate nature ſicut modo eã agit calor, ſcđm ꝙ proce Improbatur

T dit pbatio maioris ad primã rationẽ. Nos autẽ contrariũ tenẽtes, vniuerſaliter & ĩ deo & in angelis & in hoĩbus, dicẽdo ꝙ intellectus nõ determinat agenda in deo vllo modo vt alibi declarauimus, nec in angelo aut hoĩbus, vt neceſſario ad determinationẽ volũtatis ſequat actio: ſed determinatio actionis ſit tã in deo q̃ in angelis q̃ in hoĩbus a ſola volũtate: Dicimus ꝙ principiũ proximũ producẽdi res a deo in eſſe, & agẽdi quecũq; agit circa illa que ſunt extra ſe, & ſimiliter in angelis & hoĩbus quo ad actiones eorũ, principiũ proximũ eſt volũtas ſecũdum liberũ arbitriũ. Sed hoc eſt propriũ ſoli deo/qa ſola ſua volũtate pducit res extra ſe, & agit q̃cũq; agit circa illa: angeli autẽ & hoĩes nequaq̃. Non emꝫ ex eo ꝙ volũt aliquid, ſtatim factũ eſt: ſed poſt voluntatẽ requirit in eis alia Opi. aucto.

V vis motiua de proximo poſt intellectũ, & per voluntatẽ productiua operis extra ſe. Dico igit deſcẽdẽdo ad q̃ſtionẽ, ꝙ ſicut in nobis primũ principiũ motus & actionis eſt intellectus repreſentãs appetibile: ſecundũ vero eſt volũtas operãdo determinãs motu interiori ſuę volitionis imperãs viri⁹ motiuis: tertiũ vero ſunt vires motiuę motũ exequẽtes, vt principiũ proximũ & immediatũ mouẽs Reſponſio.

& agens:Sic & in angelis.Et ſic tanꝝ per principiũ primũ mouet ſicut nos per intellectũ:tanꝝ autem per principiũ medium per volũtatem,tanꝝ vero per principiũ proximũ ſua vi motiua. Et ſic
Ad arg. pri. proximius mouet per voluntatẽ,q̃ per intellectum. Ad primũ in oppoſitum,ꝙ formę intellectus aſſimilatur actio:Dico ꝙ verũ eſt vt repræſentanti circa quid agendũ eſt,& dictãti modum actionis,vt procedit ſecũda ratio.Sed nõ ſequitur ex hoc ꝙ de proximo mouet ad actionem,niſi ageret de neceſſitate naturę primi mouẽtis:ſicut ageret ſi intelligendo calefaceret. Nũc autẽ quando ponimus ꝙ homo & angelus nõ agunt neceſſitate aliqua naturę circa illa quę ſunt circa finem vltimũ,ſed ſolũmodo libertate arbitrii,illud non oportet: immo voluntas liberi arbitrii determinans agenda immediatius agit.

Quæſt.vii. Argu.prin. primũ. Secundum.



lrca ſecundũ arguitur:ꝙ duobus inſtãtibus in tẽpore angeli reſpondet vnũ in tẽpore noſtro: quia duobus pũctis in terminis duarũ linearũ reſpõdet vnus in linea ambobus ſuppoſita.Item ſi nõ poſſet eis reſpondere vnicũ,aut hoc eſt ratione minoris ſimplicitatis in vno q̃ in pluribus:aut quia in pluribus eſt mora. Nõ ratione primi,quia plura inſtãtia æque ſimplicia ſunt vt vnũ.ſimplũ enim additũ ſimplo nihil auget.Nõ ratione ſecũdi,quia bene aliqua ſuccedũt ſibi ſine mora vt tẽpus & inſtãs. Contra.quia ſi ita eſſet cũ primũ inſtãs tẽporis angeli ſit ſimul cũ in
In oppoſitũ Reſolu.q. ſtanti nr̃o, tunc plura inſtãtia tẽporis angeli eſſent ſimul inter ſe. Hic prĩo oportet videre quale Y
ſit tẽpus angeli in ſe:& qualiter differat a tẽpore noſtro:quę alias declarauimus:ꝙ videlicet tẽpus angeli diſcretũ eſt:ſicut & ſuę actiones ſiue motiones quarum eſt menſura,diſcretę ſunt ſibi ſuccedentes abſq; medio continuãte.Sed eſt aduertẽdum ꝙ multũ refert de actionibus angeli intrinſecus manẽtibus:cuiuſmodi ſunt eius volitiones & intellectiones:& de eius motionib⁹ circa exteriora corpora:& ſimiliter de mẽſuris illarũ. Primę em̃ actiones opationes ꝓprie ſunt & actiones pfecti ſcdm ꝙ pfectũ eſt,ſimplices,totę ſimul exiſtentes,ꝓ morã cõparatiõe nr̃i tpis ſeu ꝓ cõparationẽ Z
ad tẽpus noſtrũ ꝓmanẽtes:& q̃libet illarũ eſt ꝓducta ĩ eſſe ꝓ coexiſtẽtiã in vnico inſtãti nr̃i tẽporis. Secũdę vero actiones mutatiões ſunt,qb⁹ volũtate ſua mouet ſeip̃m qñ tranſiert de ſitu ĩ ſitũ:quę ſunt act⁹ impfecti ſcdm ꝙ impfectũ eſt.Tertię autẽ actiones quas agit circa exteriora vt circa corporalia.Et tã actiões de primo genere q̃ de ſcdo ꝓ mẽſura habẽt tẽpus diſcretũ,ſed modus actionũ de primo gñe ꝓ mẽſura habet tẽpus cõpoſitũ ex ĩſtãtib⁹ indiuiſibilib⁹ q̃ ſunt tota ſimul cũ diſcretis & ꝓmanẽtibus in mora:ſicut morã habẽt & ꝓmanẽtiã ipſę actiones mẽſuratę & diſcretionẽ.nõ eſt em̃ in angelo ĩtellectio aut volitio ſine mora:ſed ĩmediatã ſine mora media habẽt adinuicẽ ſucceſſionẽ:quia cũ vna intellectio angeli ꝑceſſerit ꝓ aliquãtulũ morę nr̃i tẽporis,in vltimo inſtãti illi⁹ ꝓducit tota ſimul alia cogitatio ei⁹:q̃ ſiliter durat ꝓ morã aliquãtulã nr̃i tẽporis: & ſic de cæteris. Sed mora iſta tã in actionib⁹ q̃ in mẽſuris earũ põt eẽ maior vel minor ſcdm ꝙ angel⁹ plus vel minus voluit ſe tenere ĩ vnica cogitatiõe.Et iſtud tẽpus eſt diſcreta quãtitas ſicut oro.partes em̃ orationis q̃ cõſiſtunt prĩcipaliter ĩ ꝓlatione vocaliũ cũ qbus mixtim ſonãt cõſonãtes, totę ſimul ſunt ſed nõ ſubito trãſeunt ſed totę ſimul manẽt ꝓ aliquantulã morã nr̃i tẽporis:vt patet cũ dicit a,e,i, o,u,vel pa,pe,pi,po,pu,vel coniũgẽdo hęc ĩ dictiõe & dicẽdo papa,pape,papi,papo,papu. Et eſt inſtãs qđ eſt pars diſcreta talis tẽporis angeli indiuiſibilis,ſimul cũ aliquãtula parte nr̃i tẽporis:& cũ oĩbus inſtãtib⁹ q̃ ſunt ĩ illo.Et ſic cõtingit cõtrariũ ei⁹ qđ quęſitũ eſt in q̃ſtione.ſ.ꝙ vni inſtãti tpis angeli reſpõdet tẽpus nr̃m,& plura inſtãtia illius:cũ qb⁹ ſimul coexiſtit illud inſtãs tẽporis angeli ĩ mora ꝓmanẽs,in qua tẽpus nr̃m & inſtãtia ei⁹ trãſeunt. Modus autẽ actionũ q̃ de ſcdo genere,ꝓ A
mẽſura habet tẽpus cõpoſitũ ex inſtãtibus indiuiſibilib⁹ q̃ tota ſimul ſunt & diſcreta ſed trãſeũtia & ſine mora ſicut trãſeũt abſq; mora & ꝓmanẽtia ipę mutatiões mẽſuratę.In trãſitu em̃ angeli de ſitu in ſitũ nullã morã ĩtelligo.Et eſt tẽpus mẽſurãs iſtas mutatiões angeli ſubitas quãtitas diſcreta ſicut numerus vnitatũ q̃ ſimplices ſunt.Sed partes eius q̃ ſunt ſicut vnitates ſimplices nullã habẽt ꝓmanentiã ſed ſolũmodo ſunt in tranſitu:& coexiſtũt ſingulę inſtãtib⁹ nr̃i tẽporis ſingulis:nec habẽt continuationẽ inter ſe:quia inter q̃libet duo inſtãtia & dictas mutatiões neceſſe eſt morã ponere angeli ĩ ſigno ad qđ terminat ꝑcedẽs mutatio:in quo angelus nõ mutat:ſed q̃ſi geſcit ꝑ aliquã morã & partẽ noſtri tẽporis.& mẽſurat illa quies ꝓ accidẽs ꝓ inſtãs vel ꝓ inſtãtia intellectiõis vl̃ ĩtellectionũ quã vel q̃s interim angelus ĩ ſe operat.vna em̃ mutatio angeli terminata in vnum ſitũ,nõ poteſt habere aliã mutationẽ cõtinuã ab illo ſitu ĩ aliũ:quelibet em̃ mutationũ taliũ ſequit
Reſponſio. ꝓpriã cognitionẽ ĩ angelo:q̃rũ cognitionũ q̃libet eſt moroſa vt dictũ eſt. His ꝓlibatis ad id qđ q̃rit B
vtrũ duob⁹ nũc exiſtẽtib⁹ ĩ tẽpore ãgeli reſpõdeat vnicũ nũc ſiue inſtãs exiſtens ĩ tẽpore nr̃o: Dico ꝙ nõ.loquẽdo de inſtãtib⁹ tẽporis ãgeli qđ habet eẽ ſcdm rẽ & veritatẽ extra aĩam,niſi ſcdm ima

ginantes intellectiones angeli, ſcđm quarũ formas mutať de ſitu in ſitum, eſſe ſubitas: & q̄ ſecũdũ vnam trãſit per vnã partẽ ſpatii, ſecundũ aliã per aliã, qđ impoſſibile eſt ponere ex parte tranſituũ. Sicut em̃ in naturalib⁹ ſcđm pĥm. vii. Phy. ſubitę mutatiões nõ poſſũt fieri niſi ī terminis motuũ ſic iſtę mutatiões angeli nõ poſſunt fieri niſi ī terminis morarũ intellectionũ angeli. Si tñ angelus habet ſitũ in loco abſq̄ operatione in illo: qđ ponit quidã articulus: cui⁹ cõtrariũ interdictũ eſt: ita q̄ ęqualiter natus ſit ſituari ī quolibet ſigno medio ſicut & ī extremis, ſicut corp⁹ natũ eſt ſituari ſub quoliber ſigno ſibi ęq̄li ī ſpatiis ſiue ī extremis ſit ſiue ī medio, oportet q̄ angel⁹ trãſeũdo de ſitu ad ſitũ, puta ab oriẽtis pũcto in punctũ occidẽtis, trãſeat p oẽs partes ſpatii intermedias: & p oĩa pũcta exiſtẽtia in illis: qđ tñ totũ fit in eodẽ inſtanti tẽporis angeli & ſil̃r nr̃i: quia in illis eſt ſolũ in trãſitu & ſic ī potẽtia. Quẽadmodũ em̃ corpus motũ in ſpatio ī quolibet inſtãti tẽporis ſui motus eſt ſemp ſibi æquale ī ſpatio: & ſunt hmõi æq̄lia infinita: ſup quę corpus eſt in trãſitu & ī potẽtia: & ideo poſſibile eſt illa a corpore ptrãſiri ī tpe finito: ſic angel⁹ trãſiẽs de termino ī terminũ ſemp eſt ſup ęquale ſibi, ſ. in pũcto, aut (vt qdã dicũt) in idiuiſibili minimo, q̄ licet ſint infinita: ga tamen ſolũ ſunt in potẽtia, & ſup illa eſt in trãſitu & in potẽtia: ideo oĩa illa poſſibile eſt eũ trãſire in eodẽ inſtanti tẽporis ſui: & nr̃i & nõ eſt prius ſup vnũ dictor̃ ſignorũ q̄ ſup aliud, niſi natura & cõſideratione nr̃i intellect⁹. & hoc quẽadmodũ ſi graue puta lapis pedalis deſcẽderet in vacuo iuxta murum vel p aerẽ nõ plus reſiſtentẽ q̄ vacuũ: & ſit ſpatiũ muri vel aeris triũ pedũ, puta a, b c, lapis ille in vnico inſtãti tranſiret totũ ſpatiũ: nec eſſet prius duratione aut tẽpore in a, ſigno q̄ in b, nec ī b, q̄ in c, nec prius tranſiret ſpatiũ a, q̄ ſpatiũ b, nec ſpatiũ b, q̄ ſpatiũ c. dico tẽpore: natura tñ pri⁹ eſſet iuxta ſignũ a, & trãſiret id ſpatiũ, q̄ b, ſignũ, & q̄ tranſiret eius ſpatiũ. & ſil̃iter. de b, ad c, & ſimiliter in quolibet dictorũ ſpatiorũ pedaliũ prius natura intrat ip̃m prima medietas lapidis q̄ vltima: & ſimiliter quarta pars prędẽs q̄ alię. vt ſic ſecundũ rationẽ intelligendi ſiue imaginationẽ trãſit ſucceſſiue p partes illius ſpatii: & eſt totũ illud tẽpus imagnatum cum oĩbus inſtãtibus ſuis ſimul in eodẽ inſtanti reali in quo deſcẽdit. Et ſic ſi angelus ponať in vnico inſtanti tẽporis nr̃i pertranſire aliq̄d ſpatiũ: ſicut hic ponit trãſire diuerſa ſigna ſiue diuiſibilia ſiue indiuiſibilia in alio & alio inſtanti tẽporis ſui, illa nõ ſunt inſtantia tẽporis ſui ſecũdum veritatẽ, ſed ſolũmodo per imaginationẽ tm̃. Vnde q ponit q̄ talia duo inſtãtia tẽporis angeli ſimul ſunt in eodẽ inſtanti tẽporis noſtri, verũ dicit: ſed ſi intelligit q̄ ſunt ſecũdum rem & veritatẽ inſtantia tẽporis angeli, ip̃e id qđ

quo recipit actio volitionis formaliter potius dicit velle, q̄ illud, a quo generat. quēadmodū intellectus potius dicit intelligere, q̄ species, qua scdm illos generat. Potius ergo dicet affectio vult, & hō affectione formalit, q̄ volūtate. cōsequens falsum est, qa volitio nō est formaliter actio, q̄ est opatio, siue pfectio, nisi nature viuę & intellectualis, & p id qđ est aliqd de essentia, & substātia viuētis, qđ ē rō vitę in illo in quo est, vt in subiecto pximo. nūc aūt affectio nō est natura viuēs, neq; intellectualis, neq; de essentia, & substantia ei⁹ vt rō vitę in illo. ergo &c. Itē qñcūq; aliquid non est mouens ex se nisi sit prius motum ab alio motu, quo recipit ī se dispositionē aliquā, & tunc cōpositū ex illa dispositione, & ex eo qđ recipit ipsum, mouet ex se, sic q; vnum illorū sit ī illo rō mouētis, & alterum ratio moti, illa dispositio poti⁹ habet rōnem mouētis, seu est rō mouēdi, qa habet in se vim motoris a quo recipit, q̄ id in quo recipit. Verbi gra, si generans graue facit dispositionē grauitatis in ipso, puta in lapide, vt possit lapis amoto prohibente seipso descendere scdm dictum modum, ipsa grauitas in lapide potius habet rationē mouētis, q̄ moti. Vñ & propter hoc grauia, & leuia dicuntur moueri a generantibus ipsa. Et similiter est de motu in tellect⁹ ab intelligibili p speciē, q; causat ab intellectu, scdm quē modū ꝓcedūt eorum similia. Sed nec econtra possunt ponere, q; volūtas affecta
Q ta moueat ab affectione, vt ipsa affectio sit ratio motiua volūtatis, & actus volendi elicitiua. Hoc em̄ posset itelligi dupliciter. Vno mō vt tota volūtas sit mota, & nihil eius mouēs, sed sola affectio sit mouens formaliter. Alio modo vt aliquid volūtatis sit mouēs cum affectione, & aliqd volūtatis sit motū, qđ actū volitiōis in se recipit. Si primo istoꝝ modoꝝ intelligāt ꝓdicti, q; volūtas affectata mouet se, sic videlicet q; illa dispositio, seu dispositiōes, si plures sunt, sit tota rō formaliter elicitiua actus volēdi: hoc nō pōt stare, qa illud qđ nō est de substātia viuētis, nō pōt esse rō elicitiua actiōis vitalis in eo, sicut neq; actiuū talis actiōis pōt esse aliqd aliud, q̄ substātia viuēs. Aliter em̄ effect⁹. s. ipsa actio volendi esset nobilior, q̄ sua cā formalis, siue rō elicitiua illi⁹. Viuēs em̄ semp ꝓponit non viuenti. Illa autem affectio seu dispositio in volūtate non est de substantia viuentis, sed accidens in volūtate re differēs ab ea. Cū igit volitio sit actio vitalis, & p consequens nobilior quolibet alio accidente existēte in viuente: ob hoc em̄ scdm aliquos potentia aię nō pōt poni accidēs in aia, qa est
R ratio elicitiua actionis vitalis in illa: igit nulla affectio, seu talis dispositio in volūtate pōt esse rō elicitiua actus volēdi tota. Scdo patet hoc idē, qa cum quęlibet affectio sit forma naturalis hñs propterea determinatā potētiā mouēdi determinate ad vnū tātū, sicut & cęterę formę naturales, & sic solūmō moueret ad id, ad qđ volūtatē afficeret: vt em̄ dicit Anſel. de cōcor. gr̄æ. ca. xi. affectum est instrumētū volēdi suis aptitudinib⁹: bñ dr̄ hoīs aia cū vehemēter vult aliqd affectata eē ad volēdū illud, vel affectuose velle. & p hoc in eliciendo actū volitionis oīno tolleret liberū arbitriū, & solo naturali impetu eliceret ex coniunctione ꝓprii actiui cū ꝓprio passiuo oī impedimēto exteriori remoto, ita q; existēte tali affectiōe ī volūtate nō solū necesse illā esset velle illud si aliqd vellet secūdū modū supra reprobatū, sed etiā necesse esset q; absolute vellet illud, & nō posset illud neq; nō velle, neq; nolle, quia existente ꝓprio actiuo naturali cōiuncto a ꝓprio passibili oī impedimēto remoto necesse est ipm agere solā ꝓpriā actionē naturalē sibi debitā, nec ēt posset velle aliud, nisi etiā habēdo ī se affectionē ad volēdū aliud ꝓponderātē in virtute, qa illa affectione minus ponderante nequaq; moueret: sed alia ꝓponderante alia vero existente ęqualiter ponderāte scdm neutrā moueret, aut moueretur scdm vtrāq; simul. qđ ē impossibile, sicut īpossibile est intelligere plura simul, nisi ad vnū illorū moueret intellect⁹ & volūtas ī ordie ad alterū. Hic Anſel. determinat de casu diaboli ca. xiii. q; volūtas ñ pōt se mouere ad volēdū aliđ q̄ cōcepit: & nō pōt ñ moueri ad volēdū illđ. Nūc aūt scdm datā affectionē nō accepit volūtas velle aliud: sicut si accepisset āgelus de quo ibi loquit Anſel. solā volū
S tatē volēdi cōmodū simplr̄ vel solā volūtatē volēdi cōmodū sibi cōueniēs, p alteri⁹ illoꝝ affectionē nullo mō posset illđ nō velle, aut nolle, nec aliqd aliud velle nisi ꝓpter illud. Si vero ꝓdicti intelligūt q; volūtas affectata mouet se scdo mō: sic videlicet q; affectio gñalis & influx⁹ specialis cū volūtate cōcurrāt ī vna rōne elicitiua act⁹ volēdi: hoc adhuc cōtigit itelligi triplicit. Aut ī tali motiōe actiua affectio cū influxu dicit esse pricipalis & mouere mediāte volūtate, vt īstrumēto suo, aut ecōuerso, aut equaliter se habent ad illā. Sed istud non pōt stare, quia tūc existēte affectione & inclinante ipsam voluntatem ad actum volendi non plus posset facere voluntas quin sequeretur actio volendi secundum affectionem & influxum q̄ existente voluntate & inclinante ad actum volendi vel nolendi potest aliquid facere affectio quin sequatur actio volendi. consequēs falsum est, quia a voluntate dependet agere secundum affectionem vel non agere & non ecōuerso. ergo & cętera.

T Item vtrunq; duorum primorum membrorum inconueniens ponit. qđ patet prio vnica ratione contra vtrūq; illorum simul, qa quādocunq; agens pure naturale & agēs libero arbitrio simul ī

eadem actione cõcurrũt,hoc nõ põt esse nisi in actione ꝓpria naturali congruenti agenti naturali in qua agens libero arbitrio sequit agẽs naturaliter,puta in agẽdo ad motũ seu trãsmutationẽ grauis non potest concurrere agens liberi arbitrii cum naturali motiuo grauis, nisi in motu descensus,in motu em̃ ascensus grauis quia est mere violentus nõ potest cooperari agens naturale: qa natura ī cõtrariũ ĩclinat.Quare cũ scdm iã dicta affectio in voluntate mouet naturaliter tanq̃ ratio formalis: liberũ arbitriũ si aliquo modo simul mouet , sequitur motum affectionis. & sic ęquali necessitate impulsus naturalis mouebit aliqd in volũtate ad actũ volitionis qua secũdũ iam dicta mo

Euasio. uereť a sola affectione. Si dicať ad istud ꝙ hoc verũ est qñ solũ initiũ actiõis depẽdet a volũtate: vt V
contingit in exemplo de graui naturali posito in argumento. Sed quando initium actionis & processus eius omnino dependent a voluntate, tunc non est verum. Quod patet. nam si esset aliquid existens graue naturaliter & cum hoc volũtarium:& se volũtarie mitteret deorsum ita ꝙ libera volũtate posset pausare in medio motus & ipsum temperare secundum velocitatẽ & tarditatẽ:iã illa actio cum hoc ꝙ esset naturalis ratione grauitatis,esset etiam voluntaria ratione libertatis . & sic

Reꝑhensio. est a parte ista. Sed contra istud arguo: qa secũdũ philosophũ natura & volũtas sunt diuersa iter X
se,& distincta vt duo principia seu rationes agẽdi oim actionũ:sed scdm diuersitatẽ principiorũ & rõnũ agẽdi ẽ diuersitas actionũ scdm Damasc,igit nõ põt eẽ vna & eadẽ actio cuiꝰ natura & volũtas sit simul coelicitiua ratio.Quare si affectio ī volũtate sit elicitiua actꝰ volitiõis iã talis actio erit naturalis pure,nunq̃ enim natura & voluntas concurrunt in eandem actionem vt eius coelicitiuę rationes,nisi ipsæ concurrant inter se.Specialiter etiã arguit cõtra primũ membrũ,ꝙ videlicet in tali motione volũtatis nõ põt affectio esse principale agẽs & volũtas instrumẽtũ:qa in omni agẽte tam naturaliter q̃ artificialiter motus instrumenti sequit motũ principalis agentis.calor em̃ naturalis nõ generat aliquid secũdũ formam substantialem,puta asinũ secũdũ formã substãtialẽ,nisi ī virtute formæ substãtialis asini generantis existẽtis in calore seminis infusi ab asino descindẽte semen: nec calamus describit figurã nisi motꝰ a manu artificis.Si ergo principale agens & mouens sit affectio & ipsa mouet naturali impulsu,vt ostensum est priꝰ:ergo &c.Idem etiam arguit specialiter contra scdm mẽbrũ:ꝙ videlicet in tali motiõe nõ põt aliqd volũtatis esse pricipale & affectio instrumentũ:qa agens principale nõ elicit actionẽ mediãte instrumẽto,nisi scdm exigẽtiã instrumẽti.quare cum affectio instrumẽtũ nõ se habet nisi ad vnũ tm̃ mediãte illa sicut priꝰ nõ põt nisi in vnũ tm̃:sicut si calamus nõ esset mediũ instrumẽtũ ex natura sua,nisi ad depingẽdũ figuram rotũdã,nequaq̃ mediãte illo posset depingere figurã angularẽ.Cõtra hęc tn̄ videť sentire,ꝑcipue secũdũ illd vltimum mẽbrũ,Ansel.quando dicit de concor.gratiæ & liberi arbitrii cap.xii.in fine.Volũtas instrumẽtũ mouet oĩa alia instrumẽta qbus sponte vtimur & q̃ sunt in nobis:ipsa vero se suis affectionibus mouet.& infra.Quia & illa vult quæ affectione vult : & affectio vult ꝑ quã illa vult : sicut videre dicit & homo q visu videt & ipse visus quo videt. Vnde nõ absurde possum⁹ dicere affectiones eius voluntatis quã instrumẽtũ animæ dixi:q̃si instrumẽta eiusdẽ instrumẽti:qa illa nihil nisi istis operať,pdito igit instrumẽto volẽdi iustitiã,i.rectitudinẽ, nullo modo nisi ꝑ dei gratiã redať põt volũtas instrumẽtũ velle iustitiã.Si dicãt aliqui volentes Ansel.exponere distinguendo circa actũ volũtatis:ꝙ,s.aspiciendo ad subam actꝰ volitiõis in eliciẽdo formaliter pricipalius agit affectio:& est volũtas vel liberũ arbitriũ eius instrumẽtũ:aspiciendo aũt ad modũ eliciendi ipm actum principalius agit liberũ arbitriũ:eo ꝙ ipm habet determinare se ad actũ volẽdi vel nolendi scdm ꝑdicta:& hoc mõ affectio est instrumẽtũ volũtatis.Isto scdo modo loquit Ansel,cũ dicit affectiões eẽ instrumẽta volũtatis.Sed primo mõ videť loqui Augustin,cũ dicit de charitate q̃ est affectio q̃dã infusa a deo,ꝙ ipa se habet ad volũtatẽ sicut sessor ad equũ. Isti igit tria ponũt ꝑ ordinẽ,s.libertatem Y
arbitrii vt est determinatiua actꝰ volẽdi vel nolẽdi:& ipsam affectionem,et tertio liberum arbitriũ vt est ratio elicitiua actionis quæ est volitio, vt sit affectio media inter liberũ arbitriũ vt est actus determinatiua ratio,& vt est ratio elicitiua eiusdem.Et hoc ponunt quasi ipsa determinatio sit in se quædam actio & alia ab actione eliciendi:qđ nõ est verũ:quia nulla est actio voluntatis,nisi volitio q̃ non fit in voluntate ꝑ aliquam aliã actionem:immo ipsa est actio quę sit,determinatio autem dicta non est nisi relatio quædam siue ordo quo voluntas se extendit ad volendũ vel nolẽdum siue ad volendum hoc vel illud. Ad talem aũt sui ordinationem nequaq̃ requirit affectionem vt instrumentũ mediũ,etiam si forte requireret ipsam ad eliciendũ actum volitionis,ad nihil em̃ aliud videť ponere ipsam Ansel. Ad videndum aũt quomodo scdm Anselmũ affectio qualiscũq̃ ponit instrumẽtũ volũtatis,& ecõuerso scdm Augu.ponit volũtas esse instrumẽtũ affectiõis,circa actũ volitiõis Z
duo sũt cõsiderãda,s.& subа actꝰ & modꝰ siue q̃litas aut forma actꝰ circa subam ipsiꝰ.Et ẽ subа actꝰ

quãtum est de se semper eiusdem ratiõis: & diuersificatur secũdum qualitatẽ & formã quę cõsistit in volendo excessiue vel remisse vel tẽperate. Forma autẽ qua volitio est tẽperata: & econtra forma qua est excessiua, aut remissa duplex est. Quędam ex obiecto ad quod terminatur actus. Alia vero ex ratione elicitiua actus. Ex obiecto em̃ dicitur actus volitionis excessiuus: quia volens vult quod nõ cõuenit eũ velle: nec cõpetit: nec congruit ꝓpter obiecti voliti magnitudinẽ: sicut nõ cõpetit homini velle esse simílẽ deo cũ effectu: intẽdẽdo actu voluntatis ex puris naturalibus illam attingere hoc em̃ nõ cõpetit ei: quia illud nimis excedit potẽtię naturalis. Dicitur autẽ ex obiecto remissus: quia volens vult qđ nõ cõuenit eum velle propter obiecti voliti paruitatẽ: sicut nõ conuenit homini velle esse simílẽ iumẽto cum effectu, ad hoc intẽdẽdo. & hoc quia nimis est infra id ad qđ natura humana nata est attingere. Dicitur autẽ ex obiecto tẽperatus, quia volens vult qđ congruit eum velle propter obiecti voliti mediocritatẽ: sicut cõgruit homini velle esse simílem deo cũ effectu: intẽdẽdo ad illud actu voluntatis adiutę gratia: & hoc quia hoc congruũ & cõsentaneum est naturę humanę. Ex ratione vero elicitiua actus dicit actus volitionis excessiuus: qa volens intensius vult volitum q̃ competit eũ velle: & dicitur similiter remissus: quia volens remissius vult volitũ q̃ cõgruit eum velle illud, dicitur etiã temperatus: quia temperate sicut congruit eum velle illud vult.

A Dico ergo ꝙ aspiciendo ad substantiã actus volitionis: & id qđ est secundum se, sola voluntas est ratio elicitiua: & quælibet alia vis cognitiua, & appetitiua sensibilis: licet diuersimode: vt supra expositum est: nec in hoc operatur aut cooperatur quic̃q̃ voluntati quęcunq; affectio. Aspiciendo autem ad vtranq; formã, & qualitatẽ actus: dico ꝙ affectio operatur vt affectio iusti ad volendum iuste & temperate, & affectio commodi absq; iustitia existens ad volendum excessiue vel remisse Dico aũt affectionẽ iusti qua qs vult iuste aliqd: & hoc siue iustitia naturalis & innatę rectitudinis ad vel secũdũ cuius formã eliciunt tẽperate actus impfecti quib⁹ generãtur habit⁹ politici: siue iusti tia virtutis politicę acquisitę, ad cuius formã eliciuntur actus politici perfecte & tẽperate: siue iustitię gratuitę quę charitas est: & infusa: ad cuius formã eliciũtur actus perfectissimi meritorii. Operatur autẽ ad formã & qualitatẽ actus ex obiecto aliter affectio cũ voluntate: & aliter ad illam quę est ex eliciente. Ad primã em̃ illarũ affectio operatur principaliter: & voluntas vt illius instrumẽtum: quia voluntas licet ex se vt ratio elicitiua substantię actus non tamen sub tali forma per se elicit ipsum: nisi in virtute iustitię siue affectus iusti secũdum tres modos iustitię iam dictos. Ex vi autem defectiua contrariæ affectionis: scilicet iniusti, siue iniustitię contrarię iustitiæ primo modo quę nihil aliud est q̃ propria defectibilitas liberi arbitrii, vel secũdo modo, vel tertio, vt est habitus iniustitię, voluntas deficit in excessum vel in remissionẽ. Operatur autẽ liberũ arbitriũ in virtute dictarũ affectionũ iusti, vel iniusti in eliciendo actum volitionis sub forma ex ratione obiecti sicut instrumentum illarum, quemadmodum calor qui ex se & ex propria virtute operatur ad eliciendum solummodo actum calefactionis vt instrumentum, agit in virtute alterius ad eliciendum actum calefactionis per formam determinatam ab illo in cuius virtute informatur in eliciendo, sicut enim calor in virtute propria: vt scilicet est calor simpliciter, non agit nisi vt ratio elicitiua actus calefactionis simpliciter: sic nec voluntas, vt scilicet est voluntas simpliciter, non agit nisi vt ratio elicitiua actus volendi simpliciter. Et sicut calor agẽs vt ratio elicitiua calefactionis ex se cũ est informatus virtute aliqua naturali & ꝓportionali alicui formę substantiali generandæ ex materia calefactibili in virtute illius agit eliciendo sub determinata forma & modo actum calefactionis scilicet secundum quã est actus ille dispositiuus materię: vt de ipsa forma substãtialis dicta generetur, puta de agendo, congregando, atq; cõmiscendo humidum & siccum: & constare illa simul faciendo: consimiliter voluntas agens: vt ratio elicitiua volitionis ex se cũ est informata affectione aliqua in virtute illius agit actum volitionis sub determiata forma: & modo tẽperato: scilicet secũdum exigentiã & congruentiã finis: per hoc ꝙ illa affectio, puta iusti: est tẽperamẽtũ quoddam in voluntate: vt actus elicitus a voluntate sub tẽperamẽto quodã ab ipo sicut a ratione elicitiua elicia tur. Qđ plane explicat Ansel. quãdo loquitur de voluntate cõmodi in volendo beatitudinem: & de voluntate iusti in volendo beatitudinẽ iuste, i. sicut iustum & congruum est hominẽ velle illam: dicẽs sic de casu diaboli, c. xiiii. Q̃m nec potest nec debet esse beat⁹: nisi velit & iuste velit esse beat⁹, necesse est vt sic faciat deus vtranq; voluntatem in illo conuenire, vt & beatus velit esse & iuste velit quatenus addita iustitia voluntati sic tẽperet voluntatẽ beatitudinis, vt resecet voluntatis excessum: & excedendi nõ amputet potestatẽ: vt tamẽ ꝑ hoc ꝙ volet simpliciter esse beatus modũ possit excedere: per hoc vero ꝙ iuste volet nõ velit excedere. Ecce plane ꝙ affectio iusti nõ est in volũtate vt ratio elicitiua vel coelicitiua actus volendi: sed solum vt temperatiua voluntatis: quatenus vo-

Nota de affectiõe in voluntate.

Affectio iusti & cõmodi.

luntas eliciens actum volitionis vt elicitiua vel potius in virtute illius agat vt temperate & modo congruenti illum eliciat resecando p hoc excessum cū possit excedere:& cōsimiliter(licet Ansel.nō dicat)resecando seu potius supplēdo defectū cū possit deficere.Et ratiōe huius tēperamēti qđ agit voluntas in virtute affectiōis circa actū quē elicit, dicit etiā affectio ipsa actum elicere:vt ratio elicitiua eius:licet nequaq̄ sit ratio elicitiua eius quo ad substātiā actus.& secūdum hoc dicit Ansel.in fine de cōcor.q̄ nō incōueniēter dicit q̄ volūtas vult:& q̄ affectio vult: q̄uis impropríe hoc dicat nihil em̄ ꝓprie vult:nisi habēs voluntatē. Minus etiā ipropríe dicit voluntas velle q̄ affectio, eo q̄ in ipsa affectione nō est actio volitionis sicut est in voluntate: sed hoc nō secūdum rationē illā qua est elicitiua:imo solūmō secūdū rationē illā qua de ipsa habet elici:& est ei⁹ receptiua.vt secūdum hoc minus ꝓprie dicat voluntas velle secūdum rationē illā qua elicit actū volitiōis q̄ secūdū illam qua ipm̄ recipit.Et ꝓpter idē etiā habēs voluntatē magis ꝓprie dicit velle voluntate q̄ affectiōe:& similiter magis ꝓprie dicit velle voluntate secūdū rōnē qua recipit in se actū volitiōis q̄ secūdū rationē illā qua eū elicit:& hoc loquēdo de prędicatiōe formali.forma em̄ qua volens vult nō est nisi ipsa volitio.Loquēdo autē de prędicatiōe effectiua sic cōsiderādo substātiā actionis volēs solūmodo dicēdus est velle voluntate:vt est ratio elicitiua:nequaq̄ vt est ratio receptiua:similiter nec ipsa affectio,eo q̄ nō est ratio elicitiua.vt dictū est. Considerādo autē formā & modū actionis elicitæ, sic secūdum formā q̄ est ex pte obiecti magis ꝓprie dicit volēs velle affectiōe q̄ volūtate.Et similiter affectio prędicatiōe effectiua magis ꝓprie dicit velle q̄ ipsa voluntas: eo q̄ forma illa actus magis & principalius ꝓcedit ex affectiōe q̄ ex voluntate. Vnde aspiciēdo ad talē formā actus dicit Augu.q̄ charitas se habet ad liberū arbitriū vt sessor ad equū.charitas em̄ quasi freno retrahit liberū arbitriū ne excedat i actū eliciēdo:& q̄si calcarib⁹ vrget liberū arbitriū:& stimulat ne deficiat,aut īmisse agat sed vt agat ad finē adipiscendū,sicut cōuenit & cōgruit:quēadmodū equus currit sicut cōuenit & cōgruit qñ decēter & pacifice ambulat.& ꝓpter hoc oīa opa meritoria potius attribuunt charitati:q̄ libero arbitrio:& in agēdo,& in eliciēdo,& qbuscūq̄ aliis modis.Sicut autē volūtas in virtute affectiōis agit,sic calor in virtute alicuius formę substātialis secūdum iam dictū modū:& econtra quēadmodū calor agēs ex se vt ratio elicitiua calefactionis cū est informat⁹ aliqua virtute naturali defectiua ab esse alicui⁹ formę substātialis,in virtute illi⁹ agit sub cōtraria forma & mō:vt calor putrefactus in materia cuius naturalis dispositio secūdū formā substātialē corrupta est: non agit nisi vt rō elicitiua calefactiōis:secūdū quā qđ putrefit hēt deuenire ad cōplētā puluerisationē,s.disgregando & dissipādo p hūidi exhalationē ea q̄ pri⁹ in mixto cōstabāt cōgregata p gñationē: cōsimilr & volūtas agēs vt rō elicitiua actus ex se cū est informata affectione aliq̄ defectiua in vi illius agit actū volitiōis excessiue vel remisse:& p hoc affectio iusti ē intēperamētū qđdā in volūtate vt act⁹ elect⁹a volūtate absq̄ medio& tēperamēto elicit.Sic ergo patet quō volūtas i eliciēdo actū volitiōis sub forma accepta in actu ex rōne obiecti opāt sicut instrumētū affectionū iusti vel iiusti.in eliciēdo autē actū sub forma accepta ab eliciēte,nequaq̄ opa volūtatis iducēdo talē formā in ipo actu fit instrumētū affectionū:sed pot⁹ ecōuerso affectiōes agūt ad illā formā:vt īstrumēta volūtat(:& liberi ar.Sicut em̄ forma actiōis ex obiecto cōsistit i mō medio tēpato quo cōgruit velle finē & niti ad ipm̄ sicut & forma curs⁹ eq est decēs ambulatio q̄ ꝓportionalr passib⁹ pedū anteriorū illos passus passib⁹ pedū posteriorū trāsgredit:sic etiā forma actiōis ex elicitate cōsistit in motu ītēso vel remisso volendi & actiōe volūtatis intēsa vel remissa i tēdēdo i finē pdicta forma suppositā.& hoc quēadmodū ē forma cursus eq cū est velox vel tardus salua ꝓportiōe formę pcedētis i ambulādo. Et dico hāc formā ꝓuenire ex pte eliciētis actū:qa modū hūc nō iprimit in agēdo i virtute affectiōis sed ꝓpria supposita affectiōe,& forma pcedēte circa actū. Sed sub tali forma ex pte eliciētis actū accepta pōt ab eliciēte act⁹ causari dupl'r. Vno mō stimulante ipa affectiōe ipam volūtatē ad ītēse vel remisse eliciē dū actū.& tūc adhuc affectio ē pricipale in actu q̄ ad hāc formā inducēdā:& volūtas instīm:q̄q̄ volūtas inducat illam ꝓpria virtute:licet stimulata virtute alterius nō autē in virtute alterius. Alio mō nō stimulāte ipsa affectiōe sed volūtate seipam stimulāte:& tūc voluntas est principale:& affectio instrumētum qa assumit ipsam in vsum & facultatē suā ad expedite & efficaciter siue intense exequēdū actionē suā: & hoc quēadmodū si equus sanitatē habens in mēbris vtat illa ad velociter currēdum,ipa esset instrumētū eq respectu velocitatis in cursu. Et sic affectio quæ inquātū est instrumētū voluntatis,charitas est ,est quędā sanitas volūtatis: inquātū vero stimulat ad motus intentionē salua eius tēperantia adhuc habet rationē sessoris: & pricipalis agētis,& voluntas instrumenti. quēadmodū si equus agitatus furia currat velociter ipa furia quasi sessor est equi & equus ipse instm̄.Propter qđ dico q̄ in his dictis & in aliis cōsimilib⁹ oportet Ansel.exponere p seipm̄:sed regrit diligētē lectorē. Ad intellectū igitur talium dictorū Ansel,sciendū est q̄ duplex est volitio

quędã qua quis vult cõmodũ ſimpliciter:alia qua vult iuſtũ,de qbus ꝓcedit determiatio Anſel.cũ dicit ꝙ voluntas nihil vult niſi ſuis affectionibus,vnde oẽs affectiones quib⁹ aliquid vult voluntas reducit ad affectionẽ cõmodi & iuſti,quas vocat aptitudines ſiue habilitates quaſdã ad eliciendum actus volũtatis.Qđ & declarat ꝑ ſimile ī viríb⁹ ſenſitiuis vbi dicit ibidẽ,ca.xi.Sicut habem⁹ in corpore mẽbra & quinq; ſenſus ſingula ad ſuos vſus apta quib⁹ tãq̃ inſtrumẽtis vtimur: vt ſunt manus aptę ad capiendũ:pedes ad ambulandũ:lingua ad loquẽdũ:viſus ad vidẽdum:ita & aĩa habet in ſe quaſdã vires:quib⁹ vtit velut inſtrumẽtis ad vſus cõgruos. Eſt nãq; ratio ī aĩa q̃ ſicut ſuo inſtrumẽto vtitur ad ratiocinãdũ:& volũtas quavtitur ad volendũ.Qm̃ ergo ſingula iſtrumẽta habẽt & hoc qđ ſunt,& aptitudines ſuas: diſcernim⁹ in volũtate inſtrumẽtũ & aptitudinẽ,quas aptitudines in volũtate poſſumus noĩare affectiões,& infra.xii.ca.Nã ſicut viſus plures habet aptitudines:ſcilicet ad videndũ lucẽ,& ꝑ lucem ad videndũ figuras & ad videndũ colores:ita inſtrumẽtũ volẽdi duas habet aptitudines q̃s voco affectiões,quarũ vna eſt advolẽdũ cõmoditatẽ:altera ad volendum rectitudinẽ.Nempe nihil vult volũtas quę eſt inſtrumẽtũ &c. vt ſupra in queſtiõe qđ eſt per ſe & primo obiectũ voluntatis,& infra.ca.eodẽ.Velle autẽ ęquocũ eſt,ſicut videre,quẽadmodũ nãq; dicit videre q vtitur viſu:& qui nõ vtitur,ſed habet aptitudinẽ videndi:ita aſſerit velle & q vtitur inſtrumẽto volendi,& qui nõ vtit:qm̃ affectionẽ hoc eſt aptitudinẽ habet volendi.&.c.xiii. Ex his duabus affectiõibus deſcẽdit oẽ meritũ hominis:ſiue bonũ:ſiue malum,quę in hoc differũt quia illa q̃ eſt ad volendũ cõmodũ inſeparabilis eſt.Illa vero quę eſt ad volẽdũ rectitudinem ſeparabilis. His prelibatis ſciendũ ꝙ triplex eſt affectio cõmodi,prima a deo ꝑ gratiã:ſecunda ꝑ actus noſtros impreſſa:tertia a deo naturaliter naturæ indita.Prima affectio charitas eſt inquantũ ipſa diligimus deũ:vt ipſe eſt finis omniũ:& oĩa alia inquãtũ ordinãtur in ipſum:vt ea quę ſunt ad finem: & ipſa eſt affectio cõmodi:inquãtũ ſub generali nomine cõmodi cõtinent & bonũ qđ eſt finis:& bona quę ſunt ad finẽ,ſecũdum ꝙ ſupra eſt declaratũ.Secũda affectio eſt amor qui eſt paſſio cõcepta de rebus nobis placentibus:& cũ eſt vehemẽs dicitur zelus,q cũ bonus eſt & tẽperat⁹,atq; licitus dicitur amor amicitię,cũ vero eſt malus intẽperatus & illicit⁹ dicitur amor cõcupiſcentię ſiue cupiditatis. dicente Anſel.de cõcord.cap.xiii. Voluntas illa quę eſt ad volendũ cõmodũ non ſemp eſt mala:ſed quãdo cõſentit carni cõcupiſcẽti aduerſus ſpm̃.Tertia affectio eſt amor naturaliter indi tus volũtati ad bonũ:& ita nihil eſt additum ſuper eſſentiã animę ad volitiuam potentiam qđ re differat ab aliis.Sed eſt ſolũmodo quędã naturalis habilitas & aptitudo ad volendũ cõmodũ ſtatim cũ offertur:quę vt dicit Anſel.c.xiiii.de cõcor,nõ velle nequit. ſecũdum quã etiã oĩa bonũ appetunt. & ideo iſta affectio eſt inſeparabilis:& nõ ſolũ in hoĩbus:ſed etiã in brutis, dicente Anſel. de caſu diaboli,c.xiii.Cõmodũ nõ ſolum oĩs rationalis natura:ſed etiã omne quod ſentire põt vult & vitat incõmodũ. Prima affectione pauci mouẽtur quia in paucis eſt charitas ſecũdum philoſophũ ſed de iſtis nõ loquitur Anſel.& ſunt ſeparabiles:licet ꝑ ſecũdã plurimi experiant moueri,ꝓper qđ nõ eſt mirũ ſi voluntas humana nõ dicatur moueri niſi ſuis affectionib⁹.Tertia eſt in oĩbus hoĩbus etiã in brutis:& inanimatis:& de iſta tertia affectiõe cõmodi loquit ſolũmodo Anſel.Propter id qđ dictũ eſt hic: ꝙ vnũ & idem:ſcilicet charitas põt accipi vt affectio cõmodi:& eadem põt accipi vt affectio iuſti: Sciẽdũ ꝙ ſi ponat charitas vt affectio cõmodi:& etiã vt affectio iuſti:hoc eſt ĩquãtũ iuſtũ eſt cõmodũ.Vnde alia & alia ratione eſt affectio cõmodi & iuſti,eſt em̃ affectio iuſti inquãtũ illud eſt ſecũdum ſe bonũ & elígibile:eſt autẽ affectio cõmodi inquãtũ illud iuſtum eſt bonũ & cõueniens volenti. De affectione autẽ quã iuſtitiã ſiue rectitudinẽ vocant:ſimiliter ſciendũ ꝙ triplex eſt:quędã gratuita:quę nõ habet niſi a deo ex gratia:quędã politica,ſiue moralis:quę nõ habet niſi exercitio operis:quędã vero naturalis quę eſt naturę indita,quarũ prima & ſecũda ſunt habit⁹ quidam in voluntate:& oĩno ſeparabiles & differunt re a voluntate in qua ſunt. Et de prima iſtarũ ſolũmodo loquitur Anſel.ſecũdum ꝙ de voluntate & de iuſtitia loquens dicit vbi ſupra,ca.iiii. Velle iam nequit niſi habẽs:habere illam nullatenus põt niſi ꝑ gratiã,De tertia loquit philoſoph⁹. Et eſt iuſtitia generalis cõprehendens ſub ſe oẽs habitus virtutũ moraliũ quia nõ poteſt facere ex habitu iuſta niſi habẽs iuſtitiã:ſic neq; fortia niſi habẽs fortitudinẽ,nec tẽperata niſi habẽs tẽperantiã.Tertia nõ eſt habitus:ſed naturalis quędã aptitudo in libero arbitrio:& habilitas ad eliciẽdũ quę recta & iuſta ſunt:& eſt inſepabilis: & re idẽ cũ volũtate:ſicut aptitudo viſus ad vidẽdũ cũ viſu:& aptitudo intellectus ad intelligendũ cũ intellectu,ſed iſta habilitas multũ reprimit ꝑ habitus vitioſos manet tamẽ in re naturaliter remurmurãs malo:ẽt in dãnatis:& ptinet ad ſyntereſim.Et de qualibet dictarũ triũ iuſtitiarũ vere põt dici ꝙ nõ põt rectitudinẽ velle ſiue iuſtitiã: niſi hñs eã. Ad cui⁹ intellectũ ſciendũ eſt ꝙ tribus modis vult aliquis rectitudinẽ ſiue iuſtitiã.Primo modo minus dili-

C Affectio cõmodi triplex.

D Affectio iuſti triplex.

gendo eam,q̃ vt iustus esse valeat:& diligendo eã ipse sibi acquirat,& p hunc modũ iniustus carẽs habitu iustitię primo & secundo modo:p iustitiã tertio modo põt diligere in alio iustitiã primo & secundo modo,secundũ q̃ dicit Augu.xiiii.de trini.c.iii. Secundo modo vult aliquis rectitudinem id est iustitiã & primo vel secundo modo:intãtũ diligẽdo eã vt p hoc iustus esse valeat,dicẽte Augu.i.de libero arbitrio,c.xvii. Voluntatẽ bonã si bona volũtate diligimus,consequẽter illę virtutes animũ nostrũ icolent:quas habere est honeste viuere:& recte. Qđ verũ est de virtutib⁹ politicis diligendo eã rectitudinẽ voluntatis tertio modo:sed nõ de virtutibus gratuitis nisi diuina gratia assistente,secũdum q̃ illud dictũ suum exponit in lib.Retract. Tertio modo vult aliqs rectitudinẽ:siue iustitiã:siue primo:siue secũdo mõ:tãtũ diligẽdo eã vt secũdum eã opari nõ cesset:& sic nõ nisi iustus politice põt velle iustitiã:seu diligere generalẽ iustitiã politicã:nec nõ nisi iustus gratuito põt velle siue diligere iustitiã generalẽ gratuitã,tales em̃ actus volendi & diligẽdi:sunt actus pfecti volendi iustitiã:q̃ nõ ꝓcedunt nisi ex habitu. Actus autẽ volẽdi & diligẽdi iustitiã primo modo sunt actus ipfecti nõ ex habitu,sed primi in politicis sunt dispositiui ad habitũ ipfecte:& a remotis:secũdi vero sunt iductiui habit⁹ sub esse incõpletissimo:q̃ augeẽ ex actibus elicitis ex ipso habitu, cõsimilibus illis ex quib⁹ primo est generatus,vt patet p doctrinã philosophi secũdo ethicoꝝ. Sic ergo patet q̃ ponẽdo voluntatẽ moueri suis affectionib⁹ ad euadẽdum dictũ argumẽtũ,icurrit incõueniẽs maius:& qđ plus est nec ipi p dicta sua euadere possunt difficultatẽ concluſam in argumẽto:q̃ voluntas ex se habeat q̃ determinet se ac p hoc moueat se in actũ volendi:nec hoc habeat ab affectiõe aliqua:licet nõ determinet se seu moueat ad actũ volendi sine affectiõe, vt dicũt: seipsa ergo vadit de potẽtia ad actũ:& secũdum idẽ re est mouẽs & motũ prio & p se. Q̃z ergo dicitur in argumẽto idem incõueniẽs &c.dico q̃ cũ dicit aliquid moueri a seipso primo secũdum totum quatuor notãtur:ex quib⁹ vel ex aliquo illorũ illud habet q̃ sit incõueniẽs. Quorũ primũ ẽ ipm moueri:qđ ponit nunc se habere aliter q̃ prius:qđ necessario cooperatur ad hoc q̃ illud sit inconueniens:quia si poneretur aliquid moueri a seipso primo secũdum totum absq; eo q̃ aliter se habeat nunc q̃ prius,nõ eẽt incõueniens ponere. hoc em̃ mõ deus a seipso secũdum totũ mouet motu intellectionis & volitiõis exclusa sola ratione aliter se habẽdi nunc q̃ prius a signatiõe motus. Secũdũ est qđ dicitur a se ipso:qđ similiter necessario cooperat ad dictũ incõueniẽs,qa si ab alio ponat aliqd moueri prio secũdum totũ,nullũ oĩno est incõueniẽs,puta cũ lapis proiicit sursum. Tertiũ est qđ dicit primo:i quo intelligit p se: qđ similiter necessario cooperat ad idẽ:qa si ponat aliqd moueri a seipso secũdario & p accidẽs,nullum oĩno est incõueniẽs,puta qñ nauta existẽs in naui mouet nauẽ q̃ primo mouet ab alio vt a nauta:ipse secũdario & p accidẽs mouet secũdum totũ a seipso qa p motũ nauis. Quartũ est secũdum totũ:qđ similiter necessario cooperat:qa nullũ oĩno est incõueniẽs aliqd cõpositũ moueri a seipso primo secũdum vnã partẽ sui:& mouere secũdum aliã:& hoc siue sit pars cõpositi qđ est vnũ p accidẽs sicut grauitas in graui:qua graue mouet se large sumendo motũ,extẽdendo nomen motus ad mutationẽ:qđ nõ refert ad ꝓpositũ:qa & ꝓprie moueri:& similiter mutari,ambo includũt nũc aliter se habere q̃ pri⁹:siue sit pars cõpositi qđ est vnũ p accidẽs: & hoc siue fuerit intergrans quãtitatẽ:quẽadmodum dicimus q̃ aĩal mouet a seipso primo secundum dextrum mouens & secundũ sinistrũ motũ,siue integrãs essentiã:quẽadmodũ dicim⁹ q̃ aĩal mouet a seipso primo secundum animã mouentẽ:& secundũ corpus motũ.& in solo isto quarto est ratio incõueniẽtis i ꝓposito si sit incõueniens,eo q̃ voluntatẽ moueri & se habere aliter nũc q̃ prius nullum est incõueniens. Hoc em̃ in solo deo est incõueniens:similiter q̃ ponat moueri a seipsa & primo & secũdũ totum. Si tñ esset sufficiẽter in ea aliqd quo p se moueret:& aliqd quo p se mouereť:nullum oĩno eẽt incõueniẽs sicut nec q̃ graue mouereť a seipo primo. Sed talia duo:vt dicit argumẽtũ,nõ inueniũtur in voluntate:qa nõ sunt in ea diuersa:nisi secũdum rationẽ tm̃:quorum diuersitas nõ sufficit sic em̃ moueri a se primo secundũ vnã rationẽ:& mouere secundũ alterã, esset moueri a se primo scđm totũ:qa illud secũdũ dictas rõnes est idipsum:& totũ qđ ei⁹ est,& sicvt videt nequaq̃ sufficit ad seipsum mouendũ alia & alia ratio in illo:quia mouens inquãtũ mouẽs est in actu secũdum illud ad qđ motũ est in potentia: & impossibile est q̃ idem re licet habeat diuersas rõnes in actu & in potẽtia idem & secũdum idem,& duo diuersa ratione, sint in voluntate: & tali diuersitate quę sufficit vt secũdum vnũ illorum sit mouens:& secũdum aliud motum, & nõ a se primo secũdum totum:& q̃ secundũ vnum illorũ potest esse in actu ad qđ est in potentia secũdum aliud. Ad quorum intellectum distinguendum est aliqd ex parte diuersitatis secundũ rationẽ:& aliquid ex parte actus. Est siquidẽ diuersitas aliquorũ secundum rationẽ triplex. est quędã illorũ quę sunt in ipsa re: & similiter eorũ diuersitas atq; pluralitas:& ambo ab intellectu sunt perceptain re:& per hoc sunt

Ad formam tertii argu. principalis.

concepta in ītellectu:& hñt eē in intellectu:q̄lis ē diuersitas in ſpecie gñis& dr̄ię.ppter qđ facit verā cōpoſitionem in illa.Alia vero eſt ipſorum quæ ſunt in ipſa re & ab intellectu percepta eſſe in re,& p hoc ſunt cōcepta in intellectu: ſed eorū diuerſitas aut pluralitas non eſt in re ipſa nec ab intellectu pcepta in re eſſe,ſed ab ipſo ſolo intellectu ex cōſideratiōe rei & illorū in ipſa cōcepta eſt in intellectu,& habet eſſe in ipſo ſolo.q̄lis ē diuerſitas in deo veri & boni & aliorꝫ attributorū, vt tactū eſt ſupra in prima queſtione.Tertia autē eſt illorum quæ non ſunt in ipſa re nec ab intellectu percepta eſſe in re,ſimiliter nec ipſorū diuerſitas:ſed ab ipſo ſolo intellectu ex ſimplici cōſideratiōe ipſius rei ſunt concepta & eorum diuerſitas in intellectu:& in ipſo ſolo habēt eſſe:qualis eſt diuerſitas & plu
H ralitas definitiōis & definiti,& ſimiliter dextri & ſiniſtri in colūna. Dico ergo q̄ diuerſitas aliquorum ſecundū rationē iſto tertio mō nō ſufficit ad hoc q̄ aliqđ ſecūdū diuerſas rōnes poſſit eſſe mobile & motiuum & ſic ſeipſum mouere.Sic enim mouere ſeipſum ſecūdum diuerſas rationes eēt mouere ſeipſum ſecūdū totū primo vt ꝓcedit rō:quia illa diuerſitas nō eſt in re: nec aliqđ facit ad rationē mobilis vel motiui.Diuerſitas autē ſecūdum rationē ſecūdo modo ſufficit in deo ad hoc q̄ ſeipſum vere dicaī mouere ſecūdum actū intelligēdi: ſed ſecūdum aliud & aliud ſecundum rōnē in ipſo:qa ſecūdum rationē veri mouet:ſecūdum rationē aūt ītellectus mouet.Et ſicut iſta diuerſitas ſcđm rōnē ſufficit ī deo:vt vere poſſit dici mouere ſeipm̄ p̄mo,licet nō ſecūdū totū,ſed ſcđm aliqđ ſui mouet,& ſecūdum aliqđ mouet:& hoc excludendo ibi a motu oēm rationē mutatiōis in aliter & aliter ſe habēdo,ſicut dictū eſt:ſic diuerſitas ſecūdum rōnē in volūtate hūana & angelica ſufficit ad hoc q̄ vere poſſit dici mouere ſeipm̄ primo:ſed nō ſecūdum ſe totum ſed ſecūdū aliud & aliud qa volūtas tā angeli q̄ hois vt eſt appetit9 ſimplr:ſe habet ad ſeipm̄ vt eſt rōnalis ſiue liber aut liberi arbitrii:ſicut ſe habet genus ad differētiā.Hęc eī duo nominat volūtas tāq̄ ſpēs cōpoſita: ſicut eī hō eſt aīal rōnale,ſic volūtas eſt appetit9 rōnalis,in qua rōnalitate includit libertas ei9 reſpectu finis:& liberū arbitriū reſpectu eorꝫ q̄ ſunt ad finē. Ideo vt dicit Damaſce.li.ii.c.xxiiii.nec voluntas dicit irrōnabiliū appetit9. volūtas eī eſt rationalis & liberi arbitrii naturalis appetitus.& infra.c.xxix.lōq̄ appetēs ſi velit ptātē habet refrenare appetitū vel ſeq̄ eū.Qđ intelligo nō de appetitu ſenſitiuo tātū:ſed de illo q̄ includit in volūtate.de quo dicit in dicto capi.xxix.Ducit magis rōnalis appetitus:libero arbitrio eī appetit:& iſtum motū quē facit voluntas q̄ eſt appetit9 rōnalis eo quo ratio eſt vt vna parte ei9 in appetitu:inquātū eſt appetitus ſimplex : vt in ſubiecto receptibili:& paſſio vt in alia parte ei9,pōt retrahere ceſſando amouere:vel p ipſum continuare, qđ eſt refrenare appetitū vel ſeq̄ ipſum, Vt ſecūdū hoc iuxta imaginationē Anſel.ſupius tactā imaginemur animā rationalem vel angelū primo factā in nuda ſubſtātia,q̄ ex illa eſſet in ſola potētia eſſentiali ad actū volendi:ſecundo factā in ipſa appetitū ſimpliciter:p quē eſſet in potētia accidentali ad recipiēdū in ſe actum intelligēdi ſi eſſet agēs illū:tertio libertatē,p quā eſt in potētia accidētali ad eliciendū actū volendi:& quarto ipſi datā eſſe affectionē naturalis habilitatis ad volēdū cōmoda ſimpliciter: q̄ vt dictū eſt ſecūdū Anſel.nō velle negt.& ſecūdū q̄ dicit Boetius,mētibus hoīm naturaliter īſerta eſt ſummi veriq̄ boni cupiditas.Anſel.autē dicit.Secūdum oīm ſenſum in beatitudine eſt ſufficientia cōpetentiū cōmodorū ſiue oīm indulgētia,& q̄ quīto ipi data eſſet affectio naturalis aptitudinis ad volendum iuſte cōmoda:quę vt ſic appetūtur,nō ſunt niſi cōueniētia & cōpetētia:ſed hoc nō ſolū, ſed cū poteſtate ipſa nō volendi iuſte,deſerendo regulā naturalis iuſtitię:& ibi ſtatus.qa nō ſupad-
I duntur niſi habitus & paſſiones & influentię ſi ſint ſeparabiles. Ex parte aūt actus qñ dicit q̄ mouens vel id qđ mouet debet eſſe in actu reſpectu eius qđ mouetur: vel quo mouet: dico q̄ agens ſemp eſt tale in actu quale eſt mobile in potētia.ſ. actione vel virtute. Actione puta qñ calidū agit in frigidum qđ eſt potētia calidū.& idē eſt calor ſecūdum ſpeciem in agēte q̄ poſtmodū fit in paſſo & hoc generale eſt in oībus generātibus & ꝓducētib9 aliqđ vniuoce.ſemp eī ſimile ꝓcedit a ſimili in ſpecie.Sed talem ſimilitudinē,vt dicit Philoſophus.vii.metaphyſicæ,nō oportet vbiq̄ regrere vt cū ex equa & aſino generaī mulus: eſt eī virtus illoꝝ cōmixta in ſemine quaſi mulus:qa licet mulus nō ſit mulus actione:eſt tñ mulus virtute,quēadmodū ſol calefaciens eſt calidus virtute:&
K quēadmodū graue virtute eſt deorſum:ppter qđ mouet ſe deorſum amoto impedimēto. Conſimiliter dico in ꝓpoſito:q̄ ſicut lapis a generāte habet formā grauis qua deſcēdit deorſum ſi nō impediatur:vt quantum recipit de forma grauis, tantū & de motu,& de deſcēſu : ita q̄ in illo inſtanti in quo pfecte generata eſt forma grauis,eſt pfecte mutatū deorſum: & ſi exiſtente impedimēto generet,ſurſum ē vt potētia accidētali,vt ſtatim amoto impedimēto deſcēdat:ppter qđ grauia & leuia dicunt in.viii.phyſicoꝝ,moueri a generātib9 ipſa:& hoc qa dant formā qua mouent:habita tñ illa forma ipſa mouent ſeipſa p ſe primo:ſed nō ſecūdum totū,vt dictū eſt:Sic appetitus humanus

non organicus ſi ſimpliciter cõſideret, habet a cauſante formã liberi arbitrii : qua vult ſecundum actũ aut libere põt velle amoto ipedimento qđ eſt abſentia obiecti:& ipſo facto pſente ī intellectu p cognitionẽ tũc libere vult ſi illud ſit finis ſimpliciter:vel põt libero arbitrio velle ſi ſit ad finem.& quãtũ recipit hõ de forma libertatis,tãtũ de ptãte ad eliciẽdũ actũ volitiõis.Propter qđ volẽtes poſ ſunt dici moueri a deo ī oĩ actu volẽdi.dicẽte Anſel.Ille veri⁹ dicit facere oẽ qđ facit natura &c. vt ſupra.Poſtq̃ tñ hõ habet a deo ſibi datã hmõi formã,põt moueri ſecũdũ ipſam ceſſante ipedimẽto abſq; eo q̃ ab alio moueat:& ſic a ſeipõ mouet primo licet nõ ſecũdũ totũ. & hoc quẽadmodũ ſi ſol eſſet virtute calidus:& caloris gñatiuus:q̃ſi aliqua potẽtia eius actiua ī eo qđ eſt formale in ipõ exiſtente:& cũ hoc eſſet ſuſceptiuus calefactiõis verę,& formaliter natus eſſet recipe in ſe calorẽ verũ ipſemet ſemetipm calefaceret cũ ceſſaret ipedimẽtũ:& hoc maxime in re ſpũali nõ corporali.de qua principal'r pcedũt rõnes Ariſto,q̃ oẽ qđ mouet ab alio mouet.q̃s inducit.ī.de aĩa. &.vi.vii.&. viii. phyſicorũ.ſecũdũ q̃ illas ſoluit Macrobius vt alias recitaui:& maxime de motu,q nõ eſt vere motus ſucceſſiuus:nec mutatio trãſiẽs:quę ſunt actus impfecti ſecũdum q̃ impfectũ eſt:ſed opatio ſimplex tota ſimul exiſtẽs & pmanẽs ſecũdũ libitũ agẽtis:q̃ eſt actus perfecti ſecũdũ q̃ pfectũ eſt.In vno eñ motu aut mutatiõe aliq̃ mouẽs & motũ & ratiões motiuę & mobiles ſunt diuerſa: atq; ſepatę re ſubiecto & loco:vt qñ ignis cõburit ligna:& vniuerſal'r qñ mouẽs & mobile ſunt diuerſa tota ſe parata.Aliqñ vero ſũt diuerſę & ſeparatę re,ſubiecto,& ſitu,licet nõ loco.vt qñ ī aĩali bruto dextrũ mouet ſiniſtrũ:& vl'r qñ mouẽs & mobile ſunt partes vnius,ita q̃ vna pars ſit oĩno alia ab altera & nihil eius qđ eſt ī vna parte ſit ī altera.Aliqñ vero nõ differũt loco,nec ſubiecto,nec ſitu:ſed re tãtũ vt patet in motu grauis.Aliqñ vero nõ differũt loco nec ſubiecto nec re:ſed tãtũ ſitu:vt qñ ī hoie ī quo vna aĩa eſt vna aĩa ſimpl'r in qualibet parte tota,ipa vt eſt in parte dextra mouet ſiniſtrã.& ſic ſecũdum gradus ſemper minor eſt diſtinctio mouentis ſiue eius quo mouens mouet:& moti ſiue eius quo mouetur.Quare non eſt mirũ ſi ī aĩa ſeparata ab organo ſecũdum actionẽ adhuc minus diſtinguat:vt in volũtate mouẽs ſiue ratio mouẽdi:& motũ ſiue ratio mobilis. Si eñ alti⁹ aſcẽdat adhuc minus:vt in deo nõ eſt exitus de potẽtia in actum,& adhuc differũt agens & recipiẽs ſicut dictũ eſt. Ad illud qđ arguit vltio:q̃ voluntas vt eſt libera vel liberi arbitrii ex ſe eſt in potẽtia ad actũ:q̃re nõ exit ī ipm niſi p aliud:dico q̃ ſi loq̃mur de potẽtia paſſiua & receptiua actus volitiõis volũtas ipſa vt ẽ libera:ſiue liberi arbitrii : ſiue rõne partis eius q̃ ẽ liberalitas vel libertas arbitrii nõ eſt in potẽtia ad actum volendi:ſed ſolũmodo vt eſt appetitus ſimpliciter ſecũdum prędicta. Si vero loquamur de potentia actiua:dico q̃ quãtũ eſt ex ſe aut ſemper eſt in ſuo actu aut ſaltẽ in potẽtia accidẽtali ad illũ:& trãſit in ipm amoto phibente vel adiecto neceſſario abſq; tñ oĩ impreſſiõe facta in illã:vt a mobili in cognitione:qđ vt cognitũ metaphorice mouet: ſicut res vero,eſt termin⁹ motus:ſicut dictũ eſt.quẽadmodũ ſol eſt in potẽtia accidẽtali ad illuminãdũ q̃ mediũ nõ eſt pſens ita q̃ ipõ pñte abſq; ſui mutatiõe ſtatim illuminat.& ſicut eſt de illumiatiõe ſolis in alio,ita eſt ſuo modo de actu volitionis in voluntate ipſa ſecũdum aliam & aliam rationẽ.

Ad quartum principale.

Quæſtio.xii. Argu. prin.



Arca quintũ arguitur q̃ beatitudo principalius perficit eſſentiam animæ q̃ potẽtiam:quia cum beatitudo ſit ſummũ bonum hominis & perfectio:principaliter debet eſſe perfectio eius qđ eſt ſummũ & perfectius in ipõ.quia ſecũdum dignitatem & q̃litatẽ arithmeticã pcedit iuſtitia diſtributiua:vt ſcilicet magis digno magis de bono tribuat aliis eiſdem retẽtis.ſed ī aĩa pfectius & dignius eſt ſubſtãtia aĩæ reſpectu potẽtiæ.ergo &c. Contra: ſecundum philoſophũ beatitudo eſt operatio quędã:ſed opatio principalius perficit potẽtiã aĩę q̃ ſubſtãtiã.ergo &c.

In oppoſitũ.

Reſponſio.

Dico q̃ vt dicit Auicẽ.vi.metaphyſicę,Bonũ qđ eſt finis nõ eſt reſpectu eſſentię agentis:ſed agentis ſecũdũ q̃ eſt principiũ motus.& ſecũdum intẽtionẽ ipſi⁹& philoſophoꝝ bonũ qđ eſt finis & beatitudo hois vl'angeli nullo modo reſpicit eẽntiã eoꝝ ſed ſolũmõ potẽtiã mediãte opatiõe. Sed hoc cõuenit eis dicere qa nõ viderũt veram beatitudinẽ nec verũ hũanũ bonũ vt dictũ eſt ī q̃ſtione prędente. Quo omiſſo dico q̃ vera beatitudo hũana ſicut & angelica cõſiſtit nõ ſolũ in actu volũtatis & intellectus,in quibus nõ eſt niſi beatitudo creata rõne ipſorũ actuũ:ſed principali⁹ cõſiſtit in ipſo obiecto qđ eſt ipſa beatitudo increata q̃ de⁹ eſt , inq̃tũ eſt bonũ volũtatis:in qua p actum beatitudinis voluntatis creatę ipſa anima humana mediante voluntate ſe tranſformat vt conuertat in illud prout poſſibile eſt ſecũdum naturã:& hoc vi amoris ſecũdum quẽ elicit,vt ab habitu volũtatis ipa volitio beata.Amor eñ ſecundũ Diony.eſt virtus trãſformatiua & cõuerſiua amãtis ī amatũ.Hic ſup illud ca.vii.cęleſtis hierarchię,Calidũ acutũ.dicit Hugo.Significat ipetũ quẽdã amoris feruẽtis ferentis in amatum & intrantis & penetrantis,vt vbi eſt ipſum qđ amatur ibi cum ipſo & in ipõ

L

ſit,vt nō ſolum ſit ab ipſo calidum. Intelligo ex eius ſpūali cōtactu: p quē amplius inardeſcit & feruētiori actu volitiōis ſe in amatū mittit. vnde ſequit. Sed trāſeat in ipſum. Ibi. Si in dilectū nō vadis adhuc foris amas: nec acutū dilectionis habes. Amor vnū te facere vult cū ipſo: qm̄ dilectio ſupemi net ſciētię & maior eſt intelligentia. plus em̄ diligit: q̄ intelligit: & intrat dilectio & appropinquat vbi ſcientia foris eſt. Quō aūt & quare hoc ſic intelligēdū, expoſitū eſt ſuperius in quęſtiōe quadā mota ſup hoc. ſequit. Semp amplius prēſumit & confidit & ingerit ſe vt ſi fieri poſſet hoc idē ipm ſit qđ ipſe: & fit miro quodā mō vt cū p dilectiōis ignē in illum ſuſtollit q eſt ſupra ſe, p vim amoris expelli incipiat & exire etiā a ſe quaſi deſpiciendo eſſe qđ eſt. vnde prēmittit. Nā qui hoc ſolum appetit quod amat etiā ſemetipſum deſpicit in illius cōparatiōe qđ amat. Vt aūt ſe exeat & incipiat
M eſſe qđ amat, fieri nō pōt niſi p circūinſeſſionē nō aię illabētis diuinitati: ſed poti⁹ ecōuerſo diuinitatis illabentis in animā: vt in ea nihil appareat niſi diuinę diſpoſitiones. quēadmodū ferrū immiſſum igni candeſcit: & quaſi ignis fit ardens & lucens, igne ſe ꝑfundante in ferrū: & interiora eius penetrante: & nō ecōuerſo ferro ſe ꝑfundante in ignē & interiora illius penetrante. Circūinſeſſio autē ſiue illapſus talis fit poti⁹ in eſſentia animę & p illā in potētiis: ſicut gratia & gloria q̄ eſt gra cōſummata, principaliter eſt in eſſentia aīæ: & redūdat in potētiis ſub ratiōe habit⁹ & virtutis. p talē em̄ circūinſeſſionē diuinitatis primo in ſubſtātia aīæ ipſa aīa illumīata luce increata lucet: & inflāmata ardore charitatis ardet: & p hoc prout poſſibile eſt difformitatē & ſimilitudinē hēt: vt quaſi non ſit nec appareat eſſe aliud q̄ deus: nec diſtinctum qđ ab ipſo. Sicut ferrū candens in igne lucet & ardet vt ignis: quaſi nō ſit nec appareat eſſe aliud q̄ ignis: nec diſtinctū qđ ab ipſo. Et deinde p deriuationē etiā ipſa diuinitas illabitur potētiis aīæ hoc eſt ſubſtātię aīæ vt habet rationē potētię: cui iam illapſa eſt vt eſt ſubſtātia ſimpliciter: ne intelligat alius & alius illapſus: ſed illapſus vnius in vnum ſecūdum rem: vt ſecūdum diuerſas rōnes ad diuerſas pfectiones ordinat. Illabitur autē p deriuatiōnē in potētia intellectiua: & ipſam purgādo amplius illuminat: vt clarius videat: & ſimiliter illabit per deriuationē in potentia volitiua: & ipſam purgat: & purgando amplius inflammat vt ardentius diligat, in quo pficit & cōpleť btitudo. Nec pōt iſto modo fieri circūinſeſſio in ſubſtātia animę quin redūdet in potētias: ſicut nec circūinſeſſio hūanę naturę quin redūdet in potētias, ꝓpter hoc em̄ dicit Damaſce. de aīa chriſti. li. ii. c. xxiiii. Etſi ignorātis futura naturę erat: tn̄ ſcdm hypoſtaſim vnita deo oīm cognitionē hēbat, nō gra: ſed ꝓpter eā q̄ ē ſecūdū hypoſtaſim vnionē. ſup q̄ alias determinauim⁹ q̄ſtionē. Et tāto magis illa circūinſeſſio q̄ facta eſt ī aīa Chriſti ſecūdum ei⁹ ſubſtātiā debet etiā redūdare ī potētias quāto intimior ē q̄ alia quęcūq: vt etiā ꝓpterea ipſa ſola debeat dici circūinſeſſio, vt illa quę eſt ī oī creatura ꝓprie vocet illapſus: & iſta q̄ eſt in beatis media, vocet pene
N tratio. Dico igitur q̄ beatitudo principalius pficit eſſentiā aīæ q̄ potētias: qa ī illa principalius habetur deus q eſt finis & beatitudo, q̄ in potētiis: qa illā pficit quodāmodo p ſuā eſſentiā: potentias aūt nō niſi p illarū opationes terminatas ad ipſam eſſentiā ſub rōne veri & boni: licet ipſa pceptio hui⁹ pfectiōis nō cōueniat eſſentię aīæ niſi p potētias, vt p intellectū in ipſam cognoſcēdo, p voluntatē etiā ipſam deguſtādo. dicēte Hugo. ſup prędictū. c. vii. Duo ſunt, cognitio & amor: alterū ad illuminationē ptinet: alterū ad refectionē. Cognitio illuminat: refectio ſatiat. in his beatitudo cōſiſtit cognoſcere & amare bonū. Guſtate (inquit ſcriptura) & videte qm̄ ſuauis eſt dominus. In guſtare dilectio: in videre cognitio eſt. Per hæc patent obiecta. Primum enim procedit de beatitudine increata: ſecūdum vero de beatitudine creata: & ſic in equiuoco. vt patet inſpicienti.



Equuntur ptinentia cōſequēter ad coniūctū ex corpore & aīa in hoīb⁹. vbi quęrebantur tria ptinentia ad bonū ſpirituale: & duo pertinētia ad bonum corporale. Primū illorū triū erat ptinēs ad finē hominis: & eſt. Vtrū aliquis adultus poſſet eſſe nec in ſtatu ſalutis, nec in ſtatu damnatiōis. Alia vero duo ptinebāt ad illa quæ ſunt ad finē. Quorū primū erat de voto caſtitatis: vtrū aliqđ opus bonum ſine voto poſſit eſſe melius q̄ caſtitas ſub voto. Secūdum erat de ingreſſu religionis. vtrum ingreſſus religionem ex voto & expertus q̄ poſſit onera illius portare, teneatur profiteri. Duorum vero pertinentium ad bonum corporale, Primum ſpecialiter pertinebat ad ſacerdotes curatos, vtrum ſacerdos curatus poſſet aliquid accipere a Iudæis pro iure parochiæ in qua manent. Secundum pertinebat ad omnes exiſtentes in ſtatu perfectionis: vtrum maioris perfectionis ſit viuere de labore manuū: an̄ de euangelio: an̄ de mendicitate. CIRca primum arguitur q̄ aliquis adultus non poſſit eſſe qui nec ſit in ſtatu ſalutis nec in ſtatu damnationis: quia aut eſt ī charitate & eſt in ſtatu ſalutis: aut non eſt in charitate & ſic eſt in ſtatu damnatiōis. nec eſt medium inter illam affirmationem & negationem: quia ſunt contradictionis extrema: cuius ſecundum phila

Exēplum notabile de aīæ cū deo vnione.

Concluſio.

Ad obiecta.

Queſtio. xiii.

Queſtio. xiiii.

Queſtio. xv.

Queſtio. xvi.

Queſt. xvii.

Argu. prin

In oppoſitū. ſophum nō eſt mediū,ergo &c. Cōtra,Iudęus adultus ſtatim baptizatus nec in ſtatu dānatiōis eſt qa ē in charitate,nec ī ſtatu ſalutis:qa nōdū agonizauit,aut opat⁹eſt.& ſcdm philoſophū,ii.Ethi. nō optimi ſed agonizātes coronabunt,ſed nullus eſt in ſtatu ſalutis quin coronabit ſi in illo diſce

Reſponſio. dat,ergo &c. Dico breuiter ꝙ gcūq; nō eſt regnāt⁹aqua baptiſmi vel aliquo virtutē eius habente O nō eſt ī ſtatu ſalutis:ſed dānatiōis ꝓpter pctm originale ſaltē,ſiue fuerit adult⁹ ſiue nō:licet ahā dā nationē expectet q originali ſupaddit actuale:& ille q nō.Poſtq̄ aūt qs fuerit renat⁹ nō pōt eſſe qn ſit vl determinate ī ſtatu ſalutis:vel determinate ī ſtatu dānatiōis:put ꝓceſſit primū argumētū:li cet ab illo ſtatu poſſit qs reſilire ad cōtrariū ſtatū:vt non ſit neceſſe vt finē ſtatus ſui adipiſcat niſi

Ad argu. in oppoſitū. perſeueret in illo vſq; in finem. Ad argumentum:ꝙ dictus iudęus non ſit in ſtatu ſalutis: qa non- P dū agonizauit:Dico ꝙ licet nondum agonizauerit in ſe : & per ſe : agonizauit tamen in chriſto: & per ipſum vt in capite ſuo : & per illud cui⁹ iam factus eſt membrum:qui nō ſibi ꝓpagoniam ſuā ſed membris ſuis agonizauit.& hoc ſufficit cum nō ſupereſt tempus agonizādi in propria perſona: ſed cū ſupereſt,tūc oportet ī ꝓpria ꝑſona nō ſolū agonizare:ſed & legitime agonizare.ii.Timo. ii.Qui certat in agone nō coronabit niſi ſumme certauerit.Sed illam agoniā & coronā quę ꝓ ipſa expectat nō vidit philoſophus:nec de ipſis locutus eſt: ſed ſolūmodo de agonia qua meret corona glorię vitę preſentis:quæ nō redditur niſi in ꝓpria perſona agonizantibus.

Quęſti. xiiii. argu.princ. Primū. Secundum. In oppoſitū. Reſponſio.



Circa ſecūdū arguit ꝙ nō poſſit eſſe meli⁹opus bonū ſine voto q̄ caſtitas ſub voto. Primo ſpecialiter ꝙ ſit melius q̄ opa ꝓtinētia ad pręcepta ſecūdæ tabulę: qa caſti tas ſub voto eſt opus perfectū pertinens ad latriam:& ſic ad primā tabul.m in qua nulla cadit diſpenſatio:quæ cadit in oībus pręceptis ſecundæ tabulę.& per fectius eſt vt videtur opus, in quo nulla cadit diſpēſatio.ergo &c. SEcundo ar guitur idem generaliter de operibus quibuſcūq;.qa Eccleſiaſti.xvi.dicit.Non eſt digna ponderatio animæ continentis. eſſet autem digna ponderatio ſi aliquod aliud opus poſſet eſſe melius illa,ergo &c. Contra eſt Auguſt.de virginit. Nemo eſt vt putoq; au ſus ſit pręponere caſtitatē martyrio,hoc autē nō eſt:niſi quia melius opus eſt martyrium,ergo &c. Dico ꝙ votum non mutat genus,aut ſpeciem,aut ſubſtantiā operis cui annectitur: ſed ſolūmo- Q do apponit circunſtantiam illi qua magis deo gratum fit illud: & per hoc melius eſt vnum & idem opus cum voto:q̄ ſine voto:aliis eiſdem retentis,ſecundum ꝙ declarat Anſel. in libro de ſi militudinib⁹ in exēplo de duob⁹quorū vnus fructus arboris ſuę offert deo liberaliter & ſine voto: alter vero etiā liberaliter & cum voto.Verūtamen quia opus vt habitum eſt ſupra,nō dicitur bo num niſi ex ordine ad finem:& hoc vel quia ordinatur ad meliorē finem vel quia melius ordina tur ad,eundē finem:finis autem ad quē ordinatur opus bonum & melius nō ſolum ex genere ſed ex circūſtantia,quale eſt opus caſtitatis cū voto,nō eſt niſi beatitudo vitę ęternæ: propter hoc nō ratione finis melioris,vnum opus eſt melius alio,de quibus loquimur: ſed ſi ſit melius hoc proce dit quia meliori modo aptum natum eſt ordinari de ſe in finem:qui modus ex charitate procedit ſecundum quā mouet operans ad opus inchoandum:& ad ipſum exequendū vſq; in finem.Vnde virtus cuius opus nō eſt bonum bonitate moris niſi ex ordine in finem a voluntate: vt habitum eſt ſupra:& ſecūdum Auguſti. de moribus eccleſiæ,nō eſt niſi amoris modus. vnde dicit.Si virtus ad beatitudinem nos ducit,nihil omnino virtutē eſſe affirmaueris:niſi ſummū amorem dei. Nam ꝙ quadripertita dicitur virtus ab ipſius amoris vario quodam affectu dicitur.& ſecundum Gre gorium,ii.mora. plerique ſibi ſufficere vitæ ſuæ innocentiam putant : atq; ad feruorem ſpiritus nullis ſe ardoris ſtimulis inflāmant : & fit plerunq; deo gratior vita amore ardens poſt culpam: q̄ ſecuritate torpens innocētia.In examine nanq; iuſti iudicis mutat merita ordinum qualitas actio num.Quare cum aliquod opus: immo multa opera abſq; voto de natura ſua & ſecūdum ſe nata ſunt fieri cum maiori charitate q̄ opus caſtitatis ſub voto:ita ꝙ charitas & ordo eius atq; modus quem requirit tale opus de ſe multum habet præponderare charitati ex qua natū eſt fieri opus caſtitatis vel aliud cum voto:propter qđ de opere martyrii loquens dominus dicit:Maiorem cha ritatem nemo habet &c, quaſi diceret:opus martyrii natum eſt fieri ex maxima charitate:& cum hoc etiam ex parte operantis charitas & ordo eius atq; modus in operando multum poteſt præ ponderare in opere bono ſine voto facto reſpectu charitatis & ordinis & modi eius in operando aliud op⁹ ī ſpecie vel idē ī ſpecie ſub voto:idcirco dico ꝙ ſimplr & abſolute opus bonū nō ſub voto pōt eē meli⁹ & ex pte opis & ex pte operātis q̄ aliqđ op⁹ ſub voto.licet em votū ſemp aliqđ bono opi vt dictū ē addat:nō tn tāt̄ū addit vt oīno op⁹ cū voto prępōderet cuicūq; opi ſine voto.Qđ dico

de quolíbet genere voti.Vnde caſtitas ſiue caſtitatis bonũ vnius ſine voto propter formam chari tatis ꝓponderantis poteſt eſſe multo melius q̃ caſtitas alterius vel opus eius ſub voto. & p hũc modum etiam caſtitas vidualis aut coniugalis bene poteſt præponderare caſtitati virginali.dicẽ te Auguſtino.xvi.de ciuitate dei.Nouimus enim non ex bonis ſingulis inter ſe homines compa rare.Sed ſimul quoq; comparemus vniuerſa:ac per hoc ſano veroq; iudicio cũ cõtinẽtia coniugio preferatur:melior tamen eſt fidelis coniugatus q̃ continens infidelis: & obediens deo q̃ continẽs minoris fidei minoriſq; obedientię.Si vero paria ſunt cętera,continentiã coniugio ꝓferri quis am bigit?Per hunc etiã modũ ſimiliter eleemoſyna vni9 ſine voto poteſt bene ꝓponderare caſtitati al terius ſub voto,& ſic de cęteris opibus tã primę tabulę q̃ ſecũdę.Et ꝓpter hoc martyriũ ꝓferẽ caſti tati ſub voto:qa maiorẽ charitatẽ nemo habet &c.vt dictũ eſt ſupra:ſcdm q; ꝓceſſit vltima ratio. Votũ eñ modicũ facit,aut addit operi niſi aliud adſit:plerũq; etiã obeſt ſaltem p accidens: vt in ſtultis virginibus.in quibus vt dicit Greg.viii.Moral.Dominus ad iudiciũ veniens dũ mẽtis cor ruptionẽ cõſiderat,corpis icorruptionẽ dãnat. Vñ cũ alias tres modos virginitatis diſtinxerim9: eſt eñ quędã honorabilis,quędã laudabilis,& q̃dã deſpicabilis:iſta quarta eſt damnabilis. Sed di Obiectio.
ces q; hoc eſt p accidens q; ſcdm hunc modum aliud opus ſine voto eſt melius q̃ caſtitas ſub voto
R non ex natura operis. Dico q; immo de natura operis aliquod opus ſine voto puta martyrium & Reſponſio.
plura alia,vt patebit infra,meliora ſunt ſcdm ſe q̃ opus caſtitatis cũ voto:quia ex maiori charita te nata ſunt fieri & difficiliora etiam ſunt.Verũ eſt tñ q; aſpiciendo ad opus ſimpliciter vt eſt bo nũ ex natura & ſubſtantia opis,bonitate illa qua conuertit cũ ente vel quæ eſt opus bonũ ex ge nere qđ includit in ſuo ſignificato circũſtantiã ex ratione, vt habitũ eſt ſupra: operi inquã vt tali bonitate ſit bonũ,accidit q; fiat ex charitate:& fiat bonũ ex circũſtantia, non ſolum in genere mo ris, ſed etiam in genere meritorii,vt patet in comedere & bibere quę ſunt opa de primo genere,& in opere dandi eleemoſynam & ꝓdicandi quę ſunt de ſecũdo genere.Aſpiciẽdo autẽ ad opus vt eſt bonũ bonitate meritoria:illud nõ ẽ verũ q; accidat ei fieri ex charitate:quia eſſentiale eſt operi me
S ritorio inquantũ eſt meritoriũ q; ꝓcedat ex voluntate ſcdm modũ et ordinẽ charitatis. AD pri Ad primum
mũ in oppoſitũ:q; opus caſtitatis ſub voto ꝓponderat omni operi ſecũdę tabulę: quia pertinet ad principale.
primã tabulã in qua nulla fit diſpenſatio,ſicut fit a deo cõtra ꝓcepta ſecũdę tabulę:Dico q; ꝓcepta primę tabulę quia ptinent principaliter ad dilectionẽ dei,aliis eiſdẽ retẽtis ſunt digniora & melio ra illis de ſecũda tabula quę ptinent ad dilectionẽ ꝓximi.Propter qđ etiã dicitur q; in illis deus nõ poteſt diſpẽſare:ſed in iſtis.Rõne tñ charitatis & modi opis bene poteſt ꝓponderare aliquod opus ſecũdę tabulę operi primę.Et ſic nõ obſtante q; ratione voti caſtitas ſub voto eſſet de prima tabu la:nec poſſet in illa diſpẽſari:bene tñ poſſet aliquod opus ſecũdę tabulę ꝓponderare vt dictum eſt.
T Quin tamẽ in omni voto eccleſia ſi neceſſitas occurreret poſſet diſpenſare,non credo.Vnde diſtin guendũ eſt de ptinere ad primam tabulam:quia aliquid ptinet ad ipſam per ſe & ex ſe:vt non ſu mere nomen dei in vanũ.Aliqd per accidens & ex adiuncto:vt caſtitas ſub voto ad liberius vacã dũ deo.Et licet in eo qđ primo modo pertinet ad primam tabulam non habeat locum diſpẽſatio: habet tñ i illo qđ ptinet ad ipſam ſecũdo modo:quia talem finẽ ſtatuit caſtitati votũ vel ꝓpoſitũ noſtrũ. Et p hunc modum martyrium reducitur ad illud ꝓceptum cuius obſeruatio dat cauſam martyrio:vt quia non vult negare vnũ deum,ad primũ preceptum primę tabulæ: ſi quia nõ vult peierare deum,ad ſecũdum:ſi quia redarguit peccata proximorum, ad aliquod ꝓceptorũ ſecundæ
V tabulę. AD ſecũdũ:q; non eſt digna ponderatio aiæ cõtinentis:Dico q; non loquitur ibi de con Ad ſecũdũ.
tinentia ſpeciali quę eſt in ſola caſtitate:ſed de illa quę generaliter ptinet ad omnes virtutes, de quali loquitur plius in.vii.Eth.Vnde ſup illud Animę continentis,dicit Gloſ.interli.Quę ipſo fue rit coniuncta ſpiritali ſcientia fidei: cuius eſt cõtinere ab omni genere vitiorum & omnia mãdata ſeruare ad quę ſe obligat in fidei profeſſione & ſacramenti baptiſmatis ſuſceptione.Talem autẽ cõ tinẽtiam quę pertinet ad omnes virtutes & virtutum opera:& ſic ad bona media,comparat hic ad bona infima:vt ſunt ſciẽtię ſeculares,& bona quę ex illis nobis poſſunt prouenire. Vnde ſup illud Omnis põderatio,Gloſ.interli.Operũ mũdi & ſapientię ſecularis. Propter qđ ex illo dicto nequaq̃ poteſt concludi:quin cõtinentia caſtitatis poſſit habere ꝓponderationem. Et per eundem modum
X quo dico aliqua opera non ſub voto poſſe pręponderare caſtitati ſub voto:ſic dico q; poſſunt ꝓpon derare paupertati ſub voto:& ſimiliter abrenũciationi proprię volũtatis ſub voto.Et p hũc modũ dico ſcdm q; alias dixi, q; opera vitę actiuę prelatorum multum ꝓponderant operibus contempla tiuorum:& ideo ſtatus ille perfectiores requirit:ita q; ſi prelati congruãt ſuo ſtatui ꝓportionabili ter modo quo religioſi ſuo ſtatui congruũt,perfectiſſimus prelatus perfectior eſt perfectiſſimo reli

gioſo. Etiã ipſe prẽlatus cui incumbunt opera perfectionis actiuę & contẽplatiuæ perfectior eſt ex operibus ſuis actiuis q̃ contemplatiuis,modo quo expoſui in.xii.Quolibet,queſtione.xxix. Hinc religioſi quidã,prout ab eis (vt dicitur) ſcribit in tractatu quodã quẽ ſcholares appellant Correctoriũ,dicunt ſic. Q̃ ſtatus ꝓlatorum perfectior eſt q̃ ſtatus religioſorum:hoc auctoritate,dignitate,& officio conſtat.Sed vtrum merito:dico ſine prẽiudicio ꝙ ſic dũmõ ſit bonus prẽlatus ſcdm exigentiam ſtatus ſui nihil omittens de eſſentialibus tãgentibus officium ſuũ.Et ſubditur.Vnde ſi prẽlatus animarum ſalutem procuret prout debet docendo publice,& priuatim orando,dona & ſacrificia offerendo pro peccatis ſuis & alienis: conſeruando ſe & alios ſine q̃rela : et religioſus ex parte ſua perficiat eſſentialia ſtatus ſui viuendo in obedientia ſine proprio & in caſtitate, videt vt dictum eſt maius eẽ meritum prẽlati q̃ religioſi.Et inducũt ad hoc auctoritatem Aug. in epiſtola ad Valeriũ a nobis ſẽpe inductã,vbi dicit,Nihil eſt in hac vita &c.Et in his dictis ſuis veritatẽ cõfitentur quã tenemus.Niſi enim ita eſſet,non ſapienter agerent viri religioſi quando conſentiunt vt prẽlati fiant:in quorum ſtatu oportet eos poſtponere opera contemplatiuę,& vt plurimum vacare operibus actiuę,prędicando,confeſſiones audiendo,conſulendo:aut quando priuilegia impetrant,vel oblata acceptant,de exercendo opera vitę actiuę in prędicationibus conſultationibus & confeſſionibus audiendis.Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mũdum lucretur:animę autẽ ſuę detrimentum patiatur?Matth.xvi.Q̃d quidẽ detrimentum neceſſario paterẽtur iſti niſi opa actiuę quę exercent recompenſarent detrimentum operum cõtemplatiuę quę omittunt.Vnde etiã quia ita eſt de prẽlatis reſpectu religioſorũ cõtẽplatiuorũ,& de opib9 actiuis ipoꝝ reſpectu operũ cõtemplatiuorũ quę debentur religioſis,vt religioſi ſunt:dicit quidam doctor religioſus valde excellens,& in ſcriptis reliquit:religionem illam eſſe perfectiorem quę proximius operibus prẽlatorũ actiuis cõmunicat & ordinatur ad illa exercendum in adiutorium prẽlatorum & profectum populorum,vnde dicit ſic,Sũmũ gradum in religionibus tenent qui ordinantur ad docẽdum & prędicandũ:q̃ & propinquiſſimę ſunt pfectioni epiſcoporũ.Fines nãq; primorum iũgũtur principiis ſecũdorum,vt dicit Dionyſius.vii.ca.de diuinis noĩbus.Quibus tñ religioſis niſi neceſſitas coactionis,vel ex conſcientia,vel ab homine ad talia eos compelleret,ea exercere non liceret. dicente Dionyſio,vii.ca.de cęl.hierarch.Non enim fas eſt ſanctorum perfectioribus ac ſancte pfectis operari qd oĩno prẽter ꝓpria hoſtiarum myſteria,ac ſacras ordinationes.Q̃d exponẽs Hugo,dicit ſic:Fas nõ eſt,hoc eſt licitum oĩno aliquid operari ſiue ſanctorũ pfectioribus.i.q alios in ſanctitate perficiũt,ſiue ſancte pfectis.i.q ab aliis i ſanctitate pficiunt,prẽter ꝓpria hoſtiarũ myſteria.i. propria gratiarũ dona,& ꝓprias ſacras ordinatiões vnicuiq; ꝓprie aſſignatas. Nam ſine gratia opari vanũ eſt:ꝑter ordinẽ operari aut contra,peruerſum eſt.Habent nãq; ſinguli propria dona ſcdm quę valent operari,& ordines propríos ſcdm quos debent ſuam operationem moderari. Propterea neceſſe eſt vt ſtudeat vnuſquiſq; gratiam quã accepit agnoſcere,ne incipiat ꝑſumere in eo q̃d non poteſt,& officium proprium ordinẽq; attendere,ne audeat tranſgredi in eo q̃d non debet.Hunc ordinem diuinę diſpenſationis diligenter ſeruandum eſſe Petrus apoſtolus admonet dicẽs. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrum adminiſtrãtes. Et Paulus eos qui hanc diuinam ordinationẽ & diſpẽſationem tenere noluerunt reꝓhendit dicens.Nũquid omnes apoſtoli?nunquid oẽs prophetę? &c. Propterea fas non eſt his qui diuinę gratię participes facti ſunt,ſiue immediate a deo, ſiue per hominem eã acceperint,aliquid operari prẽter ꝓpria dona & officia:vt diuina pulchritudo in omnibus conſeruetur & ordo diſpenſationis ſummę ꝓſeueret.Et infra.Vt videlicet id ſolum vnuſquiſq; operari prẽſumat q̃d ad ordinem & officium ſibi aſſignatos ſpectare probat.Et infra. Quoniã aliter ſubſiſtere non poſſunt in eo ſtatu quo diuinã pulchritudinem imitant. Hinc etiam iãdiu occaſione diſputationũ & altercationũ quas magiſtri Pariſieñ habebãt inter ſe de perfectione ſtatuũ maiori vel minori:audiui dominũ papam Clementem cum adhuc eſſet legatus, ad dirimendum dictas altercationes in quadam prędicatione ſua prẽferre ſimpliciter ſtatum prẽlatorum ſtatui religioſorum:licet forte(vt dicebat)ipſi prẽlati non congruerent in oĩbus ſtatui ſuo,ſed eſſent multi ex eis congruentius ſubditi q̃ prẽlati.Et hoc dicebat exponendo illud Eccleſiaſtes.x. Vidi ſeruos in equis & principes ambulare ſuper terram.Sed nunc mirum eſt quare aliqui ſic nituntur deprimere ſtatum prẽlatorum, vt dicant primo ꝙ in ipſis non requiritur perfectio nec præeminentia ſanctitatis & bonitatis niſi ſolũ de cõgruentia & nõ de neceſſitate ſtatus.Secundo ꝙ opera eis propria ratione ſtatus ꝓlationis nõ ſunt tãtę difficultatis & arduitatis de genere ſuo,quãtę ſunt opa religioſoꝝ eis ꝓpria,vt religioſi ſunt:quia(vt dicũt)non eſt multũ graue ſeu difficile de genere prędicando illuminare populũ,nec corrigẽdo ipm purgare,nec ſacramẽta miniſtrãdo ipm ſancti-

ficare & perficere:q̄ ſunt opa hierarchica ad prelatos ptinētia,nō ſolū ad maiores vt epos:ſed etiā ad minores,ſ.ad parochiales preſbyteros,eis ꝓpria ratione ſui ſtatus,licet ſcdm magis & minus.

A Quis aūt alias horū cōtraria euidētibus auctoritatibus & rōnibus declarauimus:nō redet tñ aliq̄ iam dictoꝝ ſub cōpēdio nūc repetere:& ꝓpter illa q̄ iſti dicūt circa ſtatū ꝓlatoꝝ q̄dā alia addere:&

B dicta ipſoꝝ quo ad hoc nō ſolū rationibus ſed maxime ſanctoꝝ auctoritatibus refellere. Eſt igit i principio aduertendū: q̄ ad vere iudicandū inter duo adinuicē,vtrū illorū i aliquo ꝓgratiuo emineat,oportet primo aſpicere ſolūmodo ad illa que p ſe nata ſunt illis cōuenire,non aūt que p accidens.Secūdo oportet aſpicere ad omnia & ſingula talia non ad aliqua tm.Tertio oportet aſpicere ad bona cętera ſi ſint paria, & illa in cōparatione ꝓſupponere eſſe paria , vt ſiquis velit cōparare caſtitatē virginalē ad caſtitatē cōiugalem,non debet aſpicere ad cōditiones perſonarū que ſunt in iſtis ſtatibus:puta ſi meliores & ſanctiores inueniant in coniugio q̄ in virginitate:non ex hoc ꝓferē dum coniugiū:quia illud accidit ſtatui.Similiter nō debet aſpicere ad aliquā conditionē ꝑticularē ſolummodo,puta ſi melior eſt corporalis fœcunditas coniugum q̄ ſterilitas virginum : nō ꝓpter hoc ſimpliciter coniugiū eſt ꝓferendū virginitati:quia virginitas in aliis pluribus & potioribus p̄ eminet.Siliter non debet aſpicere ſolū ad conditiones que p ſe ſingulis conueniūt:ſed etiā ad cętera que vtriſq; nata ſunt conuenire ſi ſint paria,& illa eſſe paria ſupponere,puta ſi melior eſt cōiūx obediens q̄ virgo inobediens:nō ꝓpter hoc coniugiū ꝓferendū eſt virginitati , ſecūdū q̄ de primo iſtorum dicit Augu.li.i.retractationū.Error ſacrarum virginū meritū æquando pudicitię coniugali tātū inualuit vt nōnullas etiā moniales deieciſſe i nuptias diceret.Et maxime argumēto tali Tu ne melior es Sara?Melior ne es q̄ Suſanna? Cui reſpōdet in lib.de bono coniugali dicens.Si res ipſas cōparemus,nullo modo dubitandū eſt meliorē eſſe caſtitatē virginalem q̄ caſtitatem coniugalem.Homines aūt cū cōparamus,ille melior eſt qui bonū amplius q̄ alius habet. De ſecūdo dicit li.xvi.de ciuitate dei.Nouim⁹ nō ex bonis ſingulis homines iter ſe comparare: ſed ſimul quoq; comparemus vniuerſa.Vnde quia fœcūditas ſpiritualis in virginibus quā requirit earū ſtatus cū ſterilitate corporali,fœcunditati coniugatorū corporali ꝓponderat:non ſtatus coniugatorum:ſed virginū ꝓferendus eſt.dicente Aug.lib.de virgi.Felicior ptus ſpiritualis q̄ carnalis . Beatior enim Maria fuit concipiendo Chriſtum fide q̄ carne.Materna em̄ propinquitas nihil ei ꝓfuiſſet niſi felicius ipſum fide q̄ carne geſtaſſet.Idem ſuper illud Luce.xi.Beati qui audiūt verbū dei & cuſtodiūt illud.Hoc(inqt)eſt dicere:mater mea quā appellas felicem, inde felix eſt: quia verbum dei cuſtodit:non quia in illa Verbum caro factū eſt. De tertio.xvi.de ciuitate dei poſt verbum ꝓdictum ſub ſingulis inſpiciēdis comp̄hēdēdo cętera bona que cōmuniter poſſunt ineſſe ambobus q̄ debēt ſupponi eſſe paria,cōtinue ſubdit dicens.Ac p hoc ſano veroq; conſilio cum cōtinētia coniugio p̄ feratur:melior tñ eſt fidelis coniugatus,q̄ contines infidelis:& obediens deo:q̄ cōtinens minoris ſi dei minoriſq; obediētię. Si vero paria ſint cętera, cōtinentē cōiugato ꝓferre quis ambigit ? Nūc aūt tria genera operū p ſe conueniūt ſtatui prelatorum rōne ſui ſtatus,ſ.purgare,illuminare,& perficere:qui ſunt tres actus hierarchici per ordinē ſe habētes,ſcdm qd dicit Hugo.vbi ſupra. Niſi p̄cederet purgatio nō ſequeret illuminatio:& niſi ſequeret illuminatio nō veniret cōſummatio.Sicut em̄ illuminari nō poteſt qui nō eſt purgatus:ſic cōſummari nō p̄ōt qui nō eſt illuminatus:qa cognitio veritatis non niſi mūdos illuminat:& pfectio virtutis nō niſi ad illuminatos veritate ap

C propinquat . Similiter tria genera operum p ſe conueniūt ſtatui religioſoꝝ rōne ſtatus ſui,ſ.obſeruatio paupertatis,caſtitatis,& obediētię:& hoc ex voto. Cætera aūt opera ſanctitatis cōmunia ſunt omnibus:vt ſunt tria opera contemplationis,oratio,lectio,meditatio,& omnia opa miſericordię. Volens ergo ſcire p̄eminētiam ſtatuū inter prelatos & religioſos,reſpicere debet ad opera illa que his & illis per ſe conueniūt ratiōe ſtatus ipōrū,& nō ad alia q̄ cæteris cōuenire poſſunt:& ideo ſunt opa accidētia ſtatui & vni & alteri.Cōſtat autē q̄ actus prędicti tres ꝓprii ſtatui ꝓlatorum,ſ. purgare,illuminare,& perficere:multo perfectiores ſunt q̄ tres alii,ſ.obſeruare paupertatem,caſtitatem,& obedientiam ſub voto:inquantū ſunt per ſe opera ſtatus religioſorum. quia illa ſunt opa iuſtitię generalis ad alterum:iſta vero ad ſeipſum. Et ideo illa tanto ſunt digniora et perfectiora quanto cōmuniora:& ad plura ſe extendunt:& per conſequens difficiliora: cęteris dico paribus que poſſunt vtriq; ſtatui cōgruere,qd ſupponendū eſt ſcdm iam dicta.Vnde & illi dicunt.Supponamus in vtroq; ſtatu fundamentum oīs perfectionis , ſ. charitatem:ita q̄ prelati & religioſi ſint in charitate.Et tunc eſt q̄ſtio,quorum opera ſunt perfectiora ad que obligati ſunt ratione ſui ſtatus.Et qd amplius eſt addo ſupponendo fundamentum charitatis vtriſq; æquale tam ſecūdum omnia alia opera charitatis q̄ ſcdm illa in quibus ſtatus per ſe diſtinguitur.Q; autem dicta opera

prelatorũ rõne qua ad alterũ sunt perfectiora sint. Vñ sup illud. c. vii. cęlest. hierarch. de descriptione hierarchię: & ad ppriũ pricipiũ vt licet assimilatione, dicit Hugo. Etenim vnicuiq; hierarchiã sortiẽtiũ perfectio hęc est: scd̃m ppriã analogiam in dei imitationẽ ascẽdere: & omniũ diuinissimũ vt aiunt eloquia, est cooperatorẽ fieri, & ostẽdere diuinã in seipso actionẽ scd̃m possibile elucentẽ. i. nihil diuinius aiũt eloquia: vel quo nihil magis diuinũ facit: vt. s. ad alios relucẽdo infundãt p exẽplũ opis quod primũ pcipere meruerũt p dictũ occultę inspirationis. Vnde & illi qui sunt in statu purgãdi illuminãdi & pficiendi, status ipse requirit q̃ prius sint purgati, illuminati, & perfecti. Sequitur eñ continue. Sic ergo perfectio constat hierarchię: vt qui purgãt purgent: & qui illumĩnãtur illuminent: & qui pficiũtur pficiãt. & infra postmodũ. Sed sunt superiores & sublimes & ipsi appropinquãtes diuinitati, immediate ab ipa recipiẽtes & purgationẽ vt sint mũdi, & illuminationẽ vt sint clari: & pfectionẽ vt sint sancti: & ab illis rursum scd̃m ordinẽ diuinę dispositiõis hi q̃ sequũtur & in ordine subiecti sunt & purgãtur & illuminant & pficiunt. Constat aũt q̃ quicũq; religiosi de iure cõi p platos debẽt purgari, illuminari, & pfici: sicut & laici qcũq; ẽt cõiugati, ga rõne triũ pdictorũ votorũ nõ hñt q̃ sint clerici sacerdotes aut li'ati. Vñ & antiq monachi puri laici eẽ cõsueuerũt vt testãt decreta sctõrũ. eẽnt eñ parochiani sacerdotũ curatorũ cõtra quos pcipue se extollũt, nisi essent eorũ priuilegia & exẽptiones: p q̃ tñ status eorũ nihiloĩno pfectionis essentialis acqrit. Qd̃ ergo dicũt q̃ cõueniũt in orando & offerẽdo sacrificia p populo: concedo q̃ verũ est de oratione: sed hoc est de cõmunibus vtriq; statui quę supponimus paria ĩ nostra opatione. Falsum est autẽ de sacrificiorũ oblatione. Hoc eñ nõ cõpetit rõne status nisi platis: nõ autẽ religiosis rõne status sui: quia nõ est potior ratione status sacerdos frater in religione q̃ laic⁹ cõuersus. Vnde etsi perfectius & melius fierent orationes & sacrificia a religiosis q̃ a platis, hoc nihil ad cõparationem statuũ propter tertiã conditionẽ obseruãdam in cõparationibus: quia in his debemus supponere religiosos & platos esse pares: & qd̃ amplius est platis incũbit ratiõe status orare p populo vt purgetur, illumineť, & pficiať p publicas orationes: non sic autẽ religiosis: sicut nec offerre sacrificia. Q2 addunt: q̃ ad obseruantiã cõtinẽtię strictius & firmius sunt obligati religiosi q̃ platí: quia p votum indispensabile nisi in casu nõ quocũq; sed arduo: non autẽ regulariter nec vlr vnq̃ cõtra obseruantiã castitatis dispensatũ est cũ religiosis, sicut dispensatũ est cũ sacerdotibus curatis: qui non sunt ad castitatẽ obligati nisi ex statuto generalis cõcilii: Item nec oẽs sacerdotes curati tenent ad castitatẽ sicut greci & cęteri oriẽtales: Dico generali respõsione q̃ castitatis obseruãtia absq; matrimonio non est de illis q̃ p se ptinẽt ad statũ platíonis: sed solũmõ de illis que ptinẽt ad statũ religionis: ita q̃ si ptineat ad statũ platíonis, hoc est p accidens: vt. s. liberius possit vacari tribus dictis opibus quę p se cõpetũt platis rõne stat⁹. Vnde etsi apostoli ppter hoc castitatẽ obseruabãt, & sub voto, nequaq̃ tñ p se erat op⁹ rõne status nisi Christus sic istituisset: & tũc q̃ nõ obseruabať a posteris, hoc erat p dispẽsationẽ quãdã ecclesię gñalẽ: sm q̃ determinaui in pcedẽti Quolibet. Sed ĩ hoc nõ derogať pfectioni status ĩ aliquo: sed psonarũ q̃ sunt in illo solũmõ: quẽadmodũ si dispẽsareť cũ fratribus minoribus q̃ possent habere bona in cõmuni qui vellẽt, in hoc ĩ nullo videreť derogari p fectioni regulę & status illoq; q̃ possent bona in cõi habere: quẽadmodũ q̃ sorores ordinis fratrũ minorũ moniales habẽt possessiões & redditus ĩ nullo derogat regulę & statui fratrũ minorũ: nec pfectiõi volẽtiũ illã ĩtegre obseruare. Et ideo licet ĩ hoc pminerẽt religiosi rõne qua castitatẽ seruãt & strictius q̃ platí quo ad obligationẽ: hoc est ĩ platis de accidẽtalib⁹ statui: et diminuit de pfectione psonarũ castitatẽ nõ obseruãtiũ ea strictitudine qua Christus eã obseruari instituit, si tñ instituit et apostoli obseruarũt: nihil aũt diminuit de ratione status: licet dispẽsatione generali antiquitus nõ obseruabať: et q̃ mõ obseruať ab occidẽtalib⁹, hoc ẽ, vt dicũt illi, ex generali statuto: p qd̃ ñ tñ sunt platí ad castitatẽ astricti sicut religiosi ex voto. Qd̃ tñ nequaq̃ verũ esse puto: quia cũ quisq; ordinať ĩ subdiaconũ: et dicit ei eps, si hucusq; incestus amodo castus, cõsensu suo & taciturnitate mouet: et censendus est vouisse, sicut religiosus per lapsum anni scienter et absq; coactione in religione perseverans censeť professus. Q2 aũt facilius dispensatur in ordinatis quo ad castitatẽ q̃ ĩ religiosis, hoc nõ est propter maiorẽ obligationẽ: sed ppter euidentiorẽ causam dispensandi sup hoc qd̃ accidit in clericis secularibus, nõ aũt ĩ religiosis. Si vero castitas sub voto non sit de statu platíonis ex institutione Christi: tunc obseruatio castitatis adhuc est de accidẽtibus statui prælatorũ licet per se pertineat ad statum religionis. Et ideo licet in hoc pfectiores essent religiosi: quia tñ castitas extra matrimoniũ non est de necessitate salutis in illis quibus licet vti matrimonio: nõ tñ sequeretur q̃ simpliciter essent religiosi pfectiores prelatis ppter secũdã cõditionẽ pdictã cõseruãdã in comparationibus: quia, s. opera tria pdicta prelatorum multũ peminent omnibus operibus ob-

ſeruatis a religioſis ex voto,vt iam dictū eſt,& plenius declaratū in alio Quolibet,& iam amplius declarabit.Q; dicunt ꝙ plati ad opus illuminationis p ꝓdicationē nō ſunt obligati ex neceſſitate
F ſtatus ſui vt curati parochiales: licet forte ad hunc actū de neceſſitate teneant ep̄i: Quo ad ep̄os nō oportet hoc ponere forte:cū dicat Apoſtolus.i.Tim.iii.Oportet epiſcopū eſſe doctorē,& Titū.i. Oportet epiſcopū eſſe continentē,amplectentē eū qui ſcđm doctrinā eſt fidelem ſermonē vt potens ſit exhortari in doctrina ſana:& eos q̄ cōtradicūt arguere.& ſup hoc ſunt plurima capitula ī diſtinctionibus decretorū quę lōgum eſſet hic adducere.Gregorius aūt exponens iam dictū ſermonem Tit.i.dicit.i.paſto.xv. Prędicans officium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotium accedit. Hinc Moyſi præcipitur,vt tabernaculū ſacerdos ingrediens tintinabulis ambiatur: vt videlicet voces ꝓdicationis habeat ne ſuperni rectoris iudiciū ex ſilentio offendat.ſcriptū quippe eſt:vt audiat ſonitus qñ ingreditur & egreditur ſanctuariū in cōſpectu dñi & nō moriatur. Sacerdos nāq̄ ingrediens vel egrediens morit̄ ſi de eo ſonitus ꝓdicationis non auditur: & iram contra ſe occulti iudicis exigit ſi ſine ꝓdicationis ſonitu incedit.Sed hoc tpe opportuno: quia p̄ceptū affirmatiuū eſt, nō ſemper tenet̄ ꝓdicare in ꝓpria ꝑſona:ſcire tñ tenet̄ ꝓdicationis doctrinā vt paratus ſit ad exequendā ipam etiā in ꝓpria ꝑſona cū neceſſe fuerit. Alias aūt bene poteſt ipſam exequi p aliū vel minus:tñ rōne ſtatus ſemp eſt obligatus ad cā ſciendā & exequendā cū opus fuerit: ſicut ſacerdos curatus ex offi
G cio & ſtatu ſemp eſt obligatus ad audiendū confeſſiones ſubditorū ſuorū:licet illas qñq̄ bene poſſit audire p aliū,vt extra de pœn. Oīs vtriuſq̄ ſexus.Qđ aūt dicit̄ de curatis: ꝙ licet ꝓdicare eis cōpetat ex officio,tñ ad hoc nō ſunt obligati rōne ſtatus:quia ꝑ magna ꝑte eſſent in ſtatu damnationis cum pauci ſint q̄ faciant & rariores ſint qui ſciant: Dico de primo hic dicto de curatis ꝙ non eſt verum:quia officium ꝓdicationis nequaq̄ competit eis niſi ratione ſtatus in quo ſucceſſit lxxii.diſcipulis: quibus ꝓdicare cōpetebat ratione ſtat9 quē aſſumpſerūt cū mitterent̄ a Chriſto, ſi cut &.xii.apoſtoli,vnde eadē p̄cepta oīno dedit eis ī mittendo ipſos,vt patet Matth.x.& Lu.ix. Vñ ſup Lu.dicit Gloſ.Sicut ī apl̄is forma eſt ep̄oꝝ,ſic ī.lxxii.forma eſt p̄ſbyteroꝝ.ſecūdi ordinis.lxxii. mittuntur qui tot linguarum gentibus euangelium prædicarent. Q; dicunt: ſunt ne in ſtatu damnationis? Dico ꝙ ſic,ſi nec ſciant nec ꝓdicent,aut ſciant,& non ꝓdicent ſcđm ꝙ requirit indigentia populi ꝑ tpe opportuno:quēadmodū alia p̄cepta affirmatiua obligāt.Sed ad hoc nō requirit̄ multū eminēs ſciētia modernis tpibus:licet maior requirit̄ in ep̄is q̄ curatis.Et ideo ꝑ moderno tpe nō pōt dici ꝙ pauci ſciant quātū neceſſitas requirit:aut exequant̄: et ideo nec ꝙ ſint in ſtatu dānationis ponēdū eſt.Qualiter aūt ſe habebāt tpa p̄cedētia qñ erāt hęretici:& ſe habebūt tpa futura ī ꝓdictis:neſcio.Attñ ſi ita eēt ꝙ pauci ſciāt & rariores faciūt ꝑ ſtatū corū requirit:et ꝓptea dicēdū eſſet ꝙ eſſent in ſtatu dānādorū:quātūcūq̄ ſit durum dicere hoc:potī tñ dicēdū eſſet q̄ falſum dicere circa ipſoꝝ ſtatū & mētiri. Sed qd hic laboramus?ſi plati nō ſunt obligati ad ꝓdicationē rōne
H ſui ſtatus:multo minus hoc cōpetit religioſis rōne ſtatus ipſoꝝ:quia nō plus magiſtris vel magiſtris theologię q̄ laicis cōuerſis in ordine ipſorū,& ſic illud dictū eoꝝ nihil valet ad ꝓpoſitū. Pro
I pter qđ addūt dicentes,Dato ꝙ ad opus ꝓdicationis oēs teneant̄ & ep̄i & curati: & qlibet illoꝝ ad ipm̄ ſit ſufficiēter iſtruct9: iſte tñ actus nō eſt tātę difficultatis ex genere ſuo nec arduitatis quāte ſunt ex genere ſuo act9 religioſoꝝ:vt ꝓpriorū abnegatio & ꝓprię volūtatis p totā vitā ſuā abrenūciatio. Dico ꝙ etſi in officio ꝓdicationis nō ſit magna difficultas ī corporis afflictione:maxima tñ
K eſt in afflictione mētis,ſi eo mō exerceri debeat vt ſtatus varius auditoꝝ requirit, vt eñ dicit Greg. in principio ſcđi paſto.Nō eadē cūctos exhortatio cōſtrīgit,qa nec cūctos par morū q̄litas aſtringit ſępe nāq̄ aliis officiunt q̄ aliis ꝓſunt,& panis q̄ vitā fortiū roborat, puuloꝝ necat.Pro q̄litate ergo auditorū deber formari ſermo doctoꝝ:vt et ad ſua ſingulis cōgruat : & tñ a cōis eruditionis arte nūq̄ recedat. Aliter nāq̄ admonēdi ſunt viri atq̄ aliter fœminę,aliter iuuenes,aliter ſenes,aliter ī opes,aliter locupletes,& cęta hmōi ꝓpria.et.xxx.li.Mora.ī principio.In eccleſia ordo doctoꝝ q̄ſi rex p̄ſidet quē fideliū ſuoꝝ turba circūſtat:de pietate & iuſtitia in ꝓdicationis ſerie ſpem miſcet & metū:q̄ten9 nec incaute de miſericordia cōfidāt,nec deſpate iuſtitiā timeāt,nec de exhibita iuſtitia p̄ ſumāt,nec de p̄terita iniquitate deſperent.Sicaūt tēperare & ſcire tēperare verbū ꝓdicatiōis & exequi,multis eſt impoſſibile & paucis poſſibile : ita ꝙ multo facilius eſt debitū obligationis ſoluere ī propriorū abrenūciatione & ꝓprię volūtatis abdicatione,q̄ debitum ꝓdicationis vt oportet exercere.Qui ſunt illi qui ſoluūt vt tenentur debitū abrenūciationis,abdicationis,& ꝓdicatiōis:& ī quo deficiūt:deus nouit.Qđ addunt ꝙ religioſi bene exercent opus ꝓdicationis ex priuilegio:quare & eis in hoc non p̄ferunt p̄lati:dico ꝙ hoc nihil ad propoſitū:quia poſſunt exercere ex priuilegiis per ſuperiorum iperium.de hoc nihil ad ſtatū religioſorum. Nūc aūt non eſt hic ſermo niſi de ſta-

tu non preeminentia: propter operum suorum per se preeminẽtiam. Quare cũ opus ꝓdicationis ꝑ se pertineat ad statũ ꝓlationis: quia est opus illuminationis: nõ aũt ad statũ religiosorũ: nullo modo quo ad hoc equiparari põt ꝑ q̃cũq; opa sua status religiosorũ statui ꝓlator. Qđ addũt vlterius ꝙ actus correctionis qui ꝑtinet ad prelatos, nõ est tãte difficultatis quãte sunt opa dicta religiosorũ: Dico ꝙ falsum est: sigs debeat corrigere prout recta ratio regrit. Summa em̃ difficultas est in illa quo ad duo: quorũ vnũ est iudiciorũ strepitus ad causę que correctione indiget indagationẽ. alterũ est post indagationẽ corrigẽdi modus. De primo dicit Grego. li. Mora. sup illud Iob. xxix. Causam ignorabam: diligẽtissime iuestigabã. Qua ĩ re, ingt, notãdũ est ne ad ꝑferẽdã sentẽtiã iniquã ꝑcipites esse debeam⁹, ne temere indiscussa iudicemus, ne q̃libet mala audita nos moueãt, ne passim dicta sine ꝓbatione credam⁹. De scdo dicit. xx. li. Mora. in prin. Talis debet eẽ dispẽsatio regiminis vt isq; ꝑsit, circa subditos se mẽsura moderet. sępe em̃ subditos frangim⁹ dũ plus iusto rigorẽ iustitię tenem⁹: q; ꝓfecto iustitię rigor nõ est si se sub iusto moderamine nõ custodit: & sępe a disciplinæ metu frangim⁹ subditos, si nr̃o regimini hilaritatis frena laxamus. Disciplina em̃ vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneat: sed circa suos subditos in rectorib⁹ debet esse & iuste cõsulẽs misericordia, & pie sęuiens disciplina: quatenus vnusquisq; qui curãdis vulneribus ꝑsit in vino morsũ districtiõis adhibeat, & oleo mollitiẽ pietatis. Si est virga disciplinę, sit & mãna dulcedinis, sit amor nõ emolliẽs, sit vigor nõ exasperãs, sit zelus sed nõ ĩmoderate sęuiẽs, sit pietas sed non plus q̃ expediat parcens. Idẽ versus finẽ li. xxx. Tunc est apud deum oblatio verę rectitudinis cũ de radice iustitię prodeunt rami pietatis. Sũt nãq; nõnulli ita districti vt omnẽ mansuetudinẽ benignitatis amittãt. Et sunt nõnulli ita mãsueti vt ꝓdant districti iura regiminis. Vñ cũ ab rectoribus vtraq; summope tenẽda sunt, vt nec in disciplinę vigore benignitatẽ mãsuetudinis, nec rursum in mãsuetudine deserant disciplinę rigorẽ: quatenus nec a pietatis cõpassione obdurescãt cũ cõtumaces corrigũt, nec disciplinę vigorẽ molliãt cũ infirmorũ aĩos cõsolant: regat ergo disciplinę vigor mãsuetudinẽ, & mãsuetudo obtineat vigorẽ: & sic alterũ cõmẽdet ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mãsuetudo dissoluta. Reuera in his seruare modũ difficilius est q̃ seruare quãcũq; obseruãtiã regularẽ. Dicere aũt contrariũ vt puto, inexperiẽtia facit. Hinc dicit Aug. ĩ fine de ope monach. Nõ alligamus onera grauia: & vestris humeris ĩponim⁹ q̃ nos digito attingere nolum⁹, q̃ rite & agnoscite labores occupationũ nr̃arũ & eccl̃iarũ q̃b⁹ seruim⁹, vt nos ad illa opa ad q̃ vos hortamur vacare nõ sinãt. Q̃uis em̃ dicere possum⁹: Quis militat suis stipẽdiis: tñ dñm Iesum ĩ cui⁹ noie secur⁹ dico, testẽ ĩuoco supaĩam meã: qm̃ quãtũ ad meũ attinet cõmodũ, mallẽ ꝑ singl̃os dies certis horis opari, & cęteras horas hꝭ ad legẽdũ & orãdũ, aut aliq̃d de diuinis literis agẽdum: q̃ tumultuosas pplexitates causarũ alienarũ pati, de negotiis sęcularibus vel iudicãdo dirimẽdis vel interueniẽdo p̃cidẽdis. & ifra. Omitto alias inumerabiles ecclesiasticas curas q̃s fortasse nemo credit nisi q̃ expt⁹ ẽ. Et ita q; nõ credit & dicit cõtrariũ, hoc cõtingit: qa inexptus est, aut forte qa respicit ad illos q; ꝑfunctorie illa opa agũt: q̃bus facilia sunt q̃ laboriosissima sunt ex corde agẽtibus illa. scdm ꝙ dicit Aug. in epl̃a ad Valeriũ. Ante oĩa peto vt nouerit religiosa prudẽtia tua nihil eẽ in hac vita, & maxime hoc tpe leuius & facilius & hoĩbus acceptabilius epi aut diaconi officio si ꝑfunctorie atq; adulatorie res agat. Sed nihil apud deũ miserius & tristius & damnabilius. Itẽ nihil esse ĩ hac vita, & maxime hoc tpe difficilius & laboriosius & periculosius epi aut pr̃sbyteri aut diaconi officio: sed apud deũ nihil beatius si eo modo militet quo noster impator iubet. Quis iste sit mod⁹ nec a pueritia nec ab adolescẽtia mea didici: & eo tpe quo discere cœperã vis mihi facta ẽ merito peccatorũ meorũ. Nã anteq̃ exptus essem qd illic agat, quasi doctior & melior reꝑhendere audebã: ita postq̃ missus sum in mediũ, tũc sentire cœpi temeritates reꝑhẽsionũ mearũ: q̃q̃ & antea piculosissimũ iudicarẽ hoc misteriũ. & ifra. Sed ad euitãdas aut ꝑferẽdas solertiã & vires meas nõ noui, & alicuius momẽti arbitrabar. & ifra. Proptea ipsa re didici qd sit homini necessariũ qui populo ministrat sacramẽtũ & verbũ dei. & ifra. Sed fortasse dicit sanctitas tua: vellẽ scire qd desit instructioni tuę: tam multa sunt vt possim facilius enumerare quę habeo, q̃ quę habere desidero. Audeo enim dicere me scire & plena fide retinere quid ꝑtineat ad salutẽ nostrã: sed hoc ipsum quõ ministrarẽ ad salutẽ alioꝝ nõ q̃rẽs qđ mihi vtile ẽ: sed qđ mꝭtis vt saluꝰ fiãt. & ifra. Quõ aũt id fieri põt nisi quẽadmodũ ipse dñs dicit petendo, pulsando, q̃rẽdo, orãdo, legẽdo, & plorãdo? Nota ꝙ dicẽdo, nihil leuius & facilius aut acceptabili⁹ epi aut diaconi officio, nõ addit, aut pr̃sbyteri, sed subdẽdo. Itẽ nihil eẽ &c. addit aut pr̃sbyteri. qa officiũ pr̃sbyteri. s. curati de quo loquit, mꝭtũ hẽt oneris sed modicũ honoris sęcl̃aris ãnexũ: sicut hẽt officiũ epi & diacõi & archidiacõi, alii em̃ diacõi nõ hñt ꝓpria officia ĩ eccl̃ia supra populũ. Qđ addũt de sacꝝ administratione ad populũ ꝑficiẽdũ &

M

ſanctificādū q̄uis ſit ſummę neceſſitatis & digniſſimę: nō tñ ſunt actꝰ maxime meritorii diſpēſanti ſacerdoti: neq; eñ in eis tāta arduitas & difficultas eſt ſicut eſt in actibus religioſorū: Dico q̄ licet ſubſtātia actus talis adminiſtrationis ſacramentorū, aliis quaſi mechanicū qd videt facilis adminiſtratiōis ſicut eſt pfunctorie agētibꝰ, ad quē ſc̄dm talē modū aſpiciūt q hoc dicūt: modꝰ tñ adminiſtrandi quo ſacerdos debet ea miniſtrare ſc̄dm q̄ impator noſter iubet: de quo iā dixit Aug. Ipſa re didici qd ſit homini neceſſariū q populo miniſtrat ſacramētū: & verbū dei: vbi verbo dei adiūxit ſacramētū: qa ſicut mlta reqrunt quo ad ſubſtātiā adminiſtrādi verbū dei, & quo ad vires ſpirituales in ſuſtinēdo labores diſcēdo qd & qualiter, qñ, & qbus & cętera hmōi, etiā pponendo: ſic ēt ad ſciētiā debite miniſtrādi: & vires ſpūales in ſuſtinēdo labores: diſcēdo nō tam p ſtudiū pcedēs q̄ in ipa adminiſtratione inueſtigādo qbus qñ & qualiter digne ſacramēta ſunt miniſtrāda, & qbus nō & cū hoc ſummo ſtudio & labore cuſtodiēdo a maculis culpę & īfamię, curā habēdo de bono noie vt qualibet hora idoneus inueniat miniſter in adminiſtrādo. Sicut eñ indigne recipiēs damnabiliter recipit: ſic idigne miſtrās dānabiliter miſtrat. Labor aūt in ſic admiſtrādo ſacra mlto maior eſt
N q̄ ſit labor cuiuſq; opis p ſe ptinēris ad ſtatū religiōis. Sed eſto q̄ ita ſit vt dicūt de ope admiſtrationis ſacroꝝ: nō tñ ꝓpterea pferēdus eſſet ſimplr ſtatus religionis: qa in aliis opibus p̄dictis multū ꝓponderat ſtatus platorum, vt dictū eſt. Sic aūt cōparatio nō eſt attēdēda ad vnū ſed ad ſingula in ſpiciēda, ſicut dictū eſt ſupra in ſecūda cōditione. Q2 addūr de actu arduo martyrii: q̄ licet religioſi ad illum nō teneant rōne ſtatus ſui ſiue voti ſicut tenent rōne ſtatus ſui plati: tenent tñ rōne ſcandali vitādi: quia fugiēdo magis ſcandalizarēt q̄ plati: Dico q̄ etſi ita eſſet: tñ plati rōne obligatiōis ad ponēdū animā p̄ quibus ꝓpt ſtatū magis pccarēt fugiēdo q̄ religioſi. Et ideo ad nō fugiēdū plus ſunt plati aſtricti: & eſt actus p ſe ptinēs ad ſtatū platorū: nō aūt religioſoꝝ niſi p accidēs.
O Ad id aūt qd eſt p accidēs, nō eſt ſtatuū cōpatio attēdēda, vt dictū eſt. Et tñ hoc falſum eſt q̄ religioſus plus ſcandalizaret: immo quanto platus ſuperior & honeſtioris vitę tenet eſſe in populo q̄ religioſus, vt iā dicet, tāto platus talis exiſtens qualis deberet eſſe, plus ſcandalizaret. Q2 addunt q̄ nec in hoc pferunt aligbus religioſis: puta templariis & hoſpitalariis: qui tenentur ſe exponere morti p populo chriſtiano, & non fugere: dico q̄ tale opus nō ptinet p ſe ad illos rōne ſtatus religiōis: ad quē ſolūmō p ſe ptinet obſeruātia triū votorū: ſed ſolūmō ptinet ad illos rōne ſpecialis inſtitutionis q̄ accñtaliter ſe habet ad ſtatū religionis ſimplr: etſi rōne ſpecialis obligationis ptineat per ſe ad religioſos tales. Et tñ hoc quid ad illos qui talia ꝓponūt, cū nullū ſtatutū ſup hoc habeāt in ſua regula? Et ꝓpterea cū ſc̄dm Augu. Martyrē nō facit pœna ſed cauſa: quanto cauſa maior & principalior ē martyrii: tanto martyriū glorioſius eſt & maioris meriti, & ſimiliter obligatio ad illā ſuſtinēdū. Nūc aute dicti religioſi: etſi p populo Chriſtiano teneant ſe vt dictū eſt, morti exponere: tñ hoc nō eſt niſi ex cā corporalis inſultus quē infideles attētare poſſent & inferre chriſtianis in pſonis aut in rebus corporalibus. Prelati autem in talibus inſultibus etiā tenent ſe exponere pro populo ſuo, ſicut expoſuit ſe Rhemis beatus Nicaſius in inſultu Vandalorū: & ſimiliter in inſultibus ſpiritualibus defendēdo fidei veritatē contra hęreticos. Ex qua cauſa nō tenent ſe dicti religioſi morti exponere: quia laici ſunt neſcientes tali militia militare: in qua nō niſi ſpiritualibꝰ armis eloquiorū veritatis pugnādū ē: ſc̄dm q̄ dicit Grego. i. Paſto. xv. Paſtorē recta timuiſſe dicere qd aliud eſt q̄ tacendo terga pbuiſſe? Et eſt iſta cā martyrii multo maior & principalior q̄ præcedens: quāto bona ſpiritualia corporalibus ſunt potiora, & ſic oīno i actu martyrii plati & dictis religioſis & oībus aliis pferūt. Qd addūt q̄ iſta gregis pſecutio raro accidit, et ſi ſępe occurreret
P non ita multi efficerent ſacerdotes ſicut mō: Dico q̄ verū eſt: nec oēs mō currentes ad ſacerdotii curā ita debēt eſſe pfecti vt p hanc ad martyriū ꝓperent ſicut ꝓperabāt tunc qñ dixit Aplus. Qui epiſcopatū deſiderat bonū opꝰ deſiderat. qd vt dicit Grego. i. Paſto. c. ix. illo in tēpore dicit quo q̄lq; plebibus pērat primus ad martyrii tormēta ducebat: & tūc vt ſequit continuo, fuit laudabile epatū q̄rere. Similiter intellige & ſacerdotiū: qñ p hūc quē q̄ dubiū nō erat ad ſupplicia grauiora puenire. Qd reuera nō laudabile eſt i eo qui in epatu nō opus ſed honorē ſiue emolumētū q̄rit: qa vt ſequit continuo, ipe ſibi teſtis quia epatū nō appetit: intellige, neq; ſacerdotiū: quia nō p hūc boni opis miniſteriū, ſed gloriam q̄rit, honoris ſubaudi: aut lucri. Propter qd occurrētes moderno tpe ad ſacerdotiū aut epatū potius mercenarii q̄ paſtores ſunt: q tñ etſi raro cōtingat pſecutio vſq; ad martyriū ſemp debēt eſſe pati rōne ſtatus potius ad ipſam patiēter tolerandā: q̄ qcunq; religioſi.
Quib religioſis cōſili mō ſicut ipſi dicūt platis, poſſet dici q̄ pſecutio religioſoꝝ i martyrio raro
Q cōtingit: et ſi ſępe cōtingeret nō ita multi efficerent religioſi: ſicut mō. Q2 aūt adhuc addūt q̄ ad actū martyrii nō ſunt curati īmobiliter aſtricti: qa poſſunt reſilire a cura & trāſire ad religionem

vt ad frugem vitę melioris contradicente etiã epiſcopo, ſicut fuit ordinatum in concilio Toletano Nõ ergo ſimpliciter ſunt obligati ad hũc actũ tã arduũ: ſed ex ſuppoſitione tm̃ & vt nũc, ſ. ſi velint ſtare in officio curę: Dico ꝙ in hoc ſilẽt de epĩs: ga nõ eſt eis talis diſpẽſatio exhibita ſup tranſitu ad religionẽ dimiſſa cura qualis eſt ſacerdotibus curatis: q tm̃ de iure cõi ſunt ita ĩmobiliter curę ſuę aſtricti ſicut epi, ꝓpter qđ ſimpliciter ratione ſtat⁹ ſunt ſimpliciter obligati ad actũ dictũ ſicut & epi. Quare aũt diſpenſatũ eſt cũ ſacerdotibus ſup illo potius q̃ cũ epĩs, in Quolibet p̃cedẽti rationẽ aſſignaui. Qđ tm̃ dato ꝙ non ſint obligati ĩmobiliter ad hoc, nihil valet ad ꝓpoſitũ illorũ quia ſaltem plus obligati erant ad dictũ actum tẽpore quo ſteterũt in illo ſtatu ꝓlatorum q̃ poſtq̃ tranſierunt ad ſtatũ religioſorũ, vt patet ex dictis. Quomodo etiã ſtat⁹ religionis ſit melioris vitæ ſatis expoſitum eſt ibidem. Q; addunt vlterius: ꝙ ad abdicationem ꝓprietatis & abnegationem ꝓ R
prię voluntatis ſunt obligati religioſi & non pręlati: ga poſſunt habere ꝓpria: quare religioſi ratiõe ſtat⁹ ſui ſunt pfectiores. Dico ꝙ etſi religioſi in hoc ſint perfectiores pręlatis etiã habẽdo aſpectum ad ſtatum qui modo eſt obſeruatus in eccleſia a pręlatis: non autem ad aliquẽ mathematicum aut abſtractũ: qualis aliqñ fuit aut poſſet eſſe: tm̃ ex hoc non ſequitur ꝙ religioſi ratione ſtat⁹ ſui ſint pfectiores ſimpliciter: quia in vera cõparatione ſcđm p̃dicta oportet aſpicere ad ſingula. Quia ergo opera ꝓpria ꝓlationis & per ſe ratione ſtatus ſui p̃dicta multo ſunt perfectiora dictis operibus religioſoꝝ ſcđm p̃dicta: nõ obſtante ꝙ aſpiciendo ad ſtatum modernorum in aliquo ſunt perfectiores: & ita ſcđm ꝙ ꝓlati: tm̃ ſunt ſimpliciter perfectiores aſpiciendo ad alia eorum opera ꝓpria, & cõparando ipſa ad dicta opera religioſorum. Q; aũt addunt ꝙ ſunt multi alii actus ardui & difficiles ꝓ S
prii religioſis: ſcilicet abſtinẽtia, ieiuniũ, aſperitas victus & veſtitus & cæterorum talium ad quæ non tenentur prælati ratione ſtatus ſui: Dico ꝙ omnia talia ſunt accidentalia ſtatui tam religioſorũ q̃ ꝓlatorũ: quia ſunt p̃ter tria vota, quæ ſunt per ſe opera religionis, & pręter tria per ſe opera p̃latorum, propter qđ ſcđm prędicta nihil valet hoc ad ꝓpoſitũ, maxime quia cum illis tribus generibus operum ꝓpriis ꝓlatis etiam incumbunt eis plura alia annexa: q̃ ſunt potiora & difficiliora oĩb⁹ ieiuniis & cęteris aſperitatib⁹ religioſoꝝ: cuiuſmõi ſunt opa pietatis, & miſericordię erga ſubditos illa debite exercendo: vt quilibet eorum poſſit dicere cum beato Iob, c. xxix. Oculus fui ceco, & pes claudo, pater erã pauperum, & cor viduę conſolatus ſum, & cum beato Paulo, i. Corin. ix. Cũ ex omnibus eſſem liber oĩm me ſeruũ feci &c. Qđ aũt dicũt: ſi ſtatus ꝓlatorũ cõpareť ad ſtatũ religioſorum quantũ ad cõgruentiã poteſt dici ꝙ ſtatus ꝓlatorum eminẽtior eſt & perfectior q̃ ſtatus religioſorũ: ga cõgruit ꝓſonas quę ex officio habẽt alios pficere, eſſe pfectiores q̃ religioſos: nõ ꝙ de neceſſitate oporteat ꝓlatos eẽ tales: ga hoc eẽt dãnare eos. Pauci eñ aut nulli ſunt tales: ſed cõgruũ eſt ꝙ ſint tales. Et ſcđm hoc intelligunť oẽs auctoritates q̃s aliqui inducũt ꝓ ipſis ad ꝓbãdũ huius cõtrariũ: quas tm̃ inducũt ac ſi de neceſſitate oporteret ꝓlatos eſſe tales quãtũ eſt de natura ſtatus eorũ: qđ nõ eſt verũ. Cõgruit tm̃ eos eẽ tales duplici rõne. Primo quidẽ rõne honoris: difficile eñ eſt in honore eſſe & nõ inde gaudere: q̃ tm̃ difficultas nõ facit ad maius meritũ: ga fugiẽdi ſunt honores, ſicut cohabitare cũ mulieribus, & cõtinere eſt difficile inter eas, hoc tm̃ nõ auget meritũ, ſed minuit. Secũdo cõgruit eos eſſe pfectiores rõne oneris periculoſi. Dictũ iſtud in fundamẽto ſuo ſeipm̃ deſtruit: ga pfectius nõ congruit ſeu decet, qđ idẽ eſt, niſi pfectiori: ſicut nec maiores honores niſi magis honorabilib⁹, vel vere ſicut virtuoſis: quia ſcđm phm̃: Honor eſt præmiũ virtutis vel p̃ſumptiue ſicut principibus & in dignitatibus conſtitutis: & maiora bona melioribus & minora minoribus: quia paruos parua decent: ſicut patet in iuſtitia diſtributiua ſcđm proportionem arithmeticam, quare non congruit & decet exiſtẽtes in ſtatu ꝓlationis eſſe pfectiores, ẽt ſi nõ ſint tales, hoc nequaq̃ eſſe poteſt niſi ratiõe ſtatus q quãtũ eſt de ſe neceſſario reqrit tales, ꝓpter qđ etiã p̃ ſumitur ꝙ qui ſunt in tali ſtatu ſint tales. Et ideo ſi cõgruit ꝓlatos eſſe pfectiores religioſis, hoc nõ eſt niſi ga ſtatus eorũ pfectior hoc neceſſario requirit: ita ꝙ nõ poſſunt eſſe ꝓlati idonei: qn ſint tales etiã priuſq̃ aſſumanť ad ꝓlationis ſtatũ: ſed hoc nõ ſimpliciter & abſolute, ſed ſolũmõ reſpectu ſubditoꝝ: nec in eodẽ & æquali gradu pfectionis, reſpectu eñ ſubditoꝝ debẽt ꝓlati pfecti eſſe: quia debẽt ſubditos pficere. Perfecti aũt debẽt eẽ q habẽt alios pficere: ga vt habitũ ẽ ſupra, ſcđm Hugo. Sãctoꝝ pfectiores vocat beatus Dionyſius eos q tãtã a deo gratiã p̃ceperint vt alios etiã ad ſanctitatẽ pficiãt. Sãcti pfecteſũt q ab ipſis ſupioríb⁹ pficiunť. Quare cũ de iure cõi religioſi quicũq̃ rõne ſtatus ſui ſint ſubiecti ꝓlatis ratione ſtatus eorũ: licet p exemptionẽ ſubiecti ſint ſoli ſummo pontifici: exemptio autem nihil derogat ratione ſtatuum: reſpectu ergo ſtatus religioſorũ requirit ſtatus ꝓlatorum habere pfectos: non ſolum congruit ꝙ tales habeat. Qđ ergo dicunt ꝙ difficultas T
annexa ſtatui prelatorum ratione honoris & oneris non facit ad augmẽtũ meriti: ſed minuit: dico

ꝙ etſi hoc ſit verum in his q̃ indiſpoſiti ſunt & vltro ſe offerentibus ad ſtatum prelationis: nequaq̃ tñ verum eſt per ſe & in his q̃ virtutibus præditi & coacti ad ſtatū plationis accedūt. tales enim ſe periculo non immergunt, ſed magis charitate compulſi: non affectando periculū nec honorem, ſed magis deſiderando ſui & aliorum profectum parati ſunt hoſtis inſidiantis periculis occurrere vigilantes, qđ eſt valde difficile, & ideo intātū hæc difficultas adauget meritum ſic ꝑſidētium ꝙ non poſſunt ei æquari in merito opa ꝓpria religioſorū, vt religioſi ſunt. Vnde nihil valet ſimile ĩductum de cohabitante cum mulieribus, & præcipue cum voluntarie cohabitant. Q̃ autem adducunt pro ſe auctoritatem Anſel. de ſilitudinib⁹. Deus cū diabolo bellū hic habet: ĩ bello ſuo hēt chriſtianiſſimum monachum, & ſuper monachū conuerſationem tm̃ angelorum. Qđ ſi ſic: non ergo ſuper ſtatum monachi, per quem omnes religioſi intelliguntur, eſt ſtatus prælatorum, ſed ſolummodo angelorū. Dico ꝙ ſicut patet inſpicienti illam ſimilitudinem, Anſel. ibi loquitur de differentia ſecuritatis ſtatus monachorum & angelorum in bello dei cōtra diabolū. Angeli cm̃ ſunt in ſtatu oīno ſecuro tanq̃ exiſtentes in turri caſtelli vt nullo modo poſſint attingi a diabolo: monachi autem tanq̃ in caſtello in firma ſocietate ad quam nō poteſt accedere diabolus, & ideo nec aliquem monachū occidere niſi voluntarie exierit. Dico ergo ꝙ bene verū eſt ꝙ quantū ptinet ad ſecuritatem, ſupra ſtatum monachorum non eſt niſi ſtatus angelorum. Status enim prælatorū ſumme ꝑriculoſus eſt vt in ꝓcedente Quolibet declarauimus ſatis, nihilominus tñ quantum ad perfectionē & meritum vitæ ſtatus prælatorum eſt ſupra ſtatum monachorum & proximior ſtatui angelorū. Et ſecūdum hoc illud qđ expreſſius videtur eſſe pro ipſis, q̃ de religioſis monachis quos hortatus eſt ad opera manuū, dicit ſic, Non ceſſauit apoſtolus exhortari fideles q̃ haberent huius mundi ſubſtātiā vt nihil deeſſet neceſſitatibus ſeruorum dei: q̃ celſiorem ſanctitatis gradum in eccleſia tenere voluerint vt ſpei ſæcularis vincula cuncta ꝓciderent: & animū libere diuinæ militiæ dedicarent, ſic etiā intelligenda puto quæcūq; ſimilia ĩduci poſſunt: niſi fallaciā adducerēt ꝓpriꝙ ſolu
rationē perfectionis operū Christi iuxta primū modū operum ei⁹, semp perfectius est opus in quo quis imitat eum: & sic gñaliter omniū tēporaliū abrenūciatio tam in proprio q̄ in cōmuni: & que rere ī eis solūmodo quotidianū vsū facti, vel de euāgelio, vel de labore, vel de mēdicitate viuere est status pfectiōis quā Christ⁹ obseruauit viuēdo de euāgelio: & verbo docuit dicēdo. Nihil tuleritis in via &c. comedētes & bibentes q̄ apud illos sunt, dign⁹ est em̄ operari⁹ mercede sua. & docuit ex emplo in accipiēdo a fidelib⁹ sibi & suis necessaria, sicut dictū est. Obseruantiā autē perfectiōis viuē do de labore & de mēdicitate ppie dicta, aliis reseruauit. Sic ergo in Paulo pfecti⁹ fuit laborare ma nib⁹ & nō viuere de euāgelio, q̄ imitari Christū viuēdo de euāgelio: ī quo eū imitati sunt alii apli Propter qđ Paulus sublimius egit q̄ cæteri apli, vt dicit Aug. sup dictum locū psal. ciii. Multi infir mi ista q̄siturī erāt: Paulus sublimi⁹ egit. s. ista nō q̄situr⁹: vt statim p̄misit. Et tūc cōtinuo q̄rit Au gu. Nunqd & Christo sublimius? & respondet. Christus sublimi⁹: quia misericordius. Qđ verū est quo ad animū operantis: & Paulus em̄ misericorditer operat⁹ est manib⁹ opērādo. Vnde q̄ nō vo luit sumpt⁹ sumere ne venale videret ponere euangeliū, hoc fecit misericorditer ne offendiculū po neret proximo, in suspicando q̄ euangelistę nō euāgelizarent nisi ppter sumptus. dicēte Augu. de opere mona. ca. x. Infirmitati hoīm cōpatiēs id faciebat, ppter qđ. i. Corin. ix. vbi exponit illam cau sam, cōtinuo exponit qualiter in plurib⁹ aliis operibus suis misericorditer condescēdit infirmitati proximorū, subdēs. Nam cū liber essem oībus oīm me seruū feci vt plures lucrifacerē &c. Sed Chri stus multo misericordius operatus est habēdo oculos: quia illud fecit in exemplū & documentum oīm de ecclesia, pauciss̄imis exceptis qui aliquid aliud vellēt superogare. Paulus autē illud fecit so lūmodo ī exēplū & documētū paucor̄ & pfector̄ q̄ in hoc eū erāt imitaturi, & impfector̄ q̄ cōtra eū aliqd sinistri essent suspicaturi. Quo ad pfectionē autē rōne gñis siue substātię ipsi⁹ opis pfecti⁹ egit Paul⁹ q̄ Christ⁹: sicut pfectius egit quātū erat de gñe operis qñ passionē sustinuit q̄ qñ lapida tionē fugit. Q̄ ergo arguebat q̄ viuere de mēdicitate est pfectius: quia in hoc est maxima humi liatio: Dico q̄ duplex est humiliatio: quædā exterior & quędā interior: & hoc tam in manuū opere q̄ in mēdicitate & q̄ in euāgelizatione: & est quelibet istarum de bonis meritoriis: & nulla earum quantū est de se bonū est nisi ex genere: & potest bono modo fieri: siue cōuenit eis bene & male vti. Illa autē quæ exterior, consistit in quadā vilificatione. s. secundū reputationē hominū: & ideo de illa nihil ad bonū virtutis de quo est q̄stio. Vnde talē vilificationē p̄ nihilo reputāt boni viri in his trī bus actibus: nec ppter vilificationē talem adipiscendā, scilicet vt homo vilis reputet ī hoīm estima tione, debet aliquis se in dictis operib⁹ humiliare: quia hoc vergit in hois diffamationē: & curā opor tet habere de bono noīe. Nec similiter ppter talem vilificationē fugiendā debet homo iustus ab ali quo illorū triū actuū desistere, dum tamē poterit ipsum in actū virtutis cōuertere, dicēte Aug. de Paulo circa opus manuale de opere monach. Innocēter & honeste ea q̄ apta sunt hūanis vsibus ope rabatur: sicut sese habēt opera fabrorū structorū sutorū & his similia, valet em̄ honestas ipsa qđ re prehēdit supbia eorū qui honesti vocari volunt: sed esse nō amant. Nō ergo dedignaret apl⁹us siue rusticanū op⁹ aliqđ aggredi, siue ī opifico labore versari. Qui em̄ ait: Sine oī offensiōe estote iudęis & gētibus & ecclesię dei, quos in hac causa vereri posset ignoro. Si Iudęos dixerim, patriarchę pecō ra pauerūt. Si græcos dicimus etiam phos: multū sibi honorabiles sutores fuerunt. Si ecclesiā dei: ille cui despōsata est virgo Maria, faber fuit. Hinc dicit scđo Soliloquior̄. Multa em̄ fiūt quę quasi fa cie & populari turpia vidētur: alio tamē fine laudabilia & honesta monstrant. Illa autē humiliatio q̄ est interior, similiter in quadā vilificatione consistit: scilicet scđm reputationē propriā. & habet qua tuor actus. Primo enim homo per ipsam abominatur vitia tanq̄ sibi contraria. Secundo despicit bo na infima: vt oīa tēporalia tāq̄ sibi insufficiētia. Tertio nō reputat bona media vt vires & naturalia sua tāq̄ ad bona supma adipiscēda īfirma & inualida. Quarto paruipēdit bona q̄ adept⁹ est, supma scilicet bona gratię & virtutū: & hoc respectu bonorū glorię ad q̄ toto desiderio tendit, vt virtutes & gratiarū dona. secundū q̄ hęc oīa probari possent p̄ dicta sanctorū: sed longū esset & imptinēs ad propositū. Et humiliatio hæc scđm tres vltimas operationes idem est qđ pauptas spiritus: quia re putatione spiritus hoc est mētis suę parum sibi est quicquid habet: & est pars magnanimitatis in quantū magnanimitas despectiua est: & est subministratiua alteri⁹ partis magnanimitatis, inquātū scilicet ipsa est dignificatiua: & scđm ipam magnanimus se reputat dignū magnis bonis, & ad illa anhelat. dicēte Pho. iiii. Ethi. Magnanimus magnis seip̄m dignificat dignus existens. & scđm aliam trāslationē. Pręparat se ad res eximias apt⁹ ad hoc. & īfra. Paruū autē huic sunt alia: ppter qđ despe ctores vident esse. De illa prima parte q̄ est humilitas, ad p̄sens nobis sermo est. De alia vero alias ser mo forte erit: q̄ nomē ppriū nō habet: sed nomē virtutis simpl'r sibi appropriat: qa dignior pars eius

eſt,vnde & ab illa nominaꝫ,dicẽte Phio,Magnanimitas circa magna quidẽ eſt:& ex noie videtur eẽ.

Circa humilitatẽ igitur eſt aduertẽdũ:ꝙ ſi prima humilitas,ſiue humiliatio affectẽ ſine ſecũda cũ illa nõ ſit affectãda ſicut dictũ eſt,propter ipſam vilitatẽ:non affectaꝫ niſi ꝓpter tẽporale cõmodum aut vanã gloriã quã ex illa conſequiꝫ:& quãto maior eſt illa humiliatio in mẽdicatione q̃ in euãgelizatione vel manuũ labore:tanto illa eſt deterior.Dicit em̃ Hieron⁹.ad Oceanũ.Dfficili⁹ arrogãtia q̃ auro caremus & gẽmis. his etiã abiectis interdũ glorioſis intumeſcit anim⁹ ſordibus:& venerabilẽ pauptatẽ populari aurę offerim⁹. Propter qđ ad ſecundã humilitatẽ exhortãs ídẽ dicit ad Demetriadẽ.Pręcipue fictã humilitatẽ fugiẽs illã ſectare quę vera eſt:in qua nõ ſit ſupbia inclu ſa:multi em̃ huius virtutis vmbrã,veritatẽ eius pauci ſequunt.Item dicit ad Euſt.Nec gloriã fugiendo q̃ras.plures em̃ in hoc placere cupiunt ꝙ placere contẽnunt:nec plus religioſa velis videri: Q nec plus humilis q̃ neceſſe eſt. Dico ergo reſpõdendo ad argumentũ:ꝙ in quo eſt maxima humiliatio iſto ſecundo modo in illo eſt maxima ꝑfectio: & tali humiliatione humiliauit ſe Chriſtus.

Q⁹ autẽ aſſumiꝫ ꝙ hęc eſt maxima in mẽdicatiõe: Dico ꝙ nequaq̃ verũ eſt:quia cæteris paribus qui laborare nõ vult ſed mẽdicare,laborẽ fugit & otium quęrit:& ſic ſe plus debito dilígit:& non vt cõgruit vero humili ſeſe reputat.ſi em̃ tantũdẽ laborare oporteret mẽdicãdo quãtũ op⁹ faciẽdo aliis eiſdem retẽtis,ſemp de labore melius eſt acquirere qđ ſibi ſuffícit:& vnde aliis ſuccurraꝫ:q̃ de mendicitate:qa meli⁹ eſt & ꝑfectius eſt nõ indigere alieno q̃ indigere,ꝓpter qđ beatitudo eſt ſufficientia cõmodoꝝ ſine oĩ indigẽtia,vt dictũ eſt ſupra:& vt dicit Phus.x.Ethicorũ beatitudo eſt ꝑ ſe ſufficientia.Similiter nec vera humiliatio maior eſt ĩ mẽdicitate q̃ ĩ euãgelizatiõe : ſed ecõuerſo qm̃ verus euãgeliſta intantũ ſemetipm deſpicit,ꝙ oĩm quib⁹ incũbit ipm euangelizare ſe ſeruũ facit.ſecũdũ apoſtolũ.i.Corin.ix.Cũ eſſem liber ex oĩb⁹ &c.ſicut ſupra.Mẽdicãs aũt inquãtũ hmõi nõ niſi gratię eius a quo mendicat ſe ſubiicit.Hinc Grego.xvii.lib.Moraꝫ.exponens illud Iob.xxvi.Ecce gigantes gemunt ſub aquis.dicit ſic. Gigantes gemunt ſub aquis: quia quanto quiſquis altius erigitur , tanto curis grauioribus oneratur : eiſq; ipſis populis mente & cogitatione ſupponitur quibus ſupponitur dignitate.homo quippe in ſublimibus eleuatus tantos ſup ſe ſuſtinet quantos ſuppoſitos regit.ii autem qui talibus ſatiantur ipſi etiã laboris ꝑticipatione deprimuntur.

Explicit.xiii.Quodlibet Magiſtri Henrici a Gandauo.

Incipit.xiiii.Quodlibet eiuſdem.

Diſputatio noſtra de quolibet



xiiii.cõtinebat quęſtiões,xvii. Quarũ vna cõmuniter ꝑtinebat ad deũ & ad creaturas:alię vero oẽs ſolũmodo ꝑtinebãt ad ſolas creaturas.Illa vnica erat.Vtrũ agẽs ſecũdariũ agẽs ĩ virtute primi agẽtis habeat ĩ ſe virtutem illi⁹ mãſiuã. Et arguebaꝫ ꝙ ſic.res ꝙ eſt mãſiua hoc habet a deo cui⁹ eſt res cõſeruare ĩ eẽ:illđ aũt qđ habet res ĩ eẽ cõſeruare,ęqualiter habet cõſeruare in eſſe illas ad quas æqualiter ſe habet: ſed deus ęqualiter ſe habet ad illã virtutẽ quę eſt in ſecũda cauſa a prima,& ad alia quę ſunt in illa cauſa ſecũda:cũ ergo ſic conſeruat alia in illa ꝙ habeant in ea eſſe manſiuũ. ergo ſiliter & illã virtutẽ. Cõtra.vis primi agẽtis eſt in agẽte ſcđo ſicut in quodã inſtrumẽto: ſed in inſtrumẽto talis vis mãſiua nõ eſt,vt patet in ſecuri in qua nõ manet vis ei influxa ab artifice ſcđm artẽ ſuam cũ manũ artificis exierit.er R go &c. Hic oportet primo videre de virtute primi agẽtis quã eſt in agẽte ſcđo quid illa ſit & in ſe & in ſuo effectu quẽ agit agens ſcđm ꝑ illam.Et dicũt aliqui ꝙ virt⁹ agẽtis primi ĩ agẽte ſcđo eſt forma agẽtis ſecũdi q̃ exiſtit:& ꝑ quã operaꝫ op⁹ debitũ ſuę formę q̃ exiſtit.cuiuſmodi eſt forma ignis inquantũ ignis eſt q̃ vocaꝫ igneitas,qua ignis generat ignẽ:& forma calidi inquãtũ eſt calidũ quę dicit caliditas,qua calidũ ꝓducit calidũ. Et dicit virtus primi agentis eſſe in agẽte ſcđo:quia habet eſſe ab illo in iſto.Sed hoc nõ poteſt eſſe verũ gñaliter in cauſis ordinatis:quarũ vna eſt prima & altera ſecũda.ſemper enim tunc & vniuerſaliter cauſa ſecũda id quod eſt haberet eſſe a cauſa prima:qđ nequaq̃ verum eſt:nec verum eſſe poteſt niſi in cauſa ſimpl'r prima quę deus eſt ſolũ modo reſpectu cuiuſlibet alteri⁹ cauſę q̃ cauſa ſcđa eſt reſpectu illius:qa ipſe ſolus eſt cauſa prima a qua habet eſſe cauſa ſcđa ſecundũ id qđ eſt:quoniã ipe eſt primũ ens.& vt dicit.xviii. propoſitio de cauſis,res oẽs entes ſunt ꝓpter ens primũ.vbi in cõmẽto dicit.Et ens primũ eſt cauſa cauſarũ.Il

Queſtio.i.

Argu. prin.

In oppoſitũ.

Reſol.q.

lud ergo non eſt generaliter verũ niſi ponẽdo ꝙ nõ ſit aliqua alia cauſa prima reſpectu alterius niſi ſolus de⁹:aut ꝙ ab iſta cauſa prima q̃ nõ eſt deus,habeat eſſe ſcđm id qđ eſt ipſa cauſa ſcđa. Quorũ neutrũ verũ eſt:multę nãꝙ ſunt alię cauſę primę reſpectu alteri⁹:vt reſpectu ſcđę,q̃ nõ ſunt de⁹, & a quib⁹ nõ habet cauſa ſcđa eſſe id quod eſt:puta ī operibus cęli intelligẽtia mouens cælũ eſt cauſa prima,& iſtm cęlũ eſt cauſa ſcđa: & in opib⁹ elemẽtorꝫ & cõpoſitorꝫ ex elemẽtis cęlũ eſt cauſa prima & elemẽta ſunt cauſa ſcđa:& tñ elemẽta nõ habẽt eẽ id qđ ſunt a cęlo ſicut a cauſa prima,neꝙ cælũ ab ītelligẽtia,niſi ſcđm errorẽ aliquorꝫ pĥantiũ,puta Auicẽ.iii.Metaph.ſuę.A tali ergo cauſa prima ſi ſit aliqd ſeu aliq̃ virt⁹ in cauſa ſcđa,illa neceſſario eſt aliqd pter illa q̃ ſunt de natura ipſi⁹ agẽtis ſe cũdi:& pręter id qđ eſt:licet forte a cauſa prima q̃ deus eſt nõ ſit aliquid in cauſa ſcđa quo agit ſuã ꝓpriã opationẽ,pterq̃ id qđ eſt ipe. Propter qđ dicũt aliq ꝙ in ſingulis cauſis aliis a deo q̃ ſunt oẽs cauſę ſcđę reſpectu illi⁹,nõ eſt niſi id qđ naturaľr ipſi inditũ eſt a deo,quo q̃libet earũ agit ꝓpriã operationẽ cõpetentẽ ſibi ſcđm illud:vt ꝙ ignis ſola forma igneitatis generat ignẽ,& forma caloris generat caliditatẽ ſiue calidũ:ita ꝙ deus nihil aliud influit ī ignẽ vt generet ignẽ,neꝙ in calorẽ ei⁹ vt generet calorẽ,pter hoc ꝙ cauſat ī illo formã igneitatis & caloris:ita ꝙ qcqd agit in eo qđ fit & ꝓcedit ab agẽte creato ſiue mediate ſiue ĩmediate,hoc agit virtute naturę ſuę pſentis ſubſtãtialiter:nõ autẽ per aliud ab eo influxũ agẽti ſcđo. Vnde enumeratis plurib⁹ effectib⁹ agentiũ ſecũdorũ dicit Aug.vii.de ci.dei.Hęc oĩa facit atꝙ agit vn⁹ ver⁹de⁹:ſed ſicut de⁹ idẽ vbiꝙ tot⁹ pſente potẽtia.Dicũt etiã aliq ꝙ deus nõ aliter operat opa ignis q̃ agit vi igneitatis aut caloris,q̃ p illa inquãtũ iſta opat⁹ eſt ī igne:ita ꝙ nõ ſit ponẽdũ ꝙ ĩmediate opereť deus ī ope quolibet creaturæ aut opato ab illa,pter hoc ꝙ opereť mediãte illa,inquãtum id quo illa operať habet eſſe ab ipſo in iſta.vt ſcđm illud intelligať ita dixiſſe Aug.cõtinue poſt iã dicta.vii.de ciui.ca.xxx.Sic itaꝙ oĩa q̃ creauit adminiſtrat vt etiã ea ꝓprios motus agere ſinat. Et Anſel.lib.de cõcor.præſciẽtię & liberi arbitrii dicit ſic. Sicut de⁹ nõ facit iniuſtitiã:ita nõ facit aliqd iniuſtũ eſſe:q tñ facit oẽs actiões & oẽs motus:qa ipe facit res a qb⁹ & ex qb⁹ & p q̃s & in qb⁹ fiũt:& nulla res habet vllã poteſtatẽ volẽdi aut faciẽdi:niſi illo dante. Et non dicit Auguſt. Sic de⁹ res adminiſtrat vt cũ illis ꝓprios mot⁹ illarũ agat. Quo S
mõ autẽ & q̃re neceſſariũ ſit ponere ꝙ alit q̃ ſcđm tactũ modũ de⁹ mediate aut ĩmediate cooperet creaturę ī oĩ operę ſibi ꝓprio & naturali,non video: nec tñ aſſero hoc nõ eſſe ponendũ aut neceſſario nõ eſſe ponendũ.Forte em̃ hoc diuinę maieſtati cõgruit:& ideo illud ponendũ eſt:qa qcqd maieſtati eius cõgruit ei neceſſario cõgruit:quia in ipſo nihil eſt contingẽter:& quicqd ei ineſt aut congruit,neceſſario ei ineſt aut congruit : & quicquid ei non ineſt, aut non congruit,impoſſibile eſt ei ineſſe aut cõgruere.Similiter nec aſſero qn ſit ponendũ aut quin ſit neceſſario ponendũ tãq̃ cõgruens diuinę maieſtati,ꝙ ad hoc ꝙ agẽs ſecundariũ agat aliqd forma ſibi a deo indita,de⁹ adhuc influat illi aliquã aliã virtutẽ neceſſariã illi ad agẽdum ꝓpriã illius operationẽ,ſine qua per formã ſibi inditã nõ poſſet agens ſecundariũ aliquã operationẽ ſuã producere:maxime cũ ad operationes ſuas indigeãt cauſę ſecũdarię ī elemẽtis & elemẽtaribus ſup formã ſibi a deo naturaliter inditã virtute influxa ab alio agẽte primario ſub illo oĩno primo,puta a cęlo:a quo nõ habẽt elemẽta neꝙ elemẽtaria mixta ex elementis quo ad ſpecies ſuas:formas ſuas quib⁹ agunt ſecundum iam dicta. quę tamen non agunt ſuas proprias operationes niſi per aliquam virtutem influxam a cęlo,ſcđm ꝙ dicẽte Pho ſcđo Phyſicorꝫ,homo generat hoĩem & ſol. Vnde vt etiã dicũt aliqui:quia cęlũ nõ influit illã virtutẽ niſi mediãte motu,ſi cęlũ ſtaret nulla eſſet alteratio,neꝙ gñatio,neꝙ corruptio aut motus aliqs naturalis ī elemẽtis aut mixtis ex illis:qa nec calidũ calefaceret:nec frigidũ frigefaceret.Licet in hoc eis alii cõtrarient,& merito vt puto,dicẽtes ꝙ licet elemẽta aut formæ ſubſtãtiales atꝙ accidẽtales eorũ nõ ſufficiãt ad gñationẽ mixti in forma mixti ſine virtute cæleſti illis influxa:ſine qua etiã vnũ mixtũ nõ ſufficit gñare alterũ,vt equus equũ: ſufficiunt tñ ipa elemẽta ſcđm formas ipſorum ſubſtãtiales & accidẽtales ad gñationẽ ſibi cõſimilium ſcđm formã ſubſtantialẽ & accidẽtalẽ:vt ꝙ ignis igneitate gñaret ignẽ & caliditate ſua gñaret calidũ. Et qđ ampli⁹ eſt,dicũt aliqui T
ꝙ elemẽta ſua forma accidẽtali ſola generãt ſibi ſimilia ſcđm formã ſubſtantialẽ elemẽti vel mixti: vt ignis calore exiſtẽte ī ſeipſo de aqua ignẽ:& equus calore exiſtẽte de ipſo in ſemine ab ipſo deciſo equũ:& hoc ſola virtute caloris ſcđm diuerſos gradus caloris diuerſa & varia mixta generãdo vt ex ſemine equi ſcđm vnũ gradũ caloris equũ,& ex ſemine aſini ſcđm aliũ gradũ caloris aſinũ abſqꝙ aliqua virtute ī ſemine influxa in calore ab illo a quo ſemen deciſum eſt.Qđ nullo modo põt ſtare:qa cũ calor cõſideratus vt eſt tãtũ calor ſecũdũ diuerſos gradus nõ differt vt eſt in ſubiecto niſi ſcđm magis & minus: nec ſimiliter operatio nec etiã operatũ mediante eius opatione differre poſſunt ampli⁹ q̃ ſcđm magis & min⁹.Hæc em̃ tria,agens,ꝓpria operatio,& ꝓpriũ operatũ per ſe

ſunt ordinata adinuicē. & in talib⁹ tenet illa regula: Simpl'r ad simpl'r &c. Quare cū operatiões caloris differāt ſpecie ī gñatione & corruptiõe, puta diſgregare p putrefactionē, & cõgregare diſgregata per gñationē ex putrefactis: dicente Pho quarto lib. Metheorō. Animalia innaſcunt putrefactis: eo q̄ diſgregans caliditas naturalis cū ſit cõſtare facit diſgregata: & ſil'iter differāt ſpecie operata a calore in generatione equi ex ſemine equi, & aſini ex ſemine aſini: oportet ergo q̄ calor hinc inde non ſolū differat ſcd̄m magis & minus: ſed alio modo, ſcilicet p̄r aliquid additū aliud & aliud qd̄ determinat ipm̄ ad aliā & aliā opationē: & etiā ad aliud & aliud opatū: qd̄ appellam⁹ virtutē in agēte ſecūdario ab agēte primo: puta in calore putrefaciente a corpore cęleſti: q̄ fit naturalis & congruens ad ſpeciē alicui⁹ vermis ꝓducendā: & in ſemine equi ab illius forma ſubſtātiali a qua ſemē decidit ad ſolūmodo ꝓducēdum ſimile ei in ſpecie: etſi ſemen ſit cōmixtum & deciſum a duobus differētib⁹ ſpecie: puta ex aſino & equa ī gñatiõe muli virt⁹ cōmixta eſt ab vtroq̄ ī calore exiſtēte in ſemine cōmixto. p iſtā em̄ virtutē exiſtētē cū calore ī ſemine, ſemp ſimile gñat ex ſimili vt equus ex equo ſiue ex ei⁹ ſemine: & aſin⁹ ex aſino ſiue ex ei⁹ ſemine: & ſil'r mul⁹ ex mulo, licet em̄ ſit mul⁹ ex aſino & equa: virt⁹ tñ vtriuſq̄ cōmixta ī ſemine ex quo gñat mul⁹, eſt virt⁹ vtriuſq̄: in q̄ vtrūq̄ illorū eſt mixtū, ſicut ambo ſunt mixta ī mulo: vt p illā virtutē mixtā in ſemine duorū quodāmodo genereť mulus ex mulo, ꝓpter qd̄ phs. vii. Metaphyſicæ vbi exponit quomodo ſemp ſimile generaťa ſimili, dicit ſic. Semen facit ſicut illa quæ ſunt ex artificio. Comm̄ēta. Semen em̄ generat p potentiam in eo ſimilem artificio. Et eſt potētia iſta virtus cum calore in ſemine illius a quo eſt ſemē deciſum. Vnde Ariſtote. continuo ſubdit. Et illud ex quo eſt ſemen, eſt conueniens in nomine quo quo modo, non em̄ oportet quęrere oīa iſta in eadem diſpoſitione in qua generat homo ex homine & ideo mulus nō eſt ex mulo niſi ſit quidd̄ā. ſ. virtus aſini & equę cōmixta in ſemine. vbi dicit Cōmenta. Dicim⁹ q̄ cū cōſiderata fuerit demōſtratio Ariſtotelis ī hoc loco, apparebit q̄ ſemina ſunt illa quæ dant formas rerū generatarū ex ſeminibus p̄r formas quas dederūt ſemina generātia generabilibus. Ex ſe autem apparet q̄ corpora cęleſtia ſunt iſta quæ dant illis formas vel aliquid loco ſeminis & virtutum quæ ſunt in ſeminibus in eis quæ generantur ex ſeminibus / & q̄ omnes illę virtutes ſunt virtutes naturales diuinę generātes ſibi ſimilia ſecūdū q̄ artes generant artificiata. Appellat autem Cōmētator generabilia ex ſe illa quę fiunt ex putrefactione: quæ loco ſeminis habent putredinē: & loco virtutū quæ ſunt in ſeminibus a generante, virtutē quā dant illis corpora cæleſtia. Et vt ęſtimo errant aliqui in aſſignādo modum generationis ſimilis ſecūdum formā ex ſemine a calore q̄ eſt in ſemine & a certa virtute. Dicūt em̄ q̄ calor non agit niſi calefaciendo: & hoc diſponendo in digerendo materiam prout regulatur a vi dicta: vt de ipſa educatur forma ſubſtantialis: quā non attingit calor vt dicūt: ſed materia diſpoſita illā attingit ſola virtus illa immediate producēdo formā ſubſtātialē de materia. Secundū quē modū plures dicūt q̄ gñaliter in omni productione creaturę a creatura eſſe in illa eſt ímediate a ſolo deo: ſed determinatio ipſius eſſe qua eſt aliqd, ſolūmodo eſt a creatura, iuxta hoc quod ſuper illud Boetii. Diuerſum eſt eſſe & id qd̄ eſt, dicit Cōmē. Eſſe & eſſe aliqd multipliciter dicunť. Nā in theologia diuina eſſentia quā de deo prædicamus cū dicimus deus eſt, oīm creatorū dicit eſſe: cum autē dicimus homo eſt vel corpus eſt vel huiuſmodi, theologi hoc eſſe dictum intelligunt quadā extrinſecus denominatione ab eſſentia ſui principii. Non em̄ dicunt corporalitate corpus eſſe: ſed eſſe aliqd: nec hūanitate hominē eſſe: ſed eſſe aliqd. Et ſimilit vnūqd̄q̄ ſubſiſtēs eſſentia ſui principii. ſ. primi qd̄ eſt deus, prędicaťa nō eſſe aliqd ſed eſſe. Illa vero q̄ in ipſo creata eſt ſubſtantia, nō eſſe: ſed eſſe aliqd. Et ad eundē modū quicqd operante ſummo principio eſt, eadē principali & increata eſſentia dicit eſſe: ſuo vero quolibet genere eſſe aliquid eſſe. Cui videť cōcordare idē Cōmētator ſup primā propoſitionē de cauſis dicēs ſic. Cauſa vniuerſalis prima agit in cauſatū ſecūdę anteq̄ in ipm̄ agat cauſa vniuerſalis ſecūda quæ ſequit ipſam. Et quid agit ī illud primo anteq̄ in illud agat cauſa ſecūda, exponit ſup quartā propoſitionem ſup illud Prima rerū creatarū eſt eſſe, dicens ſic. Qd̄ eſt: qa eſt ſup ſenſum & ſup animā & ſup intelligentiā: & nō eſt poſt cauſam primā latius: neq̄ prius cauſatum ipſa. Propterea ergo factū eſt ſuperius cauſatis oībus & vehemētius vnicum: & nō eſt factum ita niſi propter propinquitatē ſuā puro & vni in quo nō eſt multitudo aliquo modo. Et ſecūdū hunc modum dicūt etiā q̄ propterea eſſe proprie habeat eſſe in re p̄r creationē: eſſe autem aliqd nō niſi p̄r quādam ipſius eſſe informationem: nō autem ꝓprie p creationē. Vnde exponēdo illud ꝓpoſitiōis. xviii. Res cēs entes ſunt propter ens primū, dicit ſic. Qd̄ eſt: qa ſi oīs cauſa dat cauſato ſuo aliquid, tūc proculdubio ens primū dat cauſatis ſuis omnibus ens. Et dicamus q̄ ens primū eſt quietū & eſt cauſa cauſarum: & ſi ipſa dat omnibus rebus ens, tunc ipſum dat eis non per modū creationis, ſed per modum formalem.

Responsio. Dico ergo ex prędictis ꝙ in omni actione secũdi agẽtis & rei naturalis creatę cũ eo qđ ptinet ad naturã illius,est in ipso aliqd qđ est virt⁹ agẽtis primi nõ prĩcipalis cuiusmodi est omne agẽs prĩa rium prętęr deũ.& hoc ga nõ põt esse ꝑsens illi per suã substãtiã:sicut ꝑsens est deus oĩ rei:& ideo põt seipso opari:nec regrit alia virt⁹ ei⁹ vt videt. Quę tñ virt⁹ a q̃cũq; agẽte primo fuerit nõ pro prie agit ĩ elicięndo actũ de materia aut subiecto:& p illũ attigẽdo ipm ꝓductũ:vt aliud agat virt⁹ ista:& aliud calor ĩ semine,scđm ꝙ dicũt ꝓdicti:imo nõ est quo formalit agẽs agat aliqd ĩ materia nisi calor:vt tñ determinat⁹ est ad determinatã formã substãtialẽ p virtutẽ existẽtẽ ĩ ipo a prĩo agẽte.Et hoc est qđ dicit Cõmẽt.sup.vii.Metaphy.vbi supra.Apparet ꝙ elemẽta nõ patiunt nec agũt nisi p qualitates:nõ ꝑ formas substãtiales,vniuersaliter eñ apparet ꝙ nõ sunt hic potẽtię agẽtes nisi quatuor qualitates:& istę nõ sunt formę substãtiales:& ꝙ formæ substantiales nec sunt actiuę nec passiuę:& ꝙ actiuę & passiuę sunt primę qualitates.Et quia ex istis sequit vt agẽs istas formas sint prĩcipia nõ materialia: ideo Auicẽna cũ obediuit istis ꝓpositionib⁹,credidit oẽs formas esse ab ĩtelligẽtia agẽte,quã vocat datorẽ formarũ.Qđ reuera nõ oportet sic ĩtelligere,s.ꝙ prĩcipia nõ materialia sint separata oĩno:sed principia nõ materialia agentia istas formas sunt virtutes dictę in semine:quę nõ sunt materialia:nõ quia nõ sunt ĩ materia seminũ:sed ga sunt sine materia formarũ a quib⁹ habẽtur in semine:quẽadmodũ ſpecies sensibiliũ sunt ĩ sensu sine materia.Sũt etiã dictę virtutes in materia seminũ nõ sicut in organo operãtes siue determinãtes ad vnicã operationẽ scđm speciẽ:sed ad plures scđm diuersas formas mẽbroꝝ gñatorũ ex seminib⁹: sicut facit intellect⁹ p formã artis ꝓducendo silitudines diuersorũ mẽbrorũ puta hoĩs in imagine hoĩs, ꝓpter qđ virtutes istę dicunt esse silitudines formę intellect⁹ & artificis,dicẽte ibidẽ Cõmẽt.Et ideo dixit Arist.in lib. de aĩalibus,ꝙ virtutes istę assimilant intellectui:quia agunt actione intellectus hoc qđ agũt,non p instrumentũ corporale.Ex quo patet ꝙ virtutes istę non sunt veluti formę reales materiales puta carnis vel ossis,aut sicut calor vel frigus:ga istę formę materiales quãtũ est ex se nõ agũt nisi determinatos actus ad quos sunt naturaliter:sed virtutes istę sunt veluti formę intẽtionales:quales sũt vt dictũ est species sensibiliũ in medio:& adhuc sunt plus ſpũales quãto minus ad actus determinãtur q̃ illę. Vñ & cõsequẽter cõmentator post iã dicta ĩmediate dicit.Et in hoc differũt istę virtutes gñatiuę quas medici vocãt formatiuas, a virtutib⁹ naturalib⁹ q̃ sunt ĩ corporib⁹ aĩaliũ.Istę eñ agũt actione intellect⁹ opatiui:sed agũt p instrumẽta terminata & mẽbra ꝓpria:virt⁹ aũt formatiua non agit p mẽbrũ ꝓpriũ. Et ideo dubitauit Galen⁹ & dixit:nescio vtrũ ista virt⁹ sit creator an non,sed vniuersaliter nõ agit nisi p calorẽ qui est in semine:nõ ita ꝙ sit forma in eo:sicut aĩa ĩ corpore naturali:sed ita ꝙ sit inclusa in eo:sicut aĩa est inclusa in corporib⁹ cęlestib⁹.Et aduerte ꝙ solũ in hoc est silẽ ꝙ virtutes istę nõ sunt materiales sicut virtutes dictæ naturales sunt materiales: & in hoc etiã ꝙ virtutes istę nõ agũt nisi p calorẽ determinãdo ipm,sicut nec virtutes naturales: & etiã sicut intelligẽtiæ nõ agũt scđm phũm in ista inferiora nisi p motũ cæli quẽ determinãt ad speciẽ. Vñ sequit Cõmẽt.& dicit.Gñans igit est illud qđ mouet materiã donec recipiat formã,i.extrahat illã de potẽtia ad actũ:& illud qđ mouet materiã necesse est eẽ fortius, habẽs q̃litatẽ actiuã aut potentiã q̃ agit p corp⁹ habẽs qualitatẽ actiuã. Et errauerũt oẽs,quia nõ intellexerunt demonstrationes Aristo,& ideo posuerũt vnũ agẽs nõ corpus,sed illud est ipossibile vt trãsmutet materiã nisi mediãte alio nõ trãsmutabili,s.corpore cęlesti:& ideo ipossibile est vt aliquę formę separatę dẽt aliquã formã mixtoꝝ in materia.Et ideo dico ꝙ causę secũdę scđm ꝙ scđm ordinẽ se habẽt sub prima,scđm hoc regũt inferiora p virtutẽ superiorẽ quã ĩ se recipiũt,iuxta hoc qđ dicit Cõmẽt.nona ꝓpositiõe de causis,Intelligẽtia est regẽs oẽs res q̃ sunt sub ea p virtutẽ diuinã:& scđm eã est causa. & sicut natura ẽ regẽs res q̃ sũt sub ea p virtutẽ ĩtelligẽtię,silr ĩtelligẽtia regit naturã p virtutẽ diuinã.Et ĩtelligẽtia qdẽ cõprehẽdit gñata & naturã & horizõta naturę,s.animã.Nã ipsa ẽ supra naturã:ga natura cõtinet gñationẽ:& aĩa cõtinet naturã:& intelligẽtia cõtinet animã.ergo intelligẽtia cõtinet oẽs res,& nõ est facta ita nisi p causã primã q̃ supeminet oĩbus reb⁹,& nõ est intelligẽtia nec aĩa nec natura:imo sup ĩtelligẽtiã animã & naturã:& causãs oẽs res. Sic ergo dico ꝙ calor seminis attigit imediate formã gñatã & eã educit de potẽtia matię,quã pri⁹digerẽdo tpate calefacit vt disponẽdo eã p altationẽ vt fieret necessitas ad educẽdũ formã de illa p gñationẽ,& sic vna & eadẽ vis caloris ĩ semine agit qcqd fit ĩ gñato & scđm formã substãtialẽ & scđm formas accidẽtales: & hoc p actionẽ dictę virtutis ĩ calore q̃ ipm determiat:quẽadmodũ dixi ĩ Quolibet ꝑcedẽti,ꝙ volũtas elicit actiões meritorias ĩ virtute charitatis.Et hũc modũ ꝓductiõis,s.ab vno ꝓducẽte ĩ creaturis ꝓductis ab aliis creaturis,eẽ tenẽdũ puto:& ꝙ qcqd ẽ ĩ ꝓducto ꝓducit ĩ isto a calore ĩformato & determinato dicta virtute:& silr ĩ ꝓduct⁹ imediate ab agẽte oĩno prĩo,s.a deo,siue mediate ab

alio ſub iſto. Quorũ productio licet ſit totaliter a prima cauſa ſuperiori ſiue p virtutẽ eius a cauſa inferiori: ſemp tamẽ eodẽ prĩcipio ꝓducit ꝙcꝙd ꝓducit in illa: & eſt idẽ opus in quo cõicant agẽs ſcđm & primũ, ſiue ſit deus ſiue aliud: & ſcđm totũ eſt cauſatũ cauſę primę: & ſimiliter cauſę ſecũ dę: quia dans eſſe dat tale eſſe: & dans viuere dat tale viuere: ga ſemp idipſum ſunt in eodẽ: ſicut in eodẽ idẽ ſunt vniuerſale & ſingulare. Qđ alii cõcedũt: ſed diſtinguũt dicẽdo ꝙ deus & natura idẽ faciũt ſcđm totũ immediate ſed nõ totaliter: vt videlicet deus intelligat facere ĩ re eſſe immediate & eſſe aliqd mediante natura: ſed natura immediate aliqd eſſe: & mediãte diuina virtute agẽte eẽ ſimplr. qđ licet ſit idẽ, tamẽ poſterius eſt ſeipſo: & depẽdet a ſeipſo vt eſt a cauſa prima. Sed melius vt puto dici poteſt, dicendo. ſ. ꝙ id qđ dignius eſt ĩ re ꝓducta prĩcipaliter ſolet attribui cauſę ſuperiori. ꝓpter qđ etiã quãdo tota res immediate a deo ꝓducitur, ipſe dicit producere eſſe in ea ſecundum ꝙ eſt ens, qđ eſt dignior ratio in deo: & viuere ſcđm ꝙ eſt vita: & ĩtelligere ſcđm ꝙ eſt intelligẽtia. vt dicit in. xviii. ꝓpoſitiõe de cauſis, & etiã in Cõmẽto. Et etiã ſimiliter quãdo res ĩmediate ꝓducitur a ſecunda cauſa, licet totaliter producatur ab vno principio, tamen propter cooperationẽ quã facit deus ĩ illã ꝓducẽdo, eſſe attribuit ei: & eſſe aliqd cauſę ſecũdę: & quia licet aliqd cõtrahit ſiue a deo ĩmediate ꝓducat res, ſiue mediãte cauſa ſecunda, ſemp dicitur eſſe fieri ꝑ creationẽ: & aliqd eſſe p informationẽ. Quę intellexit cõmẽtator ſup Boetiũ de hebdomadib⁹, & librũ de cauſis & ſecundũ hoc intelligẽda & exponẽda ſunt iſta cõmenta. falſum enim & nõ intelligibile eſt ꝙ in eis quę fiunt in naturalibus actione naturali, eſſe ſit cauſatũ qđ a deo, & aliquid determinãs ipſum ſic productũ a creatura: niſi eſſe & eſſentia rei ponant ſecũdum rem differre, ſicut aliqui poſuerũt cõtra quos alias ſufficiẽter diſputaui. Sed nec ſic loquit de illis Cõmẽt. in ꝓdictis locis. ſ. ꝙ eẽ exiſtẽtię: ſed ſolum pro eſſe eſſentię: qđ eſt analogũ ad decẽ prędicamẽta in re cui acquirit eſſe exiſtentię, qđ qđ ſit, etiã alibi ſatis expoſuimus. Magnũ ergo incõueniẽs eſt dicere ꝙ ſicut agẽtia ſecũda nihil poſſunt agere niſi in virtute agẽtis primi: ſic effect⁹ ſecũdorũ agentiũ nõ poteſt ĩ eſſe ꝓduci niſi ei ſubſternatur effectus agentis primi: vt ſicut agens pręſupponit agens, ſic effectus pręſupponat effectũ. niſi forte quo ad hoc ꝙ effectu agẽtis ſecũdi natura prior eſt effectus agẽtis primi: ſicut ille prius natura agit in ſubiectum q̃ agens ſecũdum. Nec eſt ergo ponẽdum ꝙ nihil creatum quicq̃ agat: ſed ꝙ oĩs actio & omnis motio atꝙ operatio & ſimiliter omne factum ſiue operatũ ſit a ſolo deo. Nulla eſt enim creatura quæ caret ꝓpria operatiõe: quia operatio ſequit formã non ſolum in ſpũalibus: ſed etiã in corporalib⁹, ſcđm ꝓbm in fine quarti Meteoroꝝ. & quędã illarũ non ſolum habent propriã: ſed aliqd ſua actione producũt, nõ ſolũ ſcđm formã accidentalẽ diſponẽdo ſubiectum ad ſuſceptionẽ formę ſubſtãtialis: ſed etiã attingẽdo formã ſubſtantialẽ: & ipam in eſſe ꝓducẽdo: licet nõ ipm ꝓductũ in eſſe cõſeruãdo, ga licet domificator ſit cauſa domus ſcđm fieri eſſe eius, non tamẽ ſcđm ꝑmanentiã eiuſdẽ: qualis eſt cauſa prima quę eſt de⁹, nõ derelinquẽs cauſatũ: qui ſe habet ad rem productã in eſſe nõ ſicut ędificator ad domũ quę manet ędificatore corrupto: ſed ſicut ędificator ad fieri ſiue ædificiũ domus: reſpectu cuius nõ eſt ędificator cauſa niſi in actu ędificandi exiſtẽs. deus eñ ſemp eſt cauſa in actu exiſtẽs cuiuſlibet creaturę. Qđ intelligo nõ quo ad actũ producendi eam in eſſe: quaſi ꝓductio eius ſemp ſit in fieri: ſed quo ad actum cõſeruandi in facto eſſe quẽadmodũ ſtãte corpore luminoſo lumẽ ĩ diaphano nõ eſt ſemp in fieri ab illo ſed cõſeruat ab ipo in facto eſſe ſcđm ꝙ alias declarauim⁹. Sed tamẽ non ſequit ex hoc ꝙ deus immediate omnẽ creaturam cõſeruat, ꝙ ſit cauſa eius ſcđm actum immediate: ſed ſolũmodo ꝙ ſit cauſa fieri eius in eſſe ſiue ĩmediate ſiue mediate: & hoc vel mediãte ſola potentia naturali data creaturæ, vel cũ hoc virtute eius illi influxa. Quocũq; iſtorũ modorũ poſt primã rerũ productionẽ operetur adhuc in fieri earum, certum tamen ſit ꝙ adhuc operetur in fieri earum: quod ꝑtinet ad mundi gubernationẽ & cõſeruatione earũ: qđ ꝑtinet ad mũdi eſſe. dicẽte Aug. iiii. ſup Geneſ. ca. xiiii. Neq; eñ ſicut ſtructor aliqd cũ fabricauerit abſcedit: atq; illo ceſſante & abſcedente ſtat opus eius: ita mũdus vel ictu oculi ſtare poterit ſi eidẽ regimen ſui ſubtrahit. Proinde etiã qđ dominus ait, Pater meus vſq; nũc operat, cõtinuationẽ quãdã operis eius q̃ vniuerſam creaturã cõtinet atq; adminiſtrat oſtendit. aliter enim poſſet intelligi ſi diceret, nũc operat: vt nõ eſſet neceſſe vt opis cõtinuationẽ acciperem⁹. aliter aũt cogit ĩtelligi cũ ait, vſq; nũc: ex illo. ſ. cũ cõderet opat⁹ eſt. Nota ꝙ ait Aug. Si diceret, nũc opat, non neceſſe eẽt opis cõtinuationẽ ĩtelligi: vt. ſ. ĩ ope oĩs creaturę oparet alit q̃ dãdo ei ab initio vires operãdi: ſed cũ dicit vſq; nũc, iſinuãdo operũ ꝓductionẽ innuit ꝙ alit opat mõ q̃ ĩmediate ꝓducẽdo. ſ. ꝓducta a creatur̨ cõſeruãdo. Sed an ſic ſolũ, nõ exprimit: qđ exp̃ſſiſſet ſi dixiſſet Geñ. ii. Requieuit ab oĩ ope faciẽdo, qñ dixit, Regeuit ab oĩ ope qđ fecit. dicẽte Aug. cõſequẽter. ca. xviii. Ab oĩ qđ fecit ĩ ſeipo regeuit: ea. ſ. requie a qua nũq̃ receſſit. Sed ſi diceret regeuiſſe a faciẽdis, nihil aliud

Reſpõſio ad principale queſitum.

q̃ non feciſſe intelligeret. Deſcendẽdo igitur ad queſtionẽ de ſupradicta virtute,vtrũ ſit manſiua in agente ſecũdo:dico q̃ in oĩbus agẽtib⁹ naturalibus ipa eſt mãſiua: ſed diuerſimode ſcdm diuerſitatem recipientiũ.vt in ſeminibus eſt manſiua ſi foueat vt debet vſq; ad certũ tẽpus infra qd̃ natum eſt qd produci de eo in quo eſt,puta in ſemine equi ſi recipiat in matrice equę & calore ei⁹ foueatur:ſi autẽ extra ceciderit cũ calore,per frigus ſtatim corrũpitur.& ſimiliter in grano & in ouo per aliqd̃ tẽpus,niſi nimiũ calore vel frigore alteret: infra qd̃ ſi prius q̃ in grano aut ouo per antiquitatem grani aut oui virtus iſta deficiat, granum tempore congruo cõmittat terrę & fomento ſolis,& ouum fomẽto alarum gallinę,producit effectũ ſuum de ouo & grano.Et q̃ intantũ eſt mãſiua in rebus naturalibus eſt a diuina ordinatione:quę vim talem influi in cauſis ſecũdis a primis ordinauit: & ſic tãto tẽpore cõſeruat quãto dedit in natura illarũ poſſe conſeruari, qd̃ dedit quibuſdam quo ad lõgius tempus,quibuſdã quo ad breuius.& ſic proceſſit primũ argumẽtum.Quãtum enim eſt de ſe,deus ſingula equaliter conſeruat in eſſe:quæ tamen diuerſimode conſeruantur ſecũdum diuerſitatẽ ipſarum rerum.Propter qd̃ dicit.xxiiii.ppoſitione de cauſis.Cauſa prima exiſtit in rebus oĩbus ſecũdum diſpoſitionẽ vnã:ſed omnes res non exiſtunt in ea ſecũdum diſpoſitionem vnã.Qd̃ eſt ſicut dicit cõmentator: quia q̃uis cauſa prima exiſtat in oĩbus rebus:tamen vna quęq; rerum recipit eam ſecundũ modum potẽtię ſuę:qd̃ eſt quia ex eis ſunt quæ recipiũt eam receptione æterna:& ex eis ſunt quæ recipiunt eam receptione tẽporali.Et ſecũdum hoc forte ſicut virtus dicta eſt principians rem naturalẽ in eſſe:ſic eſt mouẽs in ea:& principiũ cõſeruans eam in eſſe.ſcdm q̃ ecõuerſo dicũt aliqui de deo,q̃ ex hoc q̃ ponit principiũ immediatũ conſeruandi quãlibet rem in eſſe,oportet q̃ ponatur etiam immediatũ principiũ producẽdi quãlibet rem in eſſe,ſicut iam dictũ eſt.ſed hoc non niſi ſicut cauſa vlis prima:quę ſcdm Dionyſiũ quarto de di.no.quãtum eſt de ſe vniformiter in oĩbus operatur:& nõ accidit diuerſitas niſi a ſecundis cauſis mediantibus quib⁹ operatur,quæ inter ſe difformes ſunt.Qd̃ bene probat deũ nõ operari effectus niſi mediantibus cauſis ſecundis etiã quo ad eſſe ſimpliciter:licet hoc nõ aſſeram vt dixi in principio:ſicut nec cõtrarium eius:eo q̃ vtrũq; impertinẽs eſt ad propoſitã queſtionẽ.In artificialibus autem:quia ars non agit niſi ab extra circa rem:& ita non niſi per motum localẽ: nec eſt virtus artis in inſtrumẽto puta i ſecuri,niſi motus qdã regularis a volũtate iuxta regulã artis i intellectu artificis:ideo nõ ineſt i aliquo inſtrumẽto cũ manũ exit:aut cũ manus a motu ceſſat,ſcdm q̃ ꝓcedit ſcda ratio.

Queſtio.ii. Argu.prin.

In oppoſitũ.

Reſol.q.

SEquitur de pertinẽtibus ad ſolas creaturas.vbi quærebat vnicum pertinens cõmuniter ad oẽs creaturas: deinde quęrebant quædã alia ſpecialiter ptinentia ad creaturas determinatas. Illud autẽ vnicum erat.Vtrum in creaturis vnũ & idẽ ſecũdum rem poſſit eſſe fundamentum plurium relationũ realium.Et arguit q̃ non,ſic,qd̃ nõ conuenit alicui niſi ratione ſuæ infinitatis,nulli creaturę cõuenire poteſt:quia nõ poteſt habere illam infinitatẽ, ſed q̃ plures relationes fundentur in eodẽ ſecũdum rem,hoc nõ cõuenit alicui niſi ratione ſuę infinitatis.hoc em̃ vt videtur non cõuenit diuinę eſſentię in trib⁹ pſonis niſi rõne ſuę infinitatis.ergo &c. Cõtra.actiuũ reali relatione refertur ad paſſiuũ & ecõuerſo,ſcdm pĥum quito Metaphy.actiuũ autẽ & paſſiuũ fundant ſuper vnũ & idem in creaturis quæ ſeipſas mouent,vt homo & angelus,ſecundũ intellectũ & volũtatem.ergo &c. Queſtio iſta,vt puto,inducta eſt propter difficultatẽ tactam in hoc ſecũdo argumento:an aliqd idẽ poſſit eſſe mouens & motũ.quia ſi nõ:nec poſſent relationes illę fundari in eodem: quia nõ fundãtur niſi per motum diſtinctũ per actionẽ & paſſionẽ.ſi ſic:tunc bene ſup idem poſſunt fundari. Vt aũt clarius deſcẽdamus ad propoſitũ:ſciendum q̃ diuerſas fundari relationes reales in eodem ſecundum rem,poteſt intelligi dupliciter:vel in eodẽ ſimplici,vel in eodem ex pluribus cõpoſito,qd̃ dicit vnũ ſubiecto:& habet in ſe plura ſcdm rẽ differentia.Qd̃ reuera bene ſecũdum vnum illorũ mouet: & ſecundũ aliud mouetur:ſumendo moueri large ad mutari.hoc enim modo graue remoto impẽdimẽto mouet ſeipm̃ vt ſępe expoſuimus.Hoc etiam modo ſemẽ mouet ſeipſum in generatione alicuius ex ſemine ſecũdum modũ tactum in pręcedenti queſtione:& ſimiliter aqua calida mouet ſe ad frigiditatẽ vt alias diximus.Hoc etiã modo nullo extrinſecus agente corporale mixtũ a ſeipſo corrumpit ſcdm pĥum tertio Phyſicoꝝ.& in tali eodem diuerſę relatiões reales fundant ſup idẽ:tñ ſcdm aliud & aliud ſcdm rẽ i ipſa.licet em̃ verũ eſt q̃ agere & pati ſemp ſint cõpoſiti atq; totius,videt tñ q̃ ſemp aliud & aliud compoſitũ ſeu totũ ſit agens & aliud paſſum:vt ſint ſeparata & tangentia ſeſe quãtitatibus ſuis diuerſis ſeorſum exiſtẽtib⁹. Sed ſufficit q̃ idẽ totũ ſit agens aliquo ſui:& idẽ ſit patiẽs totũ ſcdm aliqd aliud ſui,vt ſcdm hoc nõ ꝓprie dicat caliditas agere in humiditatẽ,ſiue ãbo ſint i eodẽ ſubiecto ſiue i alio & alio:ſed potius totũ cõpoſi

tum vt calidū siue habēs in se calorē, dicit agere, & totū cōpositū vt humidū siue habēs in se humiditatē, dicit pati. vnde qñ simul sunt in eodē subiecto calor & humiditas, idem vt totū & vt cōpositum agit in seipsum: sed alio sui agit: & alio sui patitur: per qđ quoquo modo agēs tangit passum Tangere autem tactu: quo tactū caret omnino quātitate tangentis: non semper requiritur secundum ꝙ sępius exposui. Ex quo patet non valere qđ aliqui nituntur arguere contra dicta nra nūc & alias: ꝙ nō agit neq; patitur nisi totū cōpositum: tāgens ergo idem subiecto nō possūt esse agēs, & patiēs: siue actiuū & passiuū. Qđ etiā arguunt: ꝙ nullius formę est agere ad subiecti sui destructionē: sed potius ad eius cōseruationē: quia tūc ageret ad destructionē suiipsi9: cū tñ vnūqđq; naturaliter agit ad suiipsius cōseruationē: Dico ꝙ hoc nō habet veritatem nisi in simplicibus: in mixtis enim nunq̄ cessat calor naturalis consumere humidū. aliter nunq̄ corrūperet mixtum nullo extrinsecus agente. secūdum ꝙ etiā aliqui hoc supponētes ponebāt corpora dānatorū incorruptibilia: qđ alibi reprobauimus. In mixtis ergo calor naturaliter corrūpit suū subiectū: & sic seipsum: licet p se vnumquodq; nititur saluare seipsum. Sed istæ modus agendi aliquid in seipsum non est ille de quo ad præsens quærimus: sed quærimus de eodem simplici secundum rem: de quo distinguo: quia aut cum hoc ꝙ ipsum est idem re: est etiam idem ratione, aut cum hoc est diuersum ratione. Si primo modo, dico ꝙ nunq̄ in eodem neq; in deo neq; in creaturis diuersæ relationes reales fundantur. nisi em̄ in deo differrent ratione intellectus & voluntas, nunq̄ essent emanationes diuersæ in diuinis secūdum diuersas relationes: vt alibi satis declarauimus. xi. Quolibet quęstiōe sexta: & in quęstionibus ordi. arti. lv. quęstione. vi. In quibus locuti sumus de relationibus actiuorū & passiuorū vt sunt in distinctis suppositis: licet sup idem re secūdū aliā & aliam rationē fundatę: vt contingit in diuinis, absq; tamen mutatione & motu aliquo: & vt etiam actiuum & passiuum sunt distincta secūdum suppositū & rem absolutā, in quibus est motus corporalis & ꝓprie dictus Et ideo nec etiā relatiōes diuersę & reales quę nō sumunt in diuinis nisi secūdū emanatiōes & terminos eaꝝ, possent esse in diuinis: quare & multo minus: in creaturis in quib9 nō sunt relatiōes reales diuersę nisi secūdū maiorē diuersitatē fundamētorū q̄ in diuinis, vt iā patebit. Si ergo sit aliqd idem simplicitate rei & diuersum ratione: aut ergo ratiōe absoluta: & hoc est absq; ordine ad aliqd extrinsecū qđ exigat: aut respectiua, & hoc est in ordine ad aliqd extrinsecū re differens, qđ exigit vt sit illarū relationum fundamētū. Si primo modo, dico ꝙ in solo deo sup idem secūdum diuersas rationes fundantur respectus disparati secundum duo genera relationum, puta secundum actum generationis actiuę & passiuę sup diuinā essentiā vt habet rationē intellectus: & secūdum actū spirationis actiuę & passiuę sup eandē essentiā vt habet rationē voluntatis. Si secundo modo: aut ergo differt idē re & ratione respectiua vnius ad vnum, aut vnius ad diuersa. Si secundo modo: sic in creaturis bene diuersę relationes reales fundantur super idem re simplici: scilicet secūdum ordinē eius ad diuersa, puta sup eandē albedinē in vno albo fundatur similitudo in ordine suo ad aliud album, & dissimilitudo in ordine suo ad nigrū. Et sunt silitudo & dissimilitudo duę species relationū inter se cōtrariarū: q̄rū quęlibet regrit in extremis diuersitatē realē fundamētorū absolutorū. Silitudo quidē secūdū nūerū sub eadē specie q̄litatis. Dissilitudo vero secūdū speciē sub eodē gñe q̄litatis. Et qa nulla diuersitas realis absolutoꝝ cadit in deo, iō plures tales relatōes reales nō pñt fundari sup illud vnū singlare qđ est in deo: de quali pluralitate adhuc nō q̄rim9: sed quęrimus de plurali tate relationū realium in eodē simplici secūdum rē, sup qđ ambę fundant secūdum diuersas rōnes respectiuas vnius ad vnū. illarū rōnū inter se. Et est dicēdum ꝙ sup idem sic diuersum secūdum rationē talem nō possunt fundari relationes realesplures cōueniētes in noīe, cuiusmodi sunt ęquale & simile & eorū cōtraria: qa vt dictū est, istæ relatiōes cum sint reales requirūt realem diuersitatem fundamētorū: neq; similiter diuersæ relatiōes reales secūdum mēsurā & mēsuratū: qa altera istarū secūdum rōnē est: scđm pñm. v. metaphysicę, vt ista quę est in mēsura. Si ergo essent diuersæ relatiōes, oporteret ꝙ essent diuersa mēsurata: q̄ necessario sunt re diuersa secūdū diuersas pfectiones reales. & sic sup idē scđm modū quē quęrim9 nō possunt fundari plures relatiōes reales secūdū duos modos relationū neq; in diuinis: neq; in creaturis. Si ergo illud sit possibile, hoc solū oportet esse in actiuis & passiuis. Qđ proculdubio secundū fidem necesse est ponere in diuinis: pater em̄ & filius in diuinis dicuntur relatione reali inter se secūdū vtrūq; extremorū secūdum rōnē actiui & passiui. Sed dubiū est multis an hoc possit cōtingere ī creaturis. ET dicūt multi ꝙ ī creaturis hoc omo ē ipossibile: qa actiuū & passiuū siue agēs & actū siue ꝓducēs & ꝓductū ī creaturis nō sunt sine motu aut mutatiōe, scđm quā vadit aliqd de potētia ad actū. Act9 autē & potētia necessario sūt cōtraria: nec cōpatiunt sese, circa idem, vnde p immediata diuidūt ens scđm totū ambitū suū: omne

Z

A

Dubium.

enim ens aut eſt in potentia, & ſicut materia: aut eſt in actu: & ſicut forma vel habens formam. ſecundum actū autē & potentiam ſumitur differentia inter agens & actum. Nullo ergo modo in eadem re ſimplici creata, quātūcunq; ratione diuerſificeť, poſſunt eſſe actiuum & paſſiuū ſiue agēs & actum: vt idipſum re ſit agens & actum, aliter em̄ res ſeipſam formaret: & qđ eſt in potētia ſeſe deduceret ad actum, & eſſet ſimul in potentia & in actu: quia ſecundum q̄ eſt agens debet eſſe in actu, & ſecūdum q̄ eſt patiens debet eſſe in potētia. Et ideo dicūt aliq̄ q̄ tales relatiōes reales duę q̄ ſunt in actiuis & paſſiuis, nullo modo poſſunt ſup idē re differēs ſola ratiōe fundari in creaturis: licet hoc ſit poſſibile in deo: vbi nihil vadit de potentia ad actum: ſed in eo ſunt ratio actiui & paſſiui, abſq; omni innouatione: & ſecūdum aliam rationē q̄ in creaturis: qđ impoſſibile eſt eſſe in creaturis ſicut iam patebit. Dico q̄ reuera potētia ē cōtraria actui nō cuicūq;: ſed illi q̄ eſt cōplemētū B
ipſius potētię. Iſte em̄ actus cū res eſt in potētia, nō eſt: & ecōuerſo cū ipſa eſt in potētia actus nō eſt Et iſti ſunt actus & potētia qui diuidunt ens, & impoſſibile eſt q̄ aliqd idē re vt eſt in potentia ad talem actū, deducat ſe ad illum: idē tm̄ re qđ eſt in potētia ad talem actum, puta volūtas ad actum volitionis, ſi ſimul cū hoc q̄ eſt in potētia ad actū illū ſecūdū vnā rōnē ei⁹ poſſit eē in actu ſub iſto ſecūdū aliā ei⁹ rōnē ſcđm quā nat⁹ eſt iſte actus pduci ab eodē ſcđm aliā rōnē, nullū eſt incōueniens q̄ idē vt eſt in actu ſecūdum vnā eius rōnē, ſeipſum vt eſt in potētia ad illū ſcđm aliā rōnē deducat de potētia ad actū, verbi gra, ſi ſol cū hoc q̄ eſt calidus virtute eſſet in potētia ad actum ſecūdum formam caloris, ſeipſum prout eſt actu & virtute talis qualis eſt in potentia vt fiat talis ſecundum formam caloris de potentia calido faceret actu calidum. Similiter ſi forma ſubſtantialis lapidis haberet vim illam quam hēr forma accidentalis grauitatis quæ eſt in ipō, & hoc ex ſe & ſubſtātialiter abſq; forma accidētali grauitatis exiſtēte in ipſo: tūc p̄ hoc q̄ eſſet in actu ſcđm vim illā poſſet lapidem facere in actū ſcđm deſcēſum deorſum ceſſante ipedimēto, ad quē impedimēto exiſtēte erat in potentia, actu tamē ſub illa vi. Sic dico in ppoſito q̄ voluntas ratione ſuę libertatis eſt virtute tale quid quale eſt volitio, forma ſcilicet ſua quę ipſa eſt. Propter qđ ipſa voluntas quia virtute talis eſt qualis eſt ipſa ſecūdū formā qñ eſt iformata forma volitiōis, ſiue q̄ eſt volitio ipſa: ſeipſam vt eſt in potētia ad formā volitiōis pōt deducere de potētia ad actum: & eſt volitio actui q̄ eſt cōplemētū illius potētię & iſti potētię cōtraria: nec pñt eē ſiľ. Actus autē quo volūtas ē virtute tale nec volitio in nec potētię ad illā cōtrariať: ſed eſt ſimul cū ambob⁹ ga eſt alterius gñis: & cū voluntas ſecūdū actum volitiōis ſeipſam facit de potētia in actū, eſt actio agētis equiuoci: ſicut cū ſol generat homi- C
nem aut calorē. CVM ergo quęrūt & arguunt ſic aliqui: ſi voluntas cōtinet virtute formā illam ad quā eſt in potētia, aut ergo ſicut inſtrumētū: aut ſicut agēs pricipale. Dico q̄ ſicut agēs pricipale & eſſentiale. Q2 addunt iſta ergo, forma quā voluntas cōtinet virtute, aut eſt eadē numero cū iſta ad quā eſt motus voluntatis, aut nō: Dico q̄ ipſa eadem eſt: ſicut eundem calorem quē generat ſol ex materia, prius cōtinebat: & ſimul quando producit, producit eum ſecundum actum formę: & continet eū virtute: ſed ſolūmodo ad ſemel generādū illum eūdē ſecūdū numerū. Ad pluries autē imo infinities generādū cōtinet virtute eūdē ſecūdum ſpeciē. Sed arguūt: ſi voluntas cōtinet illam vt eandē numero iam habet volitionē illā, dico q̄ verū eſt ſi illā aliter hꝛet q̄ virtute, i. formaliter: ad quā ſic eſt in potētia. Similiter qđ arguunt: ſi cōtinet illam vt aliam numero: ergo nō poſſunt eſſe ſimul in eodem quia ſunt eiuſdem ſpeciei: Reſpōdendo modo eodē dico q̄ forma qua voluntas cōtinet virtute oēs volitiones quas poteſt in ſe habere eſt ipſa potētia volitiua vt actiua eſt: quę ſola ratione differt a ſubſtantia animę cuius eſt potētia: & eſt potētia ipſa ſubſtātia aīæ ſecūdum rē: & ecōuerſo. Et ideo ſicut differūt gñe ipſa aīa ſubſtātia & ipſa volitio, ſicut forma q̄ eſt ſubſtantia & forma quę eſt accidēs ſic: differūt forma qua voluntas virtute cōtinet formā quę eſt volitio, & ipſa volitio. & eſt ruditas ingenii magna neſcire diſtinguere qualiter aliqd cōtinet formā aliquam formaliter vt ignis in ſe calorem ſuum, & virtualiter vt ſol iſtum calorem quem ignis continet formaliter. Credo q̄ iſta vidēs de facili non poſſit redargui in hac materia: & clare videre quō idem ens in actu virtute poteſt bene ſeipſum deducere in actum ſecundum formam ad quā eſt in potentia: & ſic formare ſeipſum: ſicut & formare poſſet alium ſi talis actus poſſet tranſire in alterum & eſſe alterius q̄ agentis: ſicut motus tranſit in alterum & eſt alterius q̄ ſit mouens. Sed iſtud nō eſt natum contingere ſecūdum quēlibet actum in creaturis: nec eſt tamen oīno natum fieri in diuinis. Licet em̄ relationes in actiuis & paſſiuis habeant eſſe in diuinis ſecūdum diuinos actus qui ſunt generatio & ſpiratio, & in creaturis ſecūdum actū volitionis, & illi conſimiles, ſecūdum quos idem poteſt ſe ducere de potentia in actum, vt dictum eſt: & ſimiliter in creaturis ſecūdū alios q̄bus nihil ſeipſum ſed ſolūmodo alium potentia poteſt in actum ducere, vt patet in calefaciente, & calefa-

cto:hoc tamē est multū alio,& alio modo:ita q̄ secūdum hæc tria genera relationum in actiuis &
D passiuis debent accipi. AD cuius intelligētiā sciendum est,q̄ in fundatiōe dictarū relationū rea-
lium in diuinis sup idem est duo cōsiderare. Vnū,s.ipm idē re,diuersum solū ratione:vt sup ipsum
fundat vna relatio & alia. Aliud vero,s.psonarū constitutionē p singulas relationes cū ipso funda-
mento & illarū fundatione in isto:absq̄ oī alio ꝓducto de fundamēto. Quo ad primū qdē simile est
de diuina essentia in fundādo sup ipam relationē actiui & passiui,& de volūtate. Quo ad scdm aūt
Et ſiliter merita & dona ſunt cauſa & ratio plus remunerādi vnū q̄ alterū p̄ pietatē. Dico etiā quo ad generalē miſericordiā quā exercet etiā circa damnatos, puta ſi p̄ccata & demerita vni⁹ dānati ſe habeāt in pōdere mēſura & numero ad p̄ccata & demerita alterius, ſicut .c. libre ad vnā, ſi illi q̄ p̄ccata & demerita habet ad mēſurā vnius libre p̄cit in pœna ad mēſurā & pōdus vnius denarii: alteri p̄cit ad mēſurā cētēſimē ptis vnius denarii: qa miſericors iuſtitia req̄rit: vt maiori culpę mi-nor reſpōdeat pœna. Et etiā quo ad generalē pietatē quā exercet circa ſaluatos. puta ſi dona & me rita vnius ſaluādi ſe habeāt in pōdere numero & mēſura ad dona & merita alterius ſaluādi, ſicut cētū libre ad vnā, ſi illi q̄ dona & merita habet ad mēſurā vnius libre auget gloria ī futuro vl' gra tia in p̄ſenti vltra cōdignū ad mēſurā vnius denarii: alteri auget ad mēſurā centū denariorū: qa pia iuſtitia exigit vt magis merito maior gratuitas fiat: & hoc nō tā in augēdo bona gratię in via toribus q̄ in diminuēdo debita mala pœnę. Vnde ſi dona & merita vni⁹ p̄cedētia ſe habeāt ī pōde re, mēſura, & numero ad dona & merita alterius ſicut .c. libre ad vnā, ſi illi q̄ dona & merita habet ad menſurā vnius libre p̄cit ī pœna ad mēſurā & pōd⁹ vni⁹ denarii, alti p̄cit, ad mēſurā .c. denario rū: & hoc cuiuſcūq; cōditionis ſint, ſiue ābo religioſi, ſiue ābo ſęculares, ſiue vn⁹ religioſus & alter ſæcularis: & hoc ſi ābo pœniteāt. Si eñ vn⁹ pœniteat & alter nō, infinite grauius puniet nō pœni tens: qa ipœnitēs puniet pœna æterna, pœnitēs vero tēporali. Si aūt neuter eorū pœniteat, grau⁹ ſemp puniet ille q̄ plura dona recepat: & plura merita cōgregauerat. & qa p̄ſumit q; talis ē religio ſus reſpectu ſęcularis, pp̄tet hoc dicit Anſel. de monacho. Si pœnitere noluerit, maiori q̄ laicus da mnationi ſubiacebit. & hoc quia ſeruus qui volūtatem domini ſui ſcit & nō facit, vapulabit mul tis, vt dicit Luc. xii. Si vero ambo pœniteant, & ſecūdo mō p̄poſito aſpiciamus ad merita in p̄ſenti
G quādo pœnitent: dico q; cęteris eiſdē exiſtētibus illi qui plus pœnitet & conterit & ex maiori de uotione pœnitentiā agit, magis p̄cit ſcdm menſurā illoq;. Poteſt tñ recōpenſatio fieri p votum ſub quo vnus pœniter, & non alter, vt illi qui plus pœnitet, & ex maiori deuotione ſiue tātūdem & ex æquali, min⁹ p̄cat. Et ſcdm hoc poteſt ītelligi qd̄ Anſel. īmediate ante verbū iam dictū dicit ſic. Sic deus inter profeſſum monachum et volētem p̄fiteri iudicat, ſi eos cōtra eū peccaſſe pœniteat. Nō ſolum enim profeſſum mitius iudicat non profeſſo, ſed et quolibet laico in hoc ſęculo conſtituto licet eñ vtrq; idē p̄ccatum cōmittat: tñ ſi toto ex corde monachum deliquiſſe pœniteat: eum q; cui ſe ſubdidit ordinē feruenti amore cuſtodiat, maiorem q̄ laicus miſericordiā conſequet, quan tūcūq; iſte pœniteat ſęcularibus adhuc detentus. Sed ponendo q; iſto ſecundo modo p̄dicto di uerſitas in p̄ccatis et demeritis ſit cauſa et ratio plus puniendi vnum q̄ alterum, ſ. ex parte actus in quo eſt ipſum meritum vel demeritum pro quo principaliter puniendus eſt quis aut remune randus: tunc puto vlterius diſtinguendū: q; ſcilicet religioſus aut commiſit p̄ccatum ſuū ante p feſſionem, aut poſt. Si primo modo, et cauſa agendi pœnitentiam intrauit religionem et profite tur: Dico q; aliis eiſdem retentis ratione voti minus puniendus eſt q̄ laicus pro peccato æqua li aut etiam maiori aliquantulum. Et de tali expreſſe loquitur Anſel. xxxii. c. dicens ſic. Plerūq; cō tingit vt aliquis redundet vitiis, et intelligit q; aliter ſaluari non valeat niſi ferro diſtrictioris pœ nitētię fuerint reſecata: vt ergo inde purgari perfecte queat alicubi in monaſterio ſponte ſua ſe alli g at profeſſioni &c. Si ſecundo modo, aduertendum q; in hoc eſt diuerſitas ex parte profeſſio nis: quia aut profeſſio eſt talis in qua religioſus non profitetur omnem modum perfectionis, nec quicq̄d boni poterit operari, nec etiam ſemper qd̄ melius ē operari pro poſſe ſuo, aut eſt profeſſio ī qua religioſus omnia talia profitetur. Si primo modo: cū iſte religioſus indebite p̄ccauit cōtra do minū cui profeſſus eſt, opera ſatiſfactionis in pœnitēdo alias indebita, ſ. ſi ſi non peccaſſet, debet age re, cuiuſmodi ſunt iſta quę non cadunt ſub voto ſuo, ad quæ agenda ſe non obligauit: ſed libertati ſuæ reſeruauit. Et quia talis actus pœnitēdi non cadit ſub voto, ratione voti non auget meritum quia votum non auget meritum operis niſi cadat ſub voto. Propter qd̄ dicit Anſel. in ſimilitudine de duabus arboribus: q; illius qui offert fructus ſuę arboris ex voto acceptabilior eſt oblatio deo q̄ illius qui offert eam non ex voto: ita q; ſi ille qui fructus vnius arboris offert ex voto, haberet aliā arborē, cui⁹ fructus non offerret ex voto, rōne voti quo offerre debet fructus prioris arboris non eſſet acceptabilior fructus oblatus de alia arbore. De tali ergo religioſo peccante et pœnitente poſt votum: dico q; quanto talis religioſus grauius peccat ſęculari, tanto grauius debet a deo pu niri: et minus ei p̄ceſſi diſcedat, vt dictū eſt. Sed ſi redeat ad votū et agat pœnitētiā, in quo caſu nūc loquimur, opus quod facturus eſt ſub voto iuxta opus pœnitentiæ valet vt ei plus parcatur, aliis eiſdem retentis. Sin autem aliis non retentis eiſdem ſæcularis iuxta opus pœnitentiæ agat opus maioris meriti, licet ſine voto, valebit et hoc vt magis ei parcatur. Et hoc quemadmodum

Henrici a Gandauo

Auguſt.dicit lib.iiii.contra Iulianū: Tolerabilius punietur infidelis faciens opera de genere bonorum,q̄ alius infidelis nolens illa facere.Regulariter enim aliis eiſdē retentis pœna ſemper debet eſſe proportionalis,& ſemp pro æqualitate reſpondere delicto : vt quantum quiſq; peccator glorificauit ſe & ī delitiis fuit,tātū detur ei de tormento & luctu,ſicut dicitur Apo.xviii.& vt dicit Deut. xxv.ſecūdū menſuram delicti debet eſſe & plagarum modus . & hoc non ſecūdum proportionem arithmeticam q̄ eſt ſcd̄m eandem quantitatē,& non ſcd̄m eandē pportionem,vt ſicut.iiii,ſe habēt ad.ii,ſic ſe habent.vi.ad.iiii.Sicut enim quatuor excedunt.ii.in duobus:ſic ſex excedunt.iiii.in duobus.Sed non ſe habēt ſex ad. iiii.ſcd̄m pportionē dupli ad ſubduplum,ſicut ſe habent.iiii.ad.ii.Nō ſcd̄m talem dico pportionē peccato reſpondet pœna: qa licet peccatum ſit vnū & æquale in pluribus quo ad ſubſtantiā ſiue genus peccati:& quo ad hoc peccato eidē & æquali in diuerſis quibuſcūq; eadem & æqualis pœna deberet reſpondere: ex conditionibus tñ diuerſis perſonarū & circūſtantiis exñtibus in ipſis in æq̄li peccato ſcd̄m genus & ſubſtantiā peccati magis peccat vna pſona q̄ altera,puta princeps aut p̄latus q̄ ſubditus, & religioſus q̄ ſecularis,& vniuerſaliter quāto melior eſt,& plura dona gratiarum a deo ſuſcepit,tanto plus peccat . et ideo maiori pœna plectēdus eſt:equali tñ & pportionali ſcd̄m pportionem geometricā,que eſt ſcd̄m habitudinē:non aūt ſcd̄m eādē quātitatē,ſcd̄m quā ſicut ſe habēt.iiii.ad.ii.ſic ſe habēt.viii.ad.iiii.qa vtrobiq; eſt habitudo dupli ad ſubduplū:licet in duplo plura.viii.excedunt .iiii.ſ.in.iiii.q̄.iiii.ii.que non excedūt iſta niſi in duobus tm̄.Procedit em̄ iſta pportio ſcd̄m iuſtitiam diſtributiuā : ſcd̄m dignitatem maiorem & minorem perſonarū:ſcd̄m q̄ digniores perſone plus remunerantur ī bellis, puta milites q̄ ruſtici: licet æqualiter laborent,& ſcd̄m hoc plus puniēdus eſt dictus religioſus peccās, q̄ ſecularis ſcd̄m modum p̄dictū. Si aūt religioſus ſecūdo modo ſcd̄m omnē modū pfitetur & offert ſe deo:& poſt profeſſionē peccat,grauiſſime peccat: & tñ reuerſo ad pœnitentiā magis pcit deus & mitius agit cū ipſo:quia quicqd agit loco pœnitentie ſub voto agit. Et de tali vt videtur dicit Anſel.illud in cap.xxxi. Sic aūt deus inter pfeſſum monach.&c.ſicut iam ſupra . Qd̄ bene declarat p ſimilitudinem quā ſubdit in.xiiii.c.dicens. Qd̄ vt apertius a ſimili videamus &c.vt patet inſpicienti.c.totū In quo diſtinguit pfeſſionē hmōi religioſi de quo eſt ſermo in hoc ſecūdo modo,a religioſo de quo eſt ſermo in modo primo p̄cedenti p pmiſſiones duorū ſeruorū: quorū vnus aliquid ſibi reſeruat de pprio,vnde domino ſatisfacere poſſit ſi cōtingat eū in ſeruitio ſuo peccare: cuius pmiſſioni cōcordat votū p̄cedentis religioſi.Alter vero nihil ſibi reſeruat de pprio:ſed ſe & ſua & totū qd̄ poteſt domino confert:vt ſi eum quādoq; cōtra dominū peccare cōtigerit,non de alieno ſed de pprio prout domino placuerit emēdā aſſumat, cuius pmiſſioni omnino cōcordat votum hui9 religioſi. Qd̄ adhuc amplius declarat in cap.xxxv.de duabus arboribus dicens.Sed & rurſus a ſimili &c.In quo ſpecialiter pbat q̄ ratiōe voti acceptabilior eſt deo pœnitentia talis monachi q̄ laici. Ex quib9 clare patet:q̄ ſolūmodo inter talem religioſum & ſecularē intēdit cōparare: ſed ipe videat vbi & quādo talem inuenire aut inueniſſe potuerit.EST aūt aduertēdū q̄ tota ratio in iſto & in p̄dictis q̄.ſ.vni magis parcitur in æquali peccato q̄ alteri, contigit ex illa regula euāgelica.Lucę.vii.Duo debitores erant &c.vbi dicitur: Donauit vtriſq;.Quis ergo eū plus diligit! et ſequitur.Aeſtimo q̄ is cui plus donauit.& ſequitur approbatio reſponſionis.At ille dixit ei:recte iudicaſti. Qd̄ intelligo de dilectione que ſequitur conuerſionem ad pœnitentiam,qñ aſpicimus ad p̄ſens meritū aut demeritum:de quo ſermo habitus eſt iam in ſecundo mēbro diuiſionis primo & principaliter p̄cedētis.Conuerſo enim q per maiorem dilectionem agit opera pœnitētie,magis dimittit ſemp,& in eo q̄ p illam agit opera meritoria magis meretur & pœnā debitā ſibi minui & gratiā augeri. Vñ dicit ibidē Gloſ.Plus ergo diligit eccleſia gentilē q̄ Iudeum: quia & ſcd̄m ſtatū p̄ſentem maior ei gratia confertur:& ſecūdum p̄teritū de maiori fœditate extrahit. Idēaūt poteſt & forte debet intelligi de dilectione que preceſſit prius q̄ conuerſus ad pœnitentiā per peccatū cecidit: & hoc qñ aſpicimus ad precedens meritum aut demeritū:de quo ſermo iam prius habitus eſt in primo mēbro dicte primē diuiſionis. Cōuerſo enim qui per maiorem dilectionem pri9 eo fuit coniūctus, magis remittit de pœna,& cōfertur de gratia ſecūdum modum preexpoſitū. Vnde vt addit Gloſ.pre dicta: ſicut plus debet qui plus accepit:ſic qui plus accepit, quando reuertitur,gratioſius recipitur:& plus ei conferē:quia habenti dabitur: Dico autem habenti:qa per pœnitētiā reſtituūtur prius amiſſa per peccatum. et forte cum augmento prout alias declaraui.Et qui ſimul diligit ſecundum primum modum,& ſecundū,plus recipit q̄ qui ſecundū alterū tm̄. & vniuerſaliter quātum quis pportionaliter plus diligit ſiue ſcd̄m primū modū ſiue ſcd̄m ſecūdū:tanto plus recipit. Et ſic vt breuiter totū concludamus non plus parcitur religioſo q̄ ſeculari aliis eiſdem retentis

H

nisi pro quanto votū addit ad bonitatem operis. Vñ & hanc causam inserit Ansel. dictę determinationi suę de monacho & seculari dicens. Ipsi vtriq; sunt apti ad ferēdū fructum operis boni, atq; non eodem modo diligunt deum: nec ei bene operādo deseruiūt. Secularis enim quia eum minus diligit, tātū boni opis offert quantum voluerit. Monachus vero eum diligit intantum vt ad eū accedens totū ei offerat seipm. Sic ergo q̄ quis minus punitur: & ei parcitur: & plus gratię confert: hoc est propter maiorem dilectionem, vel q̄ trahitur ex virtute boni operis precedētis, vel ex virtu
I te boni operis instantis, vt patet ex dictis. SED est aduertendū: q̄ cum dicitur q̄ monacho magis parcit: verum est aspiciendo ad maiorem pœnam quę debetur ei ratione circūstantię persone: non per substantiam solum opationis: quāta non debetur seculari. de illa enim tota pœna plus ei remittitur q̄ seculari de tota pœna quę ei debetur. Sed nō oportet ex hoc q̄ minor sit illa pœna q̄ restat monacho: quia bene potest esse æqualis aut maior aliquantulū, cum hoc tñ q̄ ei plus remittit, puta si religiosus plus peccat seculari, vt peccatū illius se habeat ad peccatū istius sicut. viii. ad. vi. & si militer pœna quę debetur illi se habeat ad pœnā quæ debetur isti, plus parcitur religioso si ei de pœna ad mensuram. viii. se habente remittatur pro mensura duorum, & seculari de pœna ad mensurā sex remittatur p mensura vnius. & tāto plus de pœna restat religioso. s. ad mēsurā. vi. q̄ seculari. s. ad mēsuram. v. et sic nequaq̄ religiosus p maiori peccato minus punit. Vnde si dominus Anselmus intelligat q̄ in æquali peccato plus petitur religioso q̄ seculari: sic q̄ inde minus puniatur aliis eisdem & consimilibus & æqualibus existentibus hincinde p̄ter votum in altero: non video quomodo litera sua stare possit, & habere veritatem, nisi dicatur q̄ excessiue loquutus est in
K fauorem religionis. EST etiam aduertendum, q̄ licet magis remittatur monacho ratione voti aliis eisdem retentis: posset tñ cōtingere q̄ si maior esset deuotio & contritio in seculari qua reueteretur: q̄ statim magis ei remitteret. Sed Ansel. intelligit aliis eisdem retētis: & monacho. s. agēte scdm totum nisum suū, et similiter seculari: qđ bene explicauit supra quādo dixit. Cum toto ex
L corde monachum deliquisse pœniteat &c. Q3 arguitur primo in oppositum: q̄ si deus minus puniret monachum non seruaret iustitiam: dico scdm iam dicta q̄ non punit illū minus simpliciter: sed iuxta quātitatem delicti sui illum minus punit: quia hoc meretur dilectio maior qua conuertitur & agit opa pœnitentię: & p hoc iustum est illud. & etiam esset iustum si puniret illum minus simpliciter. Loquendo autē de religioso qui non ad omnia se deuouit: de tali concedo q̄ plus
M illum punit semp: & p hoc in ipo seruat iustitiam. PER qđ patet quid dicēdū sit ad primū in oppositum. vt em̄ mihi videtur aut loquitur de monacho qui peccauit ante p̄fessionem, aut de illo q
N omnino se deuouit, & de vtroq; concedo scdm p̄dicta q̄ dominus eū pœnitētē minus punit. AD secūdū: q̄ deus agit cū filio & seruo familiarius q̄ cū extraneo: Dico q̄ verū est, dū tñ oīno & in oībus patri & dño subiectus est: nec potest aliquid reddere nisi qđ ptinet ad seruitutē: nō sic aūt de illo qui sibi aliqd retinuit, sicut facit religiosus, q nō ad omnia meliora se astrīgit scdm modū supra dictū. Nec valet ad p̄positū inductū de Malach. iii. qa loquit ibi de iustis conuersis ad pœnitētiā: q timentes deū responderūt verbis blasphemię malorū. & hoc in cōparatione ad illos malos damnandos in die iudicii: respectu quorum omnibus saluandis generaliter p̄cit, pœnam æternā cōmutādo in temporalem: quam illis nequaq̄ cōmutat.

Ad arg. principale.

Ad primū in oppositum.

Ad secūdū.



Irca Tertium arguitur: q̄ multitudo defendens prauā consuetudinē antiquam punienda est, tum quia peccat illā consuetudinē seruando, tū quia peccatū suū aggrauat illā defendēdo. CONtra, assueti & nutriti sunt in illa & generati a progenitoribus suis: vt cōtrariū diligere nō possint nec discernere. in hoc ergo
O eis p̄cēdū est. Dico q̄ p̄culdubio talis cōsuetudo, qa in peccato est, vt alias determinauit: punienda est, & a deo in futuro nisi pœniteant eā tenētes, & ab ecclesia i p̄senti, nisi maius malum a tali punitione p̄uēturū timeret. s. populi rebellionē. Propter qđ in tali cōsuetudine frequēter tolerare oportet multitudinē: sed tñ debet eis a p̄dicatoribus & viris iustis reprobari. Sed istud tolerare nō est p̄prie p̄cere: quia nō est p̄cere nisi punire cū mitigatione. Vñ de correctione talis cōsuetudinis puta fori aut cōmercionis in dieb9 festiuis aut aliis hmōi, dicit August. in ep̄la ad Aureliū. Non aspere quantū ęstimo, non duriter, nō impiose ista tollunt, magis docēdo q̄ iubendo, magis monēdo q̄ minādo. Sic em̄ agēdū est cū multitudine peccātiū, et siqd minamur cū dolore fiat de scripturis cōminādo vidictā: ne nos i nostra potestate: sed dñs in nostro sermone timeat, itaq; prius monebunt spirituales vel spiritualibus p̄ximi: quorū auctoritate cętera multitudo frangatur. Et sic patent argumenta primū & secūdū.

Quęst. xvii. Arg. princi. In oppositū.

Rñsio.

Finis. XIIII. Quodlibet Magistri Henrici a Gandauo.

Henrici a Gandauo

Incipit.XV.Quodlibet Eiuſdem.

Queſt.I. Arg.princi.

DIſputatio noſtra de Quoli bet vltimo habita,ſ.quintadecima,continebat quæſtiones.xvi.Quarũ vnica erat de deo:Cęterę autẽ oẽs erant de creaturis,Illa vnica de deo erat: Vtrũ deus poſſet facere ꝙ vacuũ eſſet,Et arguebat᷑ ꝙ ſic:qa deus poſſet facere materiã q̃ eſt ſub forma ſubſtantiali & quãtitate, ſubito eſſe abſq; forma hmõi & quantitate,quo facto neceſſario ſequitur vacuũ eſſe,aut motũ fieri in inſtãti,ſed motũ fieri in inſtanti eſt impoſſibile ſcdm phm.vii.Phyſicoꝝ:vbi probat ꝙ omne qđ mouetur in tẽpore mouetur,& nihil in inſtãti: ergo &c. Probatio ſuppoſiti eſt,ꝙ deus poſſet abſtrahere vim qua conſeruat res in eſſe a forma & quãtitate:& nõ a materia:quo facto forma & quantitas qua cõpoſitum ex materia & forma ſpatiũ occupauit,puta inter partes aeris contẽtum,caderẽt in nõ eſſe,remanente materia in eſſe:& tũc partes illę aeris aut ſubito concurrerẽt & in inſtanti ne eſſet vacuũ : ſed ſic nõ poſſent concurrere niſi ꝑ ſpatium aeris circũſtantis dictũ ſpatiũ per rarefactionẽ ſucceſſiuã,ad quã ſequitur partiũ concurſus ad replendum dictũ ſpatiũ nõ niſi per motum localem in dicto inſtanti:aut concurrerent in tẽpore,& eſſet vacuũ inter partes in toto illo tempore vſq; ad perfectã reconciliationẽ earũ:licet continue minus & minus:cũ nullum eſſet ibi corpus perfecte implens illud ſpatiũ:aut nõ concurrerent illę partes omnino: ſed ſtarẽt in eodem ſtatu quo prius abſq; omni rarefactione: & ſic perfecte maneret illud ſpatiũ vacuũ æqualium dimenſionũ ſeparatarũ cũ dimenſionibus in materia quę prius illud occupauerũt.

In oppoſitũ.

CONtra,ſi deus facere poſſet ꝙ vacuũ eſſet,poſſet facere ꝙ eſſent contradictoria ſimul:puta ꝙ partes cõtinentes vacuũ eſſent ſimul & nõ ſimul:qđ deus nõ poteſt facere:quia eſt oĩno infactibile:ergo &c. Probatio cõſequẽtię ſuppoſitę eſt:ꝙ ſi vacuũ factum eſſet a deo dicto modo,ptes dicti continentis eſſent ſimul:eo ꝙ ipſarũ nihil eſt mediũ ꝑ definitionẽ eius qđ eſt ſimul.v.Phyſic.Nihil autẽ eſt medium inter partes dicti continẽtis:quia nihil eſt mediũ niſi vacuũ, & vacuũ nihil eſt ſcdm phm.iii. Phyſic.Partes etiã dicti continẽtis nõ eſſent ſimul:tũ quia vacuũ eſt medium per qđ diſtant, tum quia materia manens eſt medium:tũ quia ipſę ante materię denudationẽ non erãt ſimul:quare nec ipſa denudata ſtatim ſunt ſimul: cũ nihil ex illa materię denudatione circa partes cõtinẽtis imutatum ſit.

Reſol.q.

ISTA q̃ſtio vt exiſtimo introducta eſt quia aliquis nuper poſuit ꝙ materia nõ poteſt eſſe ſine forma & quãtitate:& ꝙ deus hoc non poſſet facere: cuius contrariũ alias determinaui. & illud poſuit ea videlicet ratione:quia ſequereť aut ꝙ vacuũ ponereť eſſe,aut motus eſſe in inſtanti prout ꝓcedit primũ argumentũ:& ſuppoſuit,vt tactũ eſt in eodẽ argumẽto, ꝙ motus non poteſt eſſe in inſtanti,qđ proculdubio verum eſt etiã in ꝓpoſito:poſito ꝙ ſit vacuũ ſcdm dictum modũ. Licet eñ in vacuo nõ poſſet eſſe motus grauis aut leuis ſcdm ſe:ſed tñmodo motꝰ ꝓgreſſiuus animalium ſcdm Cõmẽt.iiii.Phyſic,poſita tñ materia ſubito ſpoliata forma & quantitate ſcdm tactũ modũ, dictę partes aeris in vacuo qđ ibi proculdubio partibus dictis intercideret, ꝑ motum cõcurrerent:quia nõ concurrerent niſi manẽtes connexę in continuo:& hoc non niſi ꝑ ſuam rarefactionem:quę non ſubito in inſtanti ſed ſucceſſiue & in tẽpore fieri poſſet,quouſq; toto ſpatio repleto omnino excluſum eſſet vacuũ.Probauit aũt ille ꝙ vacuũ omnino eſſe nõ poteſt etiã deo agẽte & hoc per ſecũdum argumẽtũ. Ex quo vlterius concluſit impoſſibilitatẽ illius quo poſito ſequeretur vacuũ eſſe: cuiuſmodi eſt materię denudatio a forma & quantitate etiã deo agẽte. Sed dico ego ꝙ licet alias impoſſibile eſſet materiã dicto mõ denudari, ponere tñ hac de cauſa ſiue rationeiã dicta ab illo,ſ.deo eã nõ poſſe denudari dicto mõ,eſt valde debile motiuũ:qđ nec deberet quẽq; rationabiliter mouere ad negandũ dicto modo materiã poſſe deo agente denudari.Cuius debilitas appareret applicando cauſam illam q̃ſtioni qua q̃ritur:vtrum deus poſſet annihilare & ſcdm materiã & ſcdm formã ſubſtantialẽ & ſcdm omnia accidẽtia aliquod corpus contentũ inter ptes aeris, puta lapidem aut totam ſpecieẽ contentã inter terram & ignẽ:& hoc continẽdo ignem ſuperius ne rarefactione deſcenderet:& terram & aquã inferius ne rarefactione aſcenderet,quo etiam poſito ſcdm phm.iiii.cæli & mundi, ignis non deſcenderet: quia eſt in omni loco leuis. Similiter nec terra aut aqua aſcenderẽt:quia ſcdm ipm ibidem ſunt in omni loco graues:licet aer amota terra deſcẽderet eo ꝙ in ſuo ꝓprio loco grauis eſt:vnde nec aſcenderet eleuata ſphęra ignis ſcdm phm ibidem.Etiã an poſſet annihilare totam ſphæram elementarẽ ſub ſphęra lunæ abſq; complicatione ptiũ illius.

Reſpõſio.

P

Q

Et constat q̄ nō est negādum quin deus hæc & cōsimilia facere posset: qa qua ratiōe posset vniuersam creaturā mūdi annihilare, eadē & quālibet partē eius annihilare posset, & vnā altera manente. Omnis em̄ creatura ex se caderet in nihilum sicut de nihilo facta fuit, nisi manu conditoris teneret in esse: qui manū suam potest subtrahere, siue a toto vniuerso, siue a quacūq; parte eius ad libitum suę volūtatis: qa nō de necessitate vllā creaturā cōseruat ī eē, sicut nec de necessitate vllā ī esse ꝓduxit: sed solūmodo libertate arbitrii volūtatis suę. Obiectio. Contra hoc tamē posset argui ex causa, siue ratione prędicta eo modo quo ille arguit cōtra ponētes deum posse dicto modo denudare materiam. Argueret em̄ sic. Si deus posset lapidem existentē in aere aut totā sphęrā aeris aut etiā totā sphęrā quatuor elementorū annihilare, sequeret vacuū esse, aut motū esse ī instāti sicut prius. Et suppono vt prius q̄ partes circūstantes cōcurrere non possent subito: sicut suppositū est prius: concludī posset modo quo prius: si deus annihilaret aut annihilare posset aliqd prædictorum, q̄ sequeret vacuum, & tūc vlterius: sed ipossibile est vacuū esse scdm phm, ergo impossibile est illud ex quo hoc sequitur, s. deū posse aliquid prædictorū annihilare. Sed nō puto q̄ sit aliquis catholicus qui ꝓpter fugā incōueniētis qd est vacuū eē, aut posse eē, ducī deberet ad negādū antecedēs, dicēdo q̄ dc⁹ nullum p̄dictorū annihilare posset: ímo potius deberet a quolibet cōcedi vacuū posse esse: & deū posse facere q̄ vacuū esset: q̄ negarī deū aliqd prædictorū posse annihilare. Cōsimiliter ergo & ad ꝓpositā quęstionē descēdendo dico q̄ deus posset facere si vellet q̄ vacuū esset: & hoc sic vt pseueraret in esse absq; oī spatii separati repletione, aut per partiū corporis circūstātis cōcursum, aut p aliqd corpus qd deus de nouo ꝓduceret loco corporis annihilati, aut per materię prius denudatę restitutionē p formā & quātitatē: licet natura hoc facere nō posset: qa ipa materiā nō potest oīno denudare: nec corpus aliqd annihilare. Vnde quia Phī putabant nihil posse fieri nisi natura agēte vt medio sine quo ponebāt deū nihil posse de nouo agere: iuxta dictum Phī. viii. Physi. Voluntas anti qua nihil nouī operat nisi mediāte alio antiquo: & qa natura nō potest materiā oīno denudare aut corpus aliqd oīno annihilare: sine quib⁹ vacuū fieri nō potest: & cū hoc nō potest habere esse sicut aliqd ens per se existens: & per se in esse productum: idcirco ponebant q̄ vacuum esse esset impossibile simpliciter. Sed licet hoc sit simpliciter impossibile, scilicet q̄ vacuū habeat existere agente natura: & sicut aliquod ens per se existens & per se in esse productum, prout bene procedunt rationes philosophi: quia vacuum esse non potest: bene tamen possibile est vacuū esse agēte deo: & hoc sicut qddam ens p accidēs, secūdum modū quo declarauim⁹ vacuū esse ens p accidēs in quodā alio quolibet ꝑcedenti. Ad argu. in oppositum. Et scdm hoc cōcedēdus est ꝓcessus primi argumēti. Ad argumentū scdm ī oppositū, pro eo q̄ ꝓbat q̄ impossibile est vacuū esse: quia ponere vacuū esse est ponere cōtradictoria esse simul: puta partes cōtinētis vacuū esse simul & nō esse simul: Dico q̄ hoc falsum est: immo pro toto tēpore quo vacuū est, partes circūstātis & cōtinētis illud nō sunt simul: sicut neq; erant simul pri⁹ quādo corpus erat cōtentū in situ vacui, per cui⁹ annihilationē aut materię eius denudationē generatū est vacuū: scdm q̄ ꝓcessit secūda pars illi⁹ argumēti, & bene. Q2 autē arguebat scda parte eius: q̄ etiā nō essent simul: qa nihil esset mediū illarū: dico q̄ reuera nihil est mediū qd est aliqd ens p se & positiuū: est tñ mediū vacuū sicut aliqd ens p accidēs & priuatiuū, scdm modū quo expositū est vacuū eē ens p accidēs & priuatiuū in dicta q̄stione. Et sic dicēdo q̄ inter ptes cōtinentis vacuū nihil est mediū: negādo aliqd gñaliter tam ꝓ eo qd est ens p se positiuū q̄ ꝓ eo qd est ens p accidēs priuatiuū, illud simplr falsum est. Sed talis negatio est ī dicto phī de simul: q̄ simul sunt illa quor⁹ nihil est mediū, s. nec aliqd ens p se: nec ens p accidēs. Negādo vero specialr ꝓ eo qd est ens per se solūmodo, verū est q̄ nihil est mediū ĩter partes cōtinētis vacuū. Sed nō est talis negatio ꝑcisa ī definitiōe ei⁹ qd est simul: & ideo nō sequit q̄ simul sunt ptes ĩter q̄s nō est mediū inter vacuū.

Sequunt q̄sita de creaturis. Quorū quędā erāt de creatura humana vnita diuinitati in Christo: & quædā alia de creaturis absolutis nō vnitis diuinitati. De primo quęrebant tria: Duo de quibusdā actiōibus ꝓcedētibus a Christo scdm eius naturā humanā. Quorū primū erat: vtrū Christ⁹ ascēdit sup oēs cęlos. Secūdū erat: vtrū oīs actio Christi humana sit supnaturalis. Vnicū aūt & tertiū erat de quadā actione terminata ī corpus Christi, s. vtrū operatio qua cōuertebat cibus in corpus Christi, erat naturalis. Quęstio. ii. Quęstio. iii. Quęst. iiii. Circa primū arguit q̄ Christus nō ascēdit sup oēs cęlos, sic. Secūdum phm. v. Physi. oīs motus est a termino in terminū, illuc ergo vbi nullus est termin⁹ nihil moueri potest: qa esset mot⁹ sine termino, sup oēs cælos nullus est terminus: qa sup oēs cælos nihil est nisi qd est extra oēs cælos, nō em̄ idem sunt esse sup oēs cælos & extra oēs cęlos, extra aūt oēs cęlos nihil est oīno, nec plenū, nec vacuū, nec tēpus, nec locus, scdm phm. i. cæli & mūdi, terminus autem Argu. primo.

Cõfirmatio. motus nõ eſt nihil,ergo &c. Confirmaſ autẽ ratio iſta per illud qđ Dauid ꝓpheta loquẽs in pſal. de Chriſti aſcẽſione dicit ſic.A ſummo cęlo egreſſio eius:& occurſus eius vſq; ad ſummũ eius,occurſus iſte aſcenſio eius fuit. Aſcenſio ergo Chriſti fuit vſq; ad ſummũ ſupremi cęli,qđ eſt ſup oẽs

In oppoſitũ. cælos,ergo &c. In cõtrarium eſt illud qđ dicit Grego.in prefatione pentecoſtes de Chriſti aſcenſione.Aſcẽdẽs ſuper oẽs cælos ſedẽſq; ad dexterã &c. qđ aſſumpſit de ad Ephe.iiii. vbi dicit apoſto

Reſponſio. lus,Qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit ſuper oẽs cęlos. Dico ꝙ hoc ꝙ Chriſtus ſup omnes cælos aſcendiſſe ſcribitur:ſanum requirit intellectum & pium expoſitorem.Quia enim aſcẽſus motum dicit ad ſuperius:ſuperius autẽ ſemper dicitur reſpectu inferioris: et ſuperius atq; inferius dupliciter poſſunt intelligi,vel loco vel dignitate:vtroq; modo Chriſtus intelligendus eſt aſcendiſſe ſuper oẽs cælos.Sup illud Ephe.iiii.Aſcendẽs Chriſtus in altũ.dicit Gloſſ.Et loco & dignitate:ꝙ Chriſtꝰ vna pſona deus & hõ aſcendiſſe dicit, ſecũdũ humanitatẽ eius dictũ intelligit. Sup illud Ephe.iiii. Qꝫ autẽ aſcendit qđ eſt niſi qa & deſcẽdit.dicit Gloſſa.Scđm corpus & animã ad cęlos aſcẽdit.Ad cęlos ſpirituales trinitatis diuinarũ perſonarũ aſcendit quãdo in ſua incarnatione ad æqualitatem dei patris humanitas eius eſt aſſumpta ꝑ vnionẽ nature humanę cũ diuina,ſecundũ quã eſt ęqualis patri.Vnde ſup illud pſal.xviii.Occurſus eius vſq; ad ſummũ eius, dicit Auguſt.Occurrit plenitudini diuinitatis vſq; ad æqualitatem patris,vt enim ſup illud Ioan.iii. Nemo aſcendit in cęlũ niſi qui deſcendit de cęlo.dicit Beda,filius hoīs qđ in ſua natura habere nõ potuit hoc ī dei filio a quo aſſumptus eſt habuit.Et per hoc aſcẽdit Chriſtus vna pſona exiſtens in duabus naturis in cælum per eius humanitatẽ:ſicut ecõuerſo deſcẽdit de cælo ſcđm eius diuinã naturam.Vnde ſup illud pſal.xvii.Inclinauit cælos & deſcendit.dicit Aug.Deſcendit ad hominũ infirmitatẽ. De vtroq; autẽ ſimul dicit Gloſſa ſup illud.Qꝫ autẽ deſcendit &c.ſic.Quomõ hũanitas aſcẽdere potuit niſi quia diuinitas primũ deſcendit?deſcẽdit quidẽ diuinitas nõ localiter : ſed per exinanitionẽ ſuã.ſ.in aſſumpta humanitate.Sic etiã ecõtra iſto modo iam dicto aſcẽdit humanitas nõ localiter: ſed ꝑ repletionẽ ſuã.ſ.ex aſſumpta diuinitate quę eſt aſcẽſio nõ loco ſed dignitate:& ꝑ iſtã aſcenſionẽ ad cęlos ſpirituales trinitatis aſcendit ſuper omnes cælos ſpũales ſpũalis creaturę & loco & dignitate, ſcđm illud pſal.xvii.Aſcẽdit ſup cherubin & volauit ſuper pẽnas ventoꝝ.Sup cherubin dicit Auguſt.exaltatus eſt ſup plenitudinẽ ſciẽtię:& ſup virtutes animarũ:qbus ſe velut pẽnis a terrenis timoribus in auras libertatis attollunt.Hinc dicit in pſal.cxii. Excelſus ſup oẽs gentes dñs & ſup cælos gloria eius.vbi dicit Aug. Gentes hoīes ſunt. Sed non ſolũ excelſus ſup oẽs gentes dñs,verum etiã ſup cælos gloria eius.Sicut autẽ per gẽtes intelligit hoīes:ſic per cælos intelligit angelicos ſpiritus:inquãtũ reſpectu illorũ homines dici poſſunt terra.Cõmuniter tamẽ & hoīes & angeli cæli dicunt.Sup quos Chriſtũ aſcendiſſe intellexit Greg.quãdo dixit.Qui aſcẽdens ſuper oẽs cęlos,Qđ bene declarauit deſcribendo terminum aſcẽſionis vbi aſcenſus ille ſtetit,ſubdens.Sedenſq; ad dexteram dei patris.qđ eſt ī plenitudine diuinitatis æqualẽ patri reſidere.vnde ſup illud pſal.xlvii.Aſcẽdit ſup cælũ cęli.dicit Augu.Ergo ſup cęlũ cęli ſedet ad dexterã dei patris.& hoc eſt qđ dicit apoſtolus.Aſcẽdit ſup oẽs cælos.Qđ amplꝰ exponẽs Ioan.Damaſce.lib.iii.ca.xxxi.dicit ſic.Ad dexterã dei patris ſedere aimus Chriſtũ corporaliter.Dexterã autẽ dicimꝰ patris gloriam & honorẽ diuinitatis,in qua corporaliter ſedet glorificata eiꝰ carne.Et ſic loquẽdo de aſcẽſione dignitate ſup oẽs cęlos oīs ſpiritualis creaturę bene ꝓcedit vltima obiectio. De aſcẽſione autẽ eius loco ſup oẽs cęlos ſi intelligamus ſup cælos iam dictos creaturę ſpiritualis,adhuc bene habet veritatẽ cælos appellando bonos hoīes qui credunt poſt corporum reſurrectionẽ in paradiſo cęleſti in diuerſis ſedibus corporalibus corporaliter reſidere diſpoſiti pro qualitate meriti:inter quas ſedes Chriſti ſedes erit ſuprema,vel ſitu locali,vel dignitate,vel potius vtroq; modo.Vt ſicut Chriſtꝰ corporaliter & circũſcripto corpore creditur aſcẽdiſſe ſcđm Damaſ.lib.iii.ca.xxxi.in exponẽdo illud Actuũ primo.Veniet quẽadmodum vidiſtis eũ eũtem in cælũ.dicentẽ.Aſcendere autẽ ex terra ad cęlos,& rurſum deſcẽdere actiões ſunt circũſcripti corporis: Sic in corpore circũſcripto a loco determinato creditur in aliqua parte determinata cęli reſidere quęcũq; ſit illa & in quocũq; ſitu.Si vero intelligere conetur aliquis aſcendiſſe Chriſtũ ſup oẽs cælos corporales vltra cõexitatẽ extremi cæli:neſcio qua auctoritate aut ratione illud firmare poterit. Sed quin ſic ſup omnes cęlos corporales aſcendiſſe potuiſ

Ad arg.pri. ſet,ſi voluiſſet,non dubito. Vnde qđ arguit in primo argumẽto:ꝙ Chriſtus nõ aſcendit ſup oẽs cęlos,quaſi ſup omnes cęlos corporales dicto modo aſcẽdere non potuiſſet,eo ꝙ oīs motus eſt ad terminũ,& vltra oẽs illos cęlos nullus eſt terminus:Dico ꝙ hoc vltimũ verum eſt de termino qui eſt aliquod ens poſitiuũ & ſecundũ ſe:quia vt ꝓcedit argumentũ & bene:extra cęlũ nullũ tale ens eſt.De termino autẽ qui eſt ens per accidẽs & priuatiuũ,cuiuſmodi ens poteſt eſſe vacuũ ſecũdum

prędicta: Dico ꝙ bene eſt aut poteſt eſſe terminus ſup omnes cælos: ad quē Chriſtus potuit aſcendiſſe. Si enim Chriſtus dicto modo ſup omnes cęlos corporales aſcēdiſſet: etſi prius in termino aſcē ſus ſui neq; plenū neq; vacuū fuiſſet: extunc tamen plenū ſpatium ibi fuiſſet, qđ quātum eſt ex ſe natum fuiſſet fore vacuum: & capabilitas erat corporis abſq; corpore exiſtens.

Queſt. iiii. Argu. prin.

CIrca ſecūdum arguitur: ꝙ oīs humana actio Chriſti ſit ſupnaturalis, ſic. Omnis actio quæ elicit ab agente ſupnaturali ſupnaturalis eſt: ſicut omnis actio elicita ab agente naturali naturalis eſt. omnis actio Chriſti etiam humana elicitur ab agente ſupnaturali: quia a perſona diuina quæ ſupnaturalis eſt in duabus naturis ſubſiſtens. ergo &c. In oppoſitū. CONtra: ſicut ſe habet actio ad Chriſtū in agendo, ſic & paſſio in patiendo. ſed nō omnis paſſio Chriſti humana, eſt ſupnaturalis: puta illa qua Iudas ipſum oſculatus eſt. ergo &c. Reſponſio. A DICO: ꝙ licet in qualibet actione tria concurrant cōſideranda: quę ſunt agens, modus agendi, & terminus actionis: actio tamē neq; ppter agens neq; propter terminū dicitur naturalis vel ſupernaturalis: ſed ſolūmodo propter modum agendi naturalem vel ſupnaturalem. Cum enim Chriſtus aquā conuertit in vinum, Ioānis. ii. licet vinum illud idem in forma & ſpecie vini erat cū vino generato in vite: tamen actio illa productionis vini de aqua exiſtēte in hydria, eſt & dicitur nō eſſe naturalis: ſicut eſt & dicitur eſſe naturalis productio vini de humore aquoſo exiſtente in vite: & hoc quia nō eſt idem modus agendi in productione vini vtriuſq;. Vnde ſi in ligno eſſet vis nauis factiua & produceret natura nauē de lignis in eadem forma & figura in qua modo de lignis ipſam producit ars: etiam econuerſo ſi nunc ars ipſam de lignis producit ſicut tunc produceret natura: actio tamē producendi nauem ab artifice nunq̄ diceretur naturalis propter hoc ꝙ eiuſdem formę & figuræ nauem produceret cum naui illa quæ eſſet producta a natura: nec econtrario. Similiter ſi ars Alchimiæ poſſet producere aurum, & eſſet eiuſdem ſpeciei cum auro quod producit per ſe natura: non tamen propterea ꝙ eſſet eiuſdem ſpeciei, illa productio naturalis diceretur prout fit ab Alchimiſta, diceretur tamen naturalis quia idem eſſet agendi modus proximus in producendo ſpeciem illius auri: ſicut & auri quod producit natura abſq; miniſterio artis, vbiq; enim producit appropinquatione calidi & frigidi ipſis tēperatis ſicut principiis actiuis: humido & ſicco proportionalibus ſicut principiis paſſiuis. In qua applicatiōe Alchimiſta ſolum eſt miniſter naturæ: ſicut medicus ſanitatis. Sola enim natura curat morbos: & ſimiliter ſola natura vt agens pricipale generat aurum. Cōſimiliter etiam ſi agens principale eſſet ſupernaturale: ſi tamē ageret modo actionis naturę, neceſſario actio illa dicēda eſſet naturalis: & econuerſo, ſi agens eſſet naturale aut artificiale, & ageret modo ſupnaturali ſicut agūt verba ſacramentalia in tranſubſtantiatione Euchariſtię & generatione gratię, actio illa ſemp dicen B da eſſet ſupernaturalis. Deſcendendo ergo ad propoſitum: Dico, ꝙ q̄q̄ Chriſtus ſit agens ſupernaturale ratione perſonę agentis, ſiue agat ſecūdum naturam diuinam ſiue ſecūdum humanā naturā: quia tamē oēs actiones quas egit in ſtatu mortalitatis, & etiā quas adhuc agit in ſtatu immortalitatis: agit modo naturę quo alii hoīes agunt illas in quocunq; ſtatu ſint, cuiuſmodi ſunt comedere, bibere, ambulare & cætera huiuſmodi: cuius ſignum eſt, ꝙ eędem paſſiones in Chriſto conſequuntę ſunt ex illis actionibus: ſicut et in aliis hominib⁹, ſcilicet ſedatio famis ex comeſtione, ſitis ex potatione: quæ & conſimiles proprie dicuntur humanæ: Idcirco ergo breuiter dico: ꝙ nulla Chriſti actio humana, quę vere humana dicenda eſt, ſupernaturalis eſt: ſed ſolūmodo & pure naturalis, non obſtante ꝙ agens ſit ſupernaturale: & hoc quia ipſe agens omnes illas actiones, agit modo naturæ. Siquas enim actiones egit vel agit non modo naturæ ſed modo ſupernaturali, illę non ſunt dicendæ humanæ: neq; naturales, & ſecundum naturam humanam factæ: ſed diuinæ & ſupernaturales, & ſecundū naturā diuinā factę. Et ecōtrario eſt de eius operatiōibus diuinis ſiquas ageret non modo ſupernaturali ſed modo naturali. Vt enim dicit Damaſc. libr. iii. cap. xv. Duas actiones aimus in domino Ieſu Chriſto: habet enim vt deus diuinam actionem, & vt homo eſt, nobis homouſian humanæ habens naturæ actionem. Sed vt idem ait ibidem capitu. xix. propter vnitatem perſonæ agentis & in duabus naturis ſubſiſtentis habuit nouum & ineffabilem modum naturalium actionum. Sed hoc intellige non niſi naturalem. vnde exponens in quo ſit nouus & ineffabilis, ſubdit, dicens. Si enim deus ens perfectus factus eſt propter nos, & ſecundum nos homo perfectus, manifeſtum eſt ꝙ omnes habemus naturales diuinitatis proprietates. Et ſecundum hoc deus perfectus, & habebat naturales humanitatis proprietates, & indiuiſas aimus actiones: vnaquaq; natura cum alterius cōmunione agente hoc qđ proprium habuit, Neq; egit humana ſecundū homi

Deciſio. q.

nem ſolum:neq; diuina ſecũdum deum ſolum:ſed Deus ſimul exiſtens & homo. Quemadmodum enim naturarum vnionem & differẽtiam naturalem cognoſcimus : ita & naturalium volũtatum & actionum. Per prædicta patet reſponſio ad obiectum primũ:& concedẽdum eſt argumentum ſecũdum:ponendo non ſolum q̃ aliqua paſſio Chriſti naturalis fuit & aliqua non:ſed etiam,q̃ aliqua actio eius fuit naturalis & aliqua non,ſecũdum iam dicta. Vnde de paſſionibus Chriſti dico q̃ omnis paſſio eius quę vere erat humana,pure naturalis erat in ipſo:ſicut & in quolibet alio, quia vniformiter aliis,dormiuit,eſuriit,ſitiuit,laſſus fuit: & cæteras paſſiones humanas ſuſtinuit. Sed eſt aduertendum de paſſionibus ſicut & actionibus Chriſti:q̃ non dicitur paſſio aliqua naturalis in ipſo a modo quo illi infertur ab agente extra inferẽte illam:ſed a modo quo in paſſo recipitur. Vnde paſſio mortis Chriſti licet inquãtum fuit illata a crucifixoribus,fuit violenta:tamen inquãtum in Chriſto fuit recepta,erat pure naturalis : & per illam pure naturaliter mortuus eſt:licet voluntate conſentiente vt in ipſo recepta,& permittente vt a crucifixoribus eſt illata. Et p hoc licet actio crucifigẽtium deo patri diſplicuit: paſſio tamen Chriſti illi grata fuit. Hinc de naturalibus paſſionibus Chriſti dicit Damaſcen⁹.lib.dicto cap.xx.Confitemur q̃ omnes naturales paſſiones hominis aſſumpſit. Totum enim hominem & ea quæ ſunt hominis ſumpſit:prẽter peccatum. Hoc enim non eſt naturæ , puta fames , ſitis , labor, dolor,& cætera huiuſmodi quæ annumerat. Vnde & conſimiliter loquens de eius paſſionibus & actionibus:ſimul dicit,cap.xviii.Deum perfectum & hominem perfectum dicentes Chriſtũ:omnia ei dabimus & quæ patris naturalia & quæ matris.

Ad argu. in oppoſitum. C

Quęſtio.iiii. Argu. prin.

IRca tertium arguitur:q̃ operatio qua conuertebat cibus in corpus Chriſti,non erat naturalis.ſic . Operatio tranſiens omnẽ facultatem naturæ non eſt naturalis:dicta operatio fuit huiuſmodi:quia attingit ad carnem vnitam diuinitati,& ita ad vnionem ineffabilem & ſupernaturalem cum ipſa diuinitate. ergo &c.

In oppoſitũ.

CONtra:illa operatio quæ procedit ex virtute naturali & modo naturæ,eſt operatio naturalis:dicta operatio fuit huiuſmodi,proceſſit enim ex virtute animæ Chriſti nutritiua,quę naturalis eſt,& hoc mediante calore naturali digerẽtibus,ſicut & in aliis hoib⁹ in qbus illa cõuerſio eſt pure naturalis.ergo &c.

Reſolu.ę D

Quęſtio iſta ĩplicita eſt & cõtenta ĩ ꝓxima p̃cedẽte,& ideo ex reſpõſiõe tradita ad illã diſſoluẽda eſt.Cũ em̃ ſcdm dicta iã ĩ illa debeam⁹ tribuere Chriſto ſcdm hominẽ q̃cunq; ſunt naturalia matris:ſicut & q̃cũq; ſcdm deũ ſunt naturalia patris: proculdubio ponendũ eſt:q̃ dicta opatio erat naturalis in Chriſto,ſicut fuit & in matre eius : & non ſolum illa : ſed & quæcunq; alia,vt de nulla illarum oporteat facere propriam quęſtionem aliam a quęſtione præcedenti,quæ autem ſunt illę,determinat Damaſcenus in libello ſuo de gemina natura & geminis proprietatibus atq; geminis actionibus Chriſti,dicens ſic.Dicentes diuinę naturę Chriſti proprietates quas habet ex patre,dicamus & humanæ naturæ proprietates naturales quas ex ea quæ noſtri habet aſſumptione, hoc eſt omnes naturales potentias humanitatis & operatiuas & paſſiuas,vt perfectus ſit homo,Si enim aliquod naturalium non aſſumpſit,non perfectus,ſed defectiuus eſt homo.Et annumerando dictas potentias,operationes,& paſſiones circa hominem ſimpliciter,ſubdit dicens, Si enim vniuſcuiuſq; potentiam acceperit naturaliter a conditore:homo igitur minor eſt mundus.habet enim animã & corpus:& medius conſtitutus eſt intellectus & materiæ,vinculũ enim eſt viſibilis & inuiſibilis,i,ſenſibilis & intelligibilis creaturę.Cõmunicat igitur animatis corporibus ſecũdum eam quę ex quatuor elementis complexionem & compoſitionem:plantis autem ſecundũ nutritiuam & augmẽtatiuam virtutem:ad hoc autem & ſeminatiuam : irrationalibus autem animalibus ſecundum irrationalem appetitum,i. iram & concupiſcentiam:& ſecũdum phantaſticum & memoratiuũ: & ſecũdum ſenſum & ſecundum progreſſiuum motum & vociferatiuum & ſpiratiuum. Copulatur autem corporeis & intellectualibus virtutibus per rationale & rationalem appetitum intellectus qui eſt voluntas primus intellectualis motus.& infra.Et ante hoc propriſſimũ animæ,diuidens ipſam ab angelorum ſubſtantia in corpore conuerſari:& huic tradere vitam & motum & liberũ arbitrium ſecũdum proprium appetitum ducere corpus & irrationalem appetitum contra & iram & ſecundum progreſſum motum & naturaliter dominari: vt proprio & naturali ſeruo proprio corpori.& cætera plurima huiuſmodi.Quibus enumeratis applicans cũcta Chriſto ſubdit,dicens.Propter quod in domino noſtro Ieſu Chriſto, quia duæ naturæ,duæ ſunt & naturales operationes:vt ſit perfect⁹ Deus & perfectus homo ſecundum duarum naturarum differẽtiam diuinę & humanę.Aliud enim op[illegible]eſt diuinæ naturæ & aliud humanæ.Si humanæ non aſſumpſit operationem, non vixit vt

homo,non ratione vſus eſt,non comedit,non bibit,non ambulauit,non vidit. & poſt plurima talia applicata Chriſto,ſubdit illud qđ pertinet ad propoſitum,dicens. Et ꝙ ab anima animales operationes & paſſiones aſſumpſit,teſtis eſt ex naturali quidem potentia nutritio corporis & augmẽtatio. Vnde enim ſit ſudor,ſputum,ſalutaris ſanguis & aqua? Si non ex digeſtione, ſi non paſſibiliter,ſed naturaliter nutritus eſt:non ſecundum voluntatem paſſibilem,ſed ad repletionem ejus
E effluxit. Sic ergo dubium nulli debet eſſe catholico,quin Chriſtus omnes operationes & paſſiones naturales humanæ naturæ expertus eſt vel potuit experiri. Sed præcipue de vna naturalium operationum humanæ naturæ dubitatio eſt: puta de ſeminatiuo & generatiuo per concubitum cum muliere,an illud in ſe habuit:quia poſt prædicta ſubdit Damaſcen⁹ dicens,Seminatiuum autem & generatiuum non habuit,Intranſilientes enim diuinarum hypoſtaſum proprietates:& impoſſibile eſt Patrem vel Spiritum ſanctum filium fieri. propter quod neꝙ factus eſt filius ho-
F minis niſi filius Dei:vt maneat intranſmutabilis proprietas. Sed puto:ꝙ ſicut fuit homo perfectus habens omnes alias vires & potentias animæ: ſic fuit homo perfectus habens vim & potentiam ſeminatiuam & generatiuam,ſicut & alii:& hoc in virtute,licet non in actione,ſecũdum quã (vt puto) intellexit Damaſcen⁹ qđ dixit:Seminatiuum autem & generatiuum non habuit,Et hoc quia non congruebat:ꝙ ſeminaſſet & generaſſet atꝙ pater fuiſſet ſecundum humanitatem. Et ſic non congruebat:ꝙ Pater aut Spiritus ſanctus ſecundum aſſumptam humanitatem fuiſſet Filius. Quo ad hoc enim bene verum eſt,ꝙ intranſilientes ſunt mediante natura humana aſſumpta diuinarum hypoſtaſum proprietates,quæ ſimpliciter & omnino intranſilientes ſunt ſecundum naturam diuinam:quia in diuinis nõ poſſunt eſſe,niſi vnicus Pater,& vnius Filius,& vnicus Spiritus ſanctus:ſecundum ꝙ declarauimus ſatis in queſtionibus noſtris ordinariis. Quæ tamen bene poſſent tranſilire ſecundum naturam humanam aſſumptam: ſecundum ꝙ ſimpliciter & abſolute Pater & Spiritus ſanctus incarnari poterunt & poſſunt:ſicut incarnatus eſt Filius:licet non tantum congruiſſet.& hoc, ne idem eſſet Pater & Filius,ſi deus Pater de homine naſceretur: & ne nomen Filii ad alium tranſferretur,ſi aut Pater aut Spiritus ſanctus de homine naſceretur,dicente Innocentio tertio in Sermone quodam de natiuitate domini,Solus Patris Filius non Pater ipſe vel Spiritus ſanctus carnem aſſumpſit,Miſſus eſt Dei Filius:ideo non Pater vel Spiritus ſanctus ne alius in diuinitate eſſet Filius:alius in humanitate:& ne idem eſſet Pater & Filius,ſi Deus Pater de homine naſceretur,magno Dei conſilio & ineffabili ſapientia non Pater carnem aſſumpſit vel Spiritus ſanctus:ſed Filius tantum,vt qui erat in diuinitate Dei Filius, ipſe fieret in homine hominis filius. Aduerte quod dicit: Magno Dei conſilio &c. Si enim conſilio hæc ſic facta ſunt & non aliter:non poterunt ergo aliter facta fuiſſe.Per quem etiam modum proprietas Patris ſecundum humanitatem aſſumptam ſimpliciter & abſolute potuit tranſire ad Filium:quia potuit quãtum erat ex parte naturæ humanæ generaſſe,ſicut & alii,ſaltem in ſtatu innocentię:licet illud non tantum congruiſſet ſicut ꝙ non generauit.

Reſponſio.

Nota.

SEquuntur quæſita de creaturis non vnitis diuinitati,vbi quærebatur vnicum pertinens ad relatiua,ſcilicet vtrum relatio habeat debilius eſſe q̃ cætera prędicamẽta.Et plura alia pertinẽtia ad abſoluta. Circa illud vnicũ arguit ꝙ relatio habeat debilius eſſe cæteris prædicamentis,ſic.Ex eo quod verius eſſe habet fundamentum,verius eſſe habet id quod fundatur in illo: q̃ quod fundatur in illo quod habet minus verum eſſe. verius autem habent eſſe abſoluta quæ ſunt ſubſtantia, quantitas,qualitas: q̃ relationes. quare cum prædicamentum relationis fundatur ſuper tria prædicamenta abſoluta:aliorum vero ſex quędam fundãtur ſuper relationes:vt actio & paſſio ſuper rationem actiui & paſſiui,ergo &c. IN contrarium eſt Commẽtator ſuper.xii. Metaphyſicæ.vbi probat Philoſophus:ꝙ eadem ſunt principia ſubſtantię & accidentis,ergo & cęte. DICO:ꝙ in quolibet genere prædicamenti eſt duo conſiderare,ſcilicet rem prędicamenti & rationem eiuſdem.quæ in hoc differunt: ꝙ decem prædicamenta in nulla re cõmuni eis conueniunt: tamen in vna ratione communi conueniunt quæ eſt eſſe ab alio, vt effectus a cauſa.in quo generaliter differt ratio oĩs ei⁹ qđ eſt in prędicamẽto,a ratione diuinæ naturæ.prẽter hoc:ꝙ realitas oĩs eius qđ eſt in prędicamẽto,differt a realitate diuinę naturæ multo amplius q̃ differat realitas vnius prędicamẽti a realitate alterius.Sed illa ratio cõmunis decem prędicamẽtis,quę eſt ab alio eſſe,primo in duas diſtinguitur:ſecundũ quas prędicamẽtum ſubſtãtię cum hoc ꝙ cæteris prędicamentis verioręm realitatem importat, diuiditur contra nouem prædicamẽta acci-

Queſtio.v.

Argu. prin.

In oppoſitũ.

G

Reſponſio.

dentium:quæ vt diſtinguũtur contra ſubſtãtiam: in vna ratione communi conueniunt: licet non in vna realitate. Illarum autem duarum rationum vna eſt eſſe in ſe,non in alio:& eſt propria ſubſtantię. Alia vero eſt eſſe in alio:& eſt cõmunis,ix.prędicamẽtis accidentium. Vnde cũ hoc ꝙ prædicamẽtum ſubſtãtię veriorem realitatẽ cæteris importat,etiam habet eſſe verius,ꝓpter qđ a Philo vii.Metaphyſicę dicit ens ſimpliciter. Cætera vero nouẽ reſpectu illius dicuntur entia aliquid & quaſi ſecũdum quid & diminute:quia nõ dicũtur aut ſunt entia,niſi quia ſunt diſpoſitiones entis ſimpliciter qđ eſt ſubſtãtia.Ratio autẽ cõmunis illis nouem prędicamẽtis accidẽtium diſtinguitur in duas,quia eſſe in alio aut conuenit alicui abſolute:aut non niſi in ordine ad aliud.Et eſt prima iſtarum duarum rationum cõmunis duobus prædicamẽtis abſolutis,ſ.quantitati & qualitati. Secunda vero eſt cõmunis ſeptem prædicamentis reſpectiuis,quorum eſſe,quia dependet ab abſolutis,& realitatẽ trahunt ab illis:puta a ſubſtãtia,quantitate,& qualitate:idcirco illa abſoluta & qđlibet eorum,ſ.ſubſtantia & accidentia quæ ſunt quãtitas & qualitas,verius eſſe habẽt,q̃ quodcũq; illorum ſeptẽ:quibus non conuenit aliqua realitas cõmunis omnibus:aut aliquæ propriæ ſingulis, quãtum eſt ex natura ſui prędicamenti. Vnde & diſtinguũtur ſolũmodo penes diuerſitatem modorum fundandi illa ſuper res prędicamentorũ abſolutorum & referendi ſecundum illos aliqd ad aliud,hoc modo. Quia ille reſpectus qui eſt ad aliud eſſe,aut conuenit rei abſolutę ex ſe ſola:& ſic eſt reſpectus prædicamẽti relationis proprie dictę:aut conuenit rei abſolutę non niſi ex connexione quadam ſui cum aliqua re alia:& ſic eſt reſpectus aliorũ ſex prædicamẽtorum. De quibus idcirco H
dicit Boetius in lib.ſuo de trinit. ꝙ maxime ex aliquo alieno aduentu conſtare videnẽ.cuiuſmodi alienum eſt motus aut diſpoſitio acquiſita per motum,Motus enim aut diſpoſitio acquiſita per motum non conuenit mobili niſi coniunctione eius cum mouente & aduentu illius:nec econuerſo cõuenit mouenti niſi ex coniunctione eius cũ mobili & aduentu illius.Et ſecundũ hoc ſex prędicamẽta reſpectiua diſtinguũtur inter ſe,prout in quęſtionibus noſtris ordinariis declarauimus in quadam quęſtione generali de prædicamentis decem:nec oportet hic iterare:quia nõ proprie pertinet ad propoſitũ. ET quia in his ſex prædicamentis res illa ſuper quã fundãtur,inquãtum ſuper illam fundantur,eſt ad aliud ſe habere: vt ſecũdum hoc in his ſex prædicamentis res illa ſuper quã fundantur,inquãtum ſuper illam fundantur,circa ſe rationẽ reſpectus quodãmodo includit quali materialem ad reſpectus in quibus conſiſtit ratio illorum ſex prædicamẽtorum: non ſic autem res ſuper quã fundatur prædicamẽtum relationis,circa ſe talem reſpectũ includit vt ſuper ipſam fundetur reſpectus qui eſt proprius prædicamento relationis:eo ꝙ res ſuper quã fundatur prędicamẽ

Dicitio. tum relationis,inquantum huiuſmodi,omnino abſoluta eſt abſq; ordine ad aliud. Idcirco dico, I
prout ſtatim declarabitur,ꝙ ex hoc,dicta ſex prædicamẽta relationis plus realitatis important & verius eſſe habent q̃ prædicamẽtum relationis.Et vlterius:ꝙ prędicamentũ relationis inter omnia

Ad arg. pri. prædicamẽta debilius eſſe habet.Et ſecũdum hoc,concedenda eſt ſecunda ratio ad hoc probãdum inducta. Ad primã,quæ eſt in oppoſitum:ꝙ relatio verius habet eſſe q̃ alia ſex prædicamenta reſpectiua:quia verius habent eſſe illa in quibus fundatur,q̃ illa in quibus fundãtur alia ſex:Dico ad hoc & ſimul ad declarationẽ iam ſuppoſiti:ꝙ prædicamẽtum reſpectiuum non ex hoc dicitur verius eſſe habere,ꝙ ſuper verius ens fundatur: ſed ſolũmodo ex hoc, ꝙ ab illo verius & perfectius eſſe & realitatẽ trahit.Q̃q̃ ergo relatio ſup verius ens fundeť q̃ alia ſex:ſi tamẽ verius & pfectius illa ſex ab illo ſup qđ fundanť realitatẽ cõtrahãt,nõ impedit qn habeãt veriꝰ eſſe.Qđ reuera ita eſt, qđ & declarãdum eſt ex fundatione reſpectuũ prędicamẽtorũ actionis & paſſionis per motũ. Et ꝓ hoc idem intellígendũ eſt in aliis quatuor:quę ſunt quãdo,quod fundatur in re temporali ex motu & adiacentia temporis,qđ eſt menſura motus,& eius cui tẽpus adiacet,qđ eſt omne exiſtẽs in tẽpore:& vbi,qđ fundatur in re locali ex adiacentia loci ſimpliciter per hoc ꝙ locatum ſimpliciter habet eſſe in loco:& de ſitu,qui fundať in re locali ꝓ hoc ꝙ partes eius diuerſimode ſe habẽt ad locum:& de habitu, qui fundať in habente aliqd/circũſtans ipm corporaliter ex applicatione eiꝰ qđ habetur ad habentem,prout hęc plenius expoſita ſunt in dicta quęſtione generali. De actione igi- I.
tur,& paſſione,vt etiã declaratum eſt in eadem: dico ꝙ veriꝰ eſſe habẽt,q̃ prędicamentũ relatiõis. qm̃ fundamenta relationis,quæ ſunt prædicamẽta abſoluta,& abſolute,ex eo ꝙ ſunt fundamenta illius,& ad hoc ꝙ in eis fundeť relatio,nõ reſpiciunt aliquid aliud a ſe,ſed illa ſolummodo,& prę-
ciſe,& ſic ipſa,quãtum eſt ex ſe,inquantum ſunt ſubiecta relationis,vel fundamẽta/omnino aliena ſunt a natura relationis, & modicũ idcirco ſubintrant rationẽ reſpectus in relatione,quia non niſi quaſi characterizando,& quodãmodo afficiendo.Fundamẽtum autẽ actionis & paſſionis,cuiuſmodi eſt motus,ſemp reſpicit aliquid aliud a ſe,vt in ipſo fundeť reſpectus actionis & paſſionis: quia

reſpicit paſſum vt in ipſo fundatur reſpectus actionis: & ecõuerſo reſpicit agens, vt in ipſo fundatur reſpectus paſſionis: & ſic ſemp plura, inter q̃ eſt relatio fundata in motu. Eſt em̃ ſcđm phm. v. Phyſicoꝝ, motus actus huius, ſ. agentis, quia eſt ab ipſo, in hoc, ſ. in paſſo exiſtens vt in ſubiecto. Et per hoc licet motus ſit ſimpliciter abſolutũ quid, pertinẽs ad p̃dicamentũ abſolutũ quãtitatis, aut qualitatis, aut vniuerſaliter ad prædicamentũ illius rei ad quã eſt motus: tamen vt fundatur in alterutro, ſemp diuerſorũ eſt, quæ diuerſimode reſpicit. Cũ em̃ eſt in aliquo, vt in ſubiecto puta in paſſo, neceſſario cum illo reſpicit aliquid aliud, vt a quo eſt, ſicut agens: & ecõuerſo cũ eſt alicuius vt a quo eſt, neceſſario cũ illo reſpicit aliqd aliud vt in quo eſt aliud differẽs re, vl' ratione: ſed hoc mediante alio extremo, vt in p̃cedẽti Quolibet determinaui de motu voluntatis a ſeipa, & q̃ ſic motus ſemp reſpicit aliqd aliud pręter ſeip̃m, vt in eo fundent reſpect⁹ actiõis, & paſſiõis, in hoc quaſi oĩno ſubintrat rationẽ reſpectus illius q̃ ſup ip̃m fundat. & p̃ hoc vlterius mot⁹ poti⁹ eſt de ſignificato actiõis & paſſiõis, q̃ ſubſtãtia, quãtitas, & qualitas ſit de ſignificato relationis fundatę ſup illã. Actio em̃ eſt motus, vt eſt ab agente, & paſſio eſt idẽ motus, vt recipit in paſſo. Et ꝓpterea ĩ entib⁹ creatis cõtentis ſub p̃dicamẽtis verius eſſe habent actio & paſſio, q̃ relatio: & cõſimili ratione etiã alia quatuor, quia vt dictũ eſt, fundamenta illorũ ſemp aliquid aliud a ſe reſpiciunt, vt in illis reſpe
M ctus importati per ipſa fundẽtur. Qđ autẽ arguitur, q̃ actio & paſſio fundãtur ſuper relationẽ quia ſuper rationẽ actiui, & paſſiui &c. Dico q̃ nõ eſt verum. Non em̃ fundãtur ſuper potentiam actiuam, & paſſiuã, quæ ſunt proprię rationes actiui, & paſſiui, neq̃ etiam ſup relationes de primo genere relationis fundatas in illis, immo fundãtur ſuper motũ ſolũmodo, qui per potẽtiam actiuã ab agente procedit in paſſum, in quo recipitur per potẽtiã paſſiuã. Qui quidẽ motus, quãtũ eſt ex ſe, ſimpliciter abſolutũ eſt, præter hoc, q̃ neceſſario reſpicit aliud a ſe, vt in ipſo fundetur reſpectus actionis, & paſſionis, vt dictũ eſt. Propter eandẽ etiam cauſam illa ſex dicũtur eſſe accidẽtia extrinſecus aduenientia, cum relatio dicat eſſe de accidẽtibus intrinſecus aduenientibus.

Queſt. vi.

Argu. prin. primũ.

Secundum.

Tertium.

In oppoſitũ.

Reſponſio.

Ad arg. prĩ. primũ.

SEquuntur queſita pertinẽtia ad cauſata abſoluta, vbi primo quęrebat vnum de accidẽte. Vtrũ ſcilicet ſit poſſibile ponere plures & diuerſas formas accidẽtales differẽtes ſolo numero ſimul ĩ eodẽ ſubiecto idiuiſibilit. Deinde quęrebant plura alia de ſubſtãtia. Circa illud vnicũ arguit q̃ ſic. Primo ſic. Diuerſa viſibilia, puta alba, vl' lucida, q̃liter multiplicãt ſpecies, ſiue ſil'itudines, ſiue ĩtẽtiões ſuas in eadẽ parte medii: ita q̃ intẽtiõe vni⁹ corrupta ad eius abſentiã manet intentio alterius in illo, hoc autẽ non poſſet eſſe, niſi a diuerſis eſſent diuerſę intẽtiones ſimul in eadẽ parte medii, ergo &c. Secũdo ſic. Si eſſet eadẽ ſpecies ſiue intẽtio ĩ medio diuerſorũ alboꝝ, cũ per illud qđ ab eis diffundit in mediũ, mouẽt viſum: eſſent duo alba, quoꝝ vnũ eſſet magis album, & alterũ minus, æqualiter ergo mouerẽt viſum: & per hoc iudicarẽtur a viſu fore æqualiter alba. cõſequens falſum eſt, ergo &c. Tertio ſic. Philoſophus dicit in. v. Phyſicoꝝ, q̃ duo accidẽtia ĩ eodẽ ſubiecto, puta duę ſanitates: quarũ vna corrumpit in mane: & altera generatur in veſpere, nõ poſſunt eſſe eadem ſanitas numero, & hoc ꝓpter diuerſos motus quib⁹ generatę ſunt, quare cũ diuerſis motibus fiat generatio intẽtiõis ĩ medio a diuerſis albis, ergo &c. In contrariũ eſt, quia accidens non numeratur niſi per ſubiectum, quaſi ſubiecto exiſtente vno, & eodem, & accidẽs eiuſdẽ ſpeciei nõ numerat: ſed eſt idẽ ſcđm numerũ. Dico q̃ cũ ſcđm phm. xii. Metaph. & clarius ſcđm Cõmẽtatorẽ ſuũ ibidẽ, oẽs formę, quę ſunt in primo motore in actu, ſunt in prima materia ĩ potẽtia: & eſt ſermo ſuus ibidẽ de gñabilibus formis, & corruptibilibus: correſpõdẽtiã ergo habent inter ſe eſſe formarũ ſecundũ actum, & ſecũdum potentiam in prima materia. Sunt autem formę in primo motore in actu p̃ rõnes ideales, q̃ ſunt prĩcipia actiua & cognitiua, & productiua illarum. In prima autẽ materia ſunt ĩ potẽtia per potẽtias materię receptiuas, ſiue paſſiuas. Quare cum reſpectu vnius ſpeciei, & omniũ indiuiduoꝝ illius nõ eſt niſi vnica idea in primo motore, qui eſt deus, vt in quodã alio Quolibet determinauim⁹ ſcđm beatũ Auguſt. ſimiliter ergo & in prima materia reſpectu vni⁹ ſpeciei, & omniũ indiuiduorũ illius nõ eſt niſi vnica potẽtia paſſiua, ſiue receptiua. Ex vnica autẽ & eadẽ potẽtia paſſiua in eodem ſcđm numerũ nõ poteſt ꝓduci, aut eſſe ſimul in eodẽ tẽpore plus q̃ vnica forma ſcđm numerũ, quia potẽtia terminat per quẽcũq̃ actũ vnũ ad quẽ eſt. Idcirco igit mihi videt, q̃ plures tales formę differẽtes numero nõ poſſunt ſimul eſſe in
O eodem ſubiecto. Cõcedo igit vltimã rationẽ. Ad primã in contrariũ de intẽtionib⁹ viſibiliũ in medio, propter quas, vt puto, mota fuit queſtio, q̃ diuerſa viſibilia æqualiter multiplicant ſuas ſpecies in eãdẽ partẽ medii, ſic q̃ ſpecies vni⁹ manet ſpecie alteri⁹ corrupta, qđ nõ poſſet eſſe, ſi eſſent eędẽ ſpecies numero: Dico q̃ ſi illa multiplicatio ſpeciei a diuerſis viſibilibus eſſet per migrationẽ alicu

ius pmanẽtis in eſſe ſuo a viſibili in mediũ,aliqd valeret maior illa,nec aliter veritatẽ habere poteſt. Nunc autẽ nõ eſt ita,quia ſcdm Boetiũ ſup Porphyriũ,Accidẽtia perimi poſſunt,alterari autẽ nõ poſſunt.ſ.a ſubiecto in ſubiectũ migrãdo. Nunc autẽ cũ ſpecies viſibiliũ nõ fiant in medio,niſi per naturalem generationẽ de potẽtia medii,& hoc,modo generationis aliarum formarũ materialiũ:li cet debilius eſſe q̃ alię habeant:de eadem autẽ potentia ſub eadem ſpecie,vt dictũ eſt,ſimul in eo dem numero nec eſſe nec generari poſſunt pluſq̃ vna & eadẽ ſpecies numero:impoſſibile eſt ergo, ꝙ diuerſę formæ ſcdm numerũ ſolum etiã a diuerſis agẽtibus,ſiue generãtibus habeant eſſe in ea dem parte medii.Immo qlibet illorũ vniformiter alteri mouet mediũ ad generationẽ ſpeciei ſecũ dũ rationẽ illius vnicę potẽtię,ac ſi ſolũmodo vnũ illorũ moueret,& ſic ad eãdẽ formã ſecundũ nu merum generãdam qlibet illorum ſcdm virtutẽ ſuam mouet, & concurrũt in eundẽ effectũ nu mero: ſicut concurrũt diuerſi trahentes in vnicũ tractum eiuſdẽ nauis ſecundũ numerũ:& diuerſi ignes ad calefaciendũ aquã eandẽ vnico calore ſcdm numerum & gradũ caloris,ad quẽ null⁹ illo rum attingere ꝑ ſe potuiſſet. Qđ autẽ arguit apparẽter contra hoc,ꝙ generatũ ab vno illorũ po teſt corrũpi,nõ corrupto,ſed manẽte eo qđ generatum eſt ab altero:Dico ꝙ non eſt verũ,immo to ta ſpecies vna & eadẽ ꝑ eſſentiã ſecundũ numerum manet ad prẽſentiam vnius generantium il lam,licet minus intenſa,q̃ fuit generata ad præſentiã plurium agẽtium, pro quãto efficacius,& in tenſius mouebãt ad gñationẽ illi⁹ plures ſimul,q̃ vnus,aut pauciores tãtũ.Et hoc quẽadmodũ plu res ſimul intẽſi⁹ mouerẽt nauẽ motu veloci,q̃ qlibet illoꝝ ꝑ ſe,aut pauciores ſimul mouerẽt motu lento.Vñ ſpecies illa gñata ad ꝓſentiã pluriũ,vel pauciorũ generãtiũ illã,& eõſeruãtiũ eã in eſſe,nõ differt niſi ſcdm magis intẽſum,& min⁹ intẽſum,quę vniuerſaliter ī eodẽ ſubiecto ſcdm numerũ

Ad ſecũdũ. nõ poſſunt differre ſcdm nũerũ,ſicut in diuerſis ſubiectis nõ pñt differre ſcdm ſpeciẽ. Ad ſcdm qđ videt directe facere contra iã dicta,ꝙ ſi eadẽ ſpecies eſſet i medio,a magis albo,& min⁹ albo,itu dicarent ergo a viſu fore ęq̃liter alba,dico ꝙ ſpecies rei viſibilis in medio non tm̃ ex hoc mouet ad determinate videndũ aliqđ viſibile,qđ eſt ſpecies ſimpliciter ipſius viſibilis:ſed cũ hoc regrit viſibile in oppoſitione ſecũdũ lineã rectã per illud medium ad pupillã viſus. Vnde ꝑ ſpeciẽ exiſtẽtem in me dio ſecundũ veritatem,& non rectã oppoſitionẽ ad viſum,nullo modo poteſt viſus moueri ad vidẽ dum viſibile a quo generata eſt,dũ illud ex obliquo ſe habet ad pupillam oculi.& ſic non poteſt mo uere viſum ſpecies in medio,niſi ad rectã oppoſitionẽ mediãte illa viſibile habeat ſe reſpectu viſus,ſi cut non poteſt ſpecies ipſum mouere niſi quatenus generata eſt a viſibili ſe habẽte ad talẽ rectã op poſitionẽ.Quare cũ ad rectã talẽ oppoſitionẽ non ſit generata niſi ſecũdũ gradũ intẽſionis reſpõdẽ tis virtuti & intẽſioni viſibilis directe oppoſiti:idcirco ſpecies intenſa a pluribus viſibilibus in me dio ad quodlibet illorũ videndũ mouet ſecũdũ gradũ intẽſionis,in quo nata eſſet gñari a quolibet illorũ ꝑ ſe,& ad nullũ illorũ videndũ mouet ſcdm gradũ toti⁹ intẽſionis ſuę,immo non plus mouet ad videndũ quodlibet illorũ,q̃ moueret ad videndũ aliquod illorũ ſpecies gñata ab illo ſolo.propter qđ per eãdẽ ſpeciẽ bene diuerſimode iudicat de magis albo,& minus albo,& vnũ illorũ iudicat eſſe

Ad ſtertiũ. albius altero. Ad tertiũ,ꝙ non põt eadẽ ſpecies numero in aliquo eodem numero gñari diuerſis motibus,ſicut fit generatio in medio a diuerſis viſibilibus:Dico ꝙ falſum eſt,qñ ſunt mouẽtia vni formiter,& ſimul,vt patet in tractu nauis,& gñatione caloris in aqua,ſicut dictum eſt.& cũ hoc, licet ſimul nõ agerẽt:ſed agẽs poſteri⁹ inueniret manẽs qđ actũ eſt a priore agẽte,vt cõtingere poſ ſet in tractu eiuſdẽ nauis a pluribus ſucceſſiue:& ſimiliter in calefactiõe eiuſdẽ aquę a plurib⁹ ígni bus ſucceſſiue,tamẽ actũ a primo augeretur a ſecundo,& eſt vnum & idem eſſentia. Et ſimiliter ſi vnum albũ primo generaret ſpeciem ſuã in medio per ſe abſq; alio,& maneret,& conſeruaret ſpeci em a ſe generatam in medio,tunc altero albo aduenięte in recta oppoſitione ad illud medium,ſpe ciem illam intendit, & eſt eadem numero a diuerſis motibus,vel ab initio generata,& poſterius au cta.Sed ſi ſint diuerſa mouẽtia idẽ ſubiectũ vel medium,ſucceſſiue prius corrupto gñato ab vno,q̃ ſequat motus ab alio,in hoc caſu ſolum loquitur pñus,& bene,ꝙ non poteſt eſſe eadem forma:pu ta ſanitas corrupta in mane,& regenerata in veſpere.

Queſt.vii. Argu. prin. Equũtur quęſita de ſubſtãtia,vbi quęrebat vnicum pertinens ad ſubſtantiã crea tam gñaliter. Deinde plura pertinẽtia ad diuerſas ſubſtãtias intellectuales crea tas ſpecialiter.Illud vnicũ erat,vtrũ aliquod agẽs creatũ in agendo poſſet attin gere ſubſtantiã primę materiæ.Et arguit ꝙ ſic,hoc modo.Qđ aliquid educit de ſubſtãtia materię,actione ſua attingit illã,quia omne agens attingit illud in qđ agit:ga agẽs & patiẽs debẽt eſſe ſimul,vt dicit in primo de generatiõe.agẽs autẽ creatũ educit ꝑ generationẽ ſubſtãtialẽ formã nõ de ſubiecto exiſtẽte in actu,ſicut educit ꝑ altera-

tionem formã accidentalẽ,ſed de materia exiſtẽte in potẽtia tãtum,vt dicit in eodem.Ipſa em̃ ineſt materię imediate,forma autẽ accidẽtalis nõ ineſt materiæ niſi mediãte forma ſubſtãtiali.ergo &c.

Contra.cum agens naturale nõ ſit niſi quãtum,nõ agit niſi in quãto:quia nõ agit niſi p̃ conta- In oppoſitũ.
ctum,& quãtum non tãgit niſi quãtum.Quãtitas autẽ ſemp in ſubiecto media eſt inter agentẽ &
ſubſtãtiã materiæ.agens autẽ non attingit ſubſtãtiã materiæ,quãdo aliquid aliud eſt mediũ inter
Q ipſã & materiã.ergo &c. Dico q̃ agens naturale in trãſmutatione dicit illud attingere,qđ præ- Reſponſio.
ciſe manet vnũ & idem in tota trãſmutatione,ſcilicet & ſub forma quæ corrũpitur in termino a
quo,& ſub forma quæ producit in termino ad quẽ.Iccirco alterãs dicit attingere ſua actione non
ſubſtãtiã nudã primę materię in ſola potentia exiſtẽtem,ſed ſolũmodo ſubiectũ exiſtens in actu cõ-
poſitũ ex materia & forma ſubſtãtiali.licet em̃ ſubſtãtia materię maneat in alteratiõe,nõ tñ manet
ſola,vt pręciſe vnũ cõmune vtriq̃ termino trãſmutationis. Et ſic idẽ eſt quęrere quid ſit ſubiectũ
cõe manens in tota trãſmutatione,& quęrere quid ſit illud qđ agens ſua actione attingit. Et quia
ſup hoc eſt maior dubitatio in trãſmutatiõe quę eſt gñatio,q̃ in aliis,circa generationẽ ergo q̃ſtio-
R nis difficultatẽ pſequamur pręciſe. Circa gñationẽ aũt variat rñſio ad quæſtionẽ ſecũdũ diuer-
ſos modos ponẽdi modos gñatiõis naturalis:Qui ſunt.vi. quorũ primus eſt ponẽtiũ formarũ lati
tãtiam,qui poſuerũt generationem fieri ſola cõgregatione & ſegregatione partiũ materialium pu
ta atomorũ.Dicebant em̃,q̃ omnia ſcđm formas ſuas eſſent contenta in oĩbus,& cõmixta,puta li-
gnum,lapis,plumbũ,aurum,caro,os,homo,leo,album, nigrum,dulce,amarũ,& cætera huiuſmo-
di,& q̃ generatio nihil aliud eſſet q̃ ad ſupficiem exteriorẽ congregatio partiũ ad eandem formã
pertinẽtiũ,& aliarũ partiũ ſegregatio ab illis ad interius:& q̃ ſic vnũquodq̃ denoĩaretur,puta li-
gnum,vel lapis,aut aliquid cæterorũ,prout partes formas vnius eorum,vel alterius continentes,
abundãtius exterius apparent,ſicut in olla bulliente in qua ſunt cõmixta piſa,faba,vicia,ſeminiũ,
& cæteræ ſpecies leguminũ,quãdoq̃ abundãtius apparẽt ſuperius in orificio ollę piſa,quãdoq̃ fa-
bę,aut aliqđ cæterorũ: & per hoc modo apparet q̃ olla illa cõtineat ſola piſa,modo q̃ ſolas fabas,
& ſic de cæteris. Secũdũ talem modũ ponendi generationẽ dicẽdum eſſet q̃ agens in generatione
ſua actione nõ attingit materię ſubſtãtiam nudam,ſed quoddã admixtũ continẽs in diuerſis par-
S tibus materię ſingulorũ formas. Secũdus eſt ponẽtium gradũ formarũ ſubſtãtialium in quolibet
generabili,& corruptibili,& aliquã formã ſymbolã manentem cõmuniter in gñato,& corrupto,q̃
ponebãt generationẽ fieri per appoſitionẽ formarũ poſteriorũ, quibus generatũ & corruptũ inter
ſe diſtinguuntur. Secũdum talem modũ ponẽdi generationẽ fieri,dicendũ eſſet,q̃ agens in gene-
ratione ſua actione attingit nõ ſubſtãtiam materię,ſed ſubiectũ quoddã cõpoſitũ ex ſubſtãtia ma-
terię,& forma ſubſtãtiali incõpleta,quę eſt forma generaliſſimę ſubſtãtiæ, puta ſubſtãtialitas ſola,
aut cũ hoc forma ſecũdi generis ſub ſubſtãtia,quæ dicit corporeitas. Tale em̃ cõpoſitum ſecũdum
illos manet in tota trãſmutatione gñationis,& ſolũ fiunt gñatio & corruptio ſcđm formas poſte-
riores cõpletiores. Tertiꝰ eſt ponẽtiũ gradus nõ formarũ ſubſtãtialiũ ſcđm ſub & ſupra ſecũdũ di
uerſitatẽ generum & ſpecierũ in linea prędicamẽtali,ſed ponẽtium vnius formę manentis gradus
ſcđm eſſe pfectius & cõpletius penes illã generũ & ſpecierum diuerſitatẽ. qui dicebãt generationẽ
fieri per acquiſitionẽ ex gñatione eſſe pfectius, & cõpletius vſq̃ ad vltimũ cõpletiuum ipſi formæ
manenti. Et ſecũdum talem modum ponendi dicẽdum eſſet,vt iam prius,q̃ agens in generatione
nõ attingit ſubſtãtiam materię,ſed ſubiectũ quoddã cõpoſitum ex ſubſtãtia materię & forma ſub
ſtantiali ſub eſſe incõpletiſſimo cõperens vel gñaliſſimo ſubſtãtię,vel alicui ſub illo. Illud.n.cõpoſi
tum manet,& fit ſolũmodo gñatio ſecũdum eẽ pfectius. Quartus eſt ponẽtium inchoationes for
marũ in materia,quas vocabãt potentias actiuas in materia,pręcedẽtes oĩno trãſmutationẽ genera
tionis,quas quaſi excitatas per actũ generationis ponebãt pullulare in formas pfectas,& ipſas non
eſſe formas,ſed quędã ſemina formarũ.qđ aliqui ponebãt ſenſiſſe Auguſtinũ.Secũdũ iſtos dicẽdum
eſſet q̃ agens in generatione nõ attingeret compoſitũ ex materia & forma,nec nudã ſubſtantiã ma
terię,ſed mediũ quoddã.ſ.ſubſtantiam materiæ cum ſeminario formę. Quintus eſt ponẽtiũ dato-
res formarũ & generationẽ eſſe nõ ꝓductionẽ formę de materia,ſed in materia tm̃, quaſi generatio
non eſſet aliud q̃ creatio formę in materia,prout Auerrois imponit Auicẽnæ,ſcđm quẽ dicẽdũ eẽt
q̃ agẽs ſua actione generãdi attingeret nudã ſubſtãtiã materię: q̃ ſecundũ illum ipſa manet cõmu
nis ſola generato & corrupto. Sextus eſt ponẽtiũ q̃ nihil ſit formę aut ſeminariũ eiꝰ,nec oĩno for-
ma aliqua in generabilibꝰ & corruptibilibus quin ſit gñabile & corruptibile,& q̃ gñatio nõ eſt p̃ ſe
formæ,ſicut nec materiæ,ſed ſolius cõpoſiti ex materia & forma,ſecundũ totũ qđ eſt in illo, manẽ
te ſola ſubſtãtia materię cõmuni in gñato,& corrupto,q̃ ſecũdũ iſtos talis naturæ eſt,q̃ ipſa diſpoſi

ta ad ꝑsentiã agẽtis naturalis sibi ꝓportiõalis,nata sit ſtatĩ affici diſpoſitiõe formali,ad quã ordinat actio agentis: quemadmodum cæra mollis afficitur figura ſigilli ſibi impreſſi.Nec refert,niſi q̃ iſta impreſſio eſt violẽta paſſibili cõtrariãte:illa vero eſt naturalis paſſibili ꝑ naturalẽ obediẽtiã cõferẽte ad impreſſionis ſuſceptiõnẽ,vt ſic quãtũ eſt ex parte materiæ cõferẽtis,forma ſit ab ĩtra:& quãtum eſt ex pte agẽtis ipſa ſit ab extra,vt ſecundum hoc ſit forma partim ab intra, & partim ab extra:ꝑ ut poſuerunt Peripatetici,quorũ poſitionem puto cõtinere verum modum generationis naturalis. Aliorũ aũt poſitiones ꝓtactas ſigillatim reprobare non eſt præſentis intentionis. Secundũ iſtũ vltimũ & verũ modũ ponendi naturalẽ gñationẽ,Dico q̃ agẽs naturale generãs ſua actione attingit purã & nudã ſubſtãtiã prĩæ materiæ abſq; oĩ forma,& formę ſ̃balis inchoatiõe exiſtente:ſic q̃ nihil formę ſ̃balis maneat in materia,q̃d ſit cõe gñato & corrupto:ſed ipſa ſola materia ſubiectũ eſt gñationis nãlis,ex qua generãs ꝓducit cõpoſitũ ex materia & forma:vt ꝓcedit primũ argumẽtũ, q̃d ſecundũ hoc cõcedendũ eſt. Ad argumẽtũ ſecũdũ,q̃d erat in oppoſitũ,ſ.q̃ agẽs naturale,ga eſt quãtũ,non agit niſi in quãto:materia ergo in tota trãſmutatione gñatiõis eſt ſub quãtitate:& ſic agẽs & generãs ſua actione non attingit niſi quãtũ,nõ aũt nudã ſubſtãtiã materiæ,quæ de ſe indiuiſibilis eſt,nõ quãta. ſecundũ ꝓbĩm in.i.Phy.&.iii.Metaph.Dico q̃ reuera ſubſtãtiã materiæ nudã,vt habet eſſe ſub rõne ſimplicis & indiuiſibilis abſq; omni rõne ꝓtibilis eius,q̃d eſt ꝓter ſuã ſubſtãtiã,nullũ agẽs naturale ſua actione attingere põt oĩno de ipſa aliq̃d ꝓducẽdo, aut vſq; ad ipſam aliq̃d corrũpẽdo,& ipſam denudãdo oĩno.Sic enĩ ipſam attingere,& eã denudare, vt etiã maneat in eſſe exiſtentię denudata,ſolũmodo poſſibile eſt agẽti increato.Sed agẽs naturale ipſam ſolũmodo ab omni forma ſubſtãtiali,& etiã accidẽtali determĩata formę ſubſtãtiali denudare põt:nõ tñ ſic,vt ipſo agẽte in exiſtẽtia maneat denudata etiã ꝑ momẽtũ abſq; omni forma ſubſtãtiali:qa nihil corrũpere poteſt niſi generãdo,nec ſic etiã denudare põt,vt omni forma accidẽtali indeterminata ſpolieť. immo neceſſe eſt,vt oẽs diſpoſitiones accidẽtales ſymbolę gñato,& corrupto ſub eſſe indeterminato maneãt.In omni aũt generatiõe diſpoſitio ſymbola vtriq; eſt quãtitas,qa nõ generať,aut corrũpiť niſi quãtũ.Idcirco ergo ĩ oĩi gñatiõe,cõe manẽs gñato & corrupto neceſſario eſt quãtitas ideterminata & ſic neceſſe eſt q̃ ſubiectũ gñationis ſit quãtũ interminatũ,ſiue indeterminatũ,put ꝓcedit argumẽtũ:nec attingit ſubſtãtiã materię nudam ab oĩi diſpoſitiõe formę accidẽtalis,attingit tñ nudã ſubſtãtiã ab oĩi diſpoſitione formę ſubſtãtialis,qua ipſam denudat,nõ ſic tñ,q̃ in aliquo momẽto ſit ſine oĩi forma,put infra in q̃ſtione de cõceptione virginis glorioſę declarabiť. Circa ſubiectum igiť gñationis,eo q̃ oportet q̃ ſit quãtũ,eſt aduertẽdũ:q̃ cũ eẽ quãtitatis cõtinuę,qua ſubiectũ generatiõis oportet eẽ quãtũ,cõſiſtit nõ niſi in rõne dimenſionali, & diuiſibili:rõ autem diuiſibilis dimẽſionalis eſt q̃ habeat ptẽ extra ptẽ:ſcdm igiť duplicem rõnẽ dimẽſionis duplex eſt eẽ quãtitatis cõtinuę.Dimenſio aũt,aut eſt terminata,ſiue determinata ſcdm gradũ,& extenſionẽ penes magnũ & puũ in lõgo & lato & ꝓfundo,aut eſt interminata,ſiue indeterminata ꝑ indifferẽtiã ſe habẽs ad extẽſionẽ in magnũ,& paruũ ſcdm lõgũ,& ſecũdũ latũ,& ſecũdũ ꝓfundũ.Secũdũ hoc ergo eſt vnũ eſſe quãtitatis,quo habet eſſe determinatarũ dimẽſionũ, & aliud quo habet eẽ dimẽſionũ indeterminatarũ.Quorũ primũ nõ habet quãtitas cõtinua,niſi ex cõpoſito ex materia & forma,& nõ niſi a forma ſubſtãtiali,q̃ quãtitas ex ſe nõ eſt determinata.Vñ & ſecũdũ diuerſitatẽ formarũ ſubſtãtialiũ diuerſas habet terminatiões: ga ex pte formę ſubſtãtialis ꝓuenit,q̃ oĩm natura cõſtãtiũ ſtatuta eſt ratio,& termin⁹ magnitudinis,& augmẽti:ſicut dicit.ii.de Aĩa.Determinat.n. ſibi q̃libet forma ſubſtãtialis quãtitatẽ terminatã,ſiue determinatã in mai⁹,ſic q̃ nõ poſſet eẽ aut cõſeruari in maiori:ſiť & in minus,ſic q̃ nõ poſſet eẽ aut cõſeruari in minori.Quãtitatẽ tñ ſimpliť foꝛa q̃libet ſubſtãtialis ſic ſibi determinat, q̃ poſſit eſſe,& cõſeruari in maiori,& minori inter illud maius in termino,& illud min⁹ in termino:ſed tñ nõ niſi in quãto & in diuiſibili.Eſſe aũt ſcdm quãtitas cõtinua haberet etiã ex ſe ſi eẽt ſepata a cõpoſito,& a materia & forma.Et vtrũq; iſtorũ materia habet a quãtitate cõtinua,a qua habet & partibilitatẽ,ſiue diuiſibilitatẽ:cũ ex ſe ſit impartibilis,& indiuiſibilis diuiſibilis tamen & partibilis eſt,vt eſt ſub quãtitate ſcdm ptibilitatem & diuiſibilitatẽ quãtitatis. Vt enim eſt ſub quantitate continua,partes materiæ reſpondent partibus quantitatis. Vnde materia vt eſt ſub quãtitate ſimpliť nõ determinata ꝑ formã ſubſtãtialẽ,interminata ſiue indeterminata eſt ĩ ſuis ptib⁹ materialib⁹:ſicut eſt quãtitas in ſuis ptibus quãtitatiuis.vt vero eſt ſub quãtitate determinata ꝑ formã ſubſtãtialẽ,ipſa ſiliť eſt determinata ĩ ſuis partib⁹:vt eſt ipſa quãtitas.Et ſic agẽs naturale creatũ nõ attingit ſubſtãtiã materię:vt eſt oĩno indiuiſa,& ſimplex,atq; ĩptibilis:ſed ſolũmõ vt eſt ſub rõne quãti indeterminati & partibilis ſub ptib⁹ talis quãti,q̃ ad inſtãs enĩ in quo cõpleť gñatio,& materia ſpoliať vna forma,& induiť alia,illã qua materia induiť ꝓcedũt natura et ſi nõ duratiõe dimẽſiones interminatę in materia,Duratiõe.n.ſicut nunq̃ eſt ſine vna forma ſubſtan

Ad argu. in oppoſitum.

T

V

X

tia aut alia:ſic nunq̃ duratione aliqua tpis aut inſtãtis eſt ſine terminatiõe quãtitatis ab vna forma
Y vel ab alia. Et eſt aduertendũ ꝙ licet ipſum nõ ſit ſubiectũ gñationis ſicut dictũ eſt, niſi ſub ratiõe
quãti interminati:qa tñ quãtitas illa interminata nõ ſequit ad rõnẽ materię:vt ſit ſubiectũ gñatio
nis,tanq̃ cã p ſe,& quaſi ſit aliqd de rõne ſubiecti per ſe:ſed ſolũmõ tanq̃ cã ſine qua nõ poſſet mate
ria habere rõnẽ diuiſibilis,& partẽ extra ptẽ in ſua ſubſtãtia,& ſine qua nõ poſſet oĩno eſſe ſubiectũ
formę naturalis:idcirco ſentiẽdũ eſt ſcdm hoc,ꝙ naturale agẽs nõ attingit ſubſtãtiã, niſi vt eſt ſub
quãtitate interminata:hoc cõtingit p accñs iã dicto mõ, per ſe aũt attigit nudã ſubſtãtiã materiæ:
vt p ſe ſubiectũ gñationis:nõ vt in ſua ſimplicitate exiſtit:ſed vt habet ptes extra partes intermi
natas ſub ptib9 quãtitatis interminatę.qđ tñ nõ eſt niſi attigere p ſe ſolã ſubſtãtiã materię.Vt.n.di
cit phs in fine quarti Metaph.ſi vltima materia ſumat, nihil eſt pter ipſam. Materia eñ ſiue ſuma
tur p cõſiderationẽ ſub rõne ſimplicitatis qua caret ptib9,ſiue ſub rõne ptibilitatis qua habet ptes
extra ptes,ipa nõ eſt aliqd pter ipſã.Et ſic p ſe ſimpl'r & abſolute loquẽdo:Dico ꝙ agẽs naturale ſua
actione attigit ſubſtãtiã materię:licet nõ rõne illi9 ſimplicitatis q̃ illã attigit agẽs ĩcreatũ: ſed ꝙ nõ
attingit niſi quãtũ interminatũ,hoc nõ cõtingit niſi p accidẽs.Et p hoc patẽt ambo obiecta.

Equunt q̃ſita ptinẽtia ad ſubſtãtiã creatã intellectualẽ ſpecial'r.Et erãt q̃dã cõiter ptinẽtia ad quãcũq̃ creaturã ĩtellectualẽ,& q̃dã alia ptinẽtia ꝓprie ad ſolã creatu
rã ĩtellectualẽ,q̃ ẽ hõ.De prio horũ q̃rebãt duo ptinẽtia ad intellectũ:q̃rũ primũ erat:Vtrũ opatio ĩtelligẽdi,qua angelus,vel mẽs hũana intelligit ſe,differat a ſe. Scdm erat.Vtrũ ĩtellectio q̃ ãgel9 aut mẽs hũana ĩtelligit ſe ſit ſibi eſſentialior q̃ illa qua intelligit deũ. ClRca primũ iſtorũ arguit'ꝙ ĩtellectio qua angelus aut mẽs hũana intelligit ſe,nõ differat a ſe:ſic,opatio nõ differt ab opante,niſi aut rõne ĩmediati prĩci
pii elicitiui,aut termini ad quẽ eſt:vt calefactio a calefaciẽte,puta igne,nõ differt niſi aut rõne calo
ris quo elicit,aut calor] q p illã elicit.ambo.n.calores ab igne real'r differũt,a quo ſi nõ differrẽt,nec
calefactio differret ab eodẽ.Sed in ꝓpoſito opatio intelligẽdi neutro mõ differt ab ĩtelligẽte,qa ipſe
ſeipſo ẽ prĩcipiũ elicitiuũ illi9 & termin9 ei9,ergo &c. In cõtrariũ eſt,ꝙ ſcdm Boetiũ ĩ oĩ creatura
Z differũt qđ eſt,& q̃ eſt.Intellect9 aũt eſt ipm qđ eſt,ĩtellectio aũt eſt q̃ formal'r aliqd eſt.ergo &c.Dl
co ꝙ in hac q̃ſtione nõ eſt rõ dubitãdi,niſi apud illos q putãt ꝙ nulla creatura aliqd agat ſua ſub
ſtãtia imediate:vt.ſ.ipſa ſubſtãtia,ſiue eſſentia rei nõ ſit ipa opatiua potẽtia p̃ciſa,& prĩa,& ꝓxima:
ſed ꝙ qcqd agat p aliqd agat,qđ ẽ potẽtia agẽdi differẽs real'r ab ipſo agẽte. Vñ q̃ſtio illa eſt cõtra
illos,q ponũt ꝙ in ĩtellectualib9 potẽtię illę q̃ ſunt ĩtellectus & voluntas, ſunt ipa ſ'ba ĩtelligẽtis &
volẽtis indifferentia ab illa ſcdm rẽ.Illis.n.q ponũt ꝙ nihil creatũ agat ſua ſ'ba,videt ꝙ ſi opatio ſit
aliud a ſ'ba opantis & accñs in illa,ꝙ optet eã elici ab illa p prĩcipiũ qđ ſit etiã accñs eiuſdẽ: qa alit
vt eis videt,opatio nõ põt real'r differre ab operãte.Sed licet ĩ veritate oĩs opatio creaturę ſit accñs
ſ'bę opãtis & ſic real'r aliqd aliud ab ipſa:Alit.n.opãs creatũ natural'r & ſemp eẽt ĩ ope ſuo eodẽ mõ
ſe habẽs & ĩuariabil'r,ſicut cõtingit ĩ opante ĩcreato:hoc aũt falſum ẽ de opãte creato: nõ tñ ex hoc
optet ꝙ opatiua potẽtia etiã real'r differat ab opãte, imo q̃libet foꝛa ſ'balis cõſtituẽs rẽ ĩ eſſe,ſeipſa ẽ
prĩcipiũ alicui9 opationis ſibi eſſentialis iuxta ſcdm modũ dicẽdi p ſe,licet ipſa ſit accñs illi9,& licet
p alia prĩcipia opatiua q̃ accedũt illi,ipſa ſit opatiua aliarũ quarũdã opationũ:q̃ ſũt ſibi accidẽtalia
reſpectu iſti9 prię opatiõis & eſſentialis imediate. Vñ diſtinctionẽ rerũ p formas ſuas ſ'bales q̃ multũ
latẽt ĩ plurimis ne poſſint ĩternoſci qñ hñt eẽ ꝼm illas,& qñ nõ,docet phs cognoſcere ex opib9 illarũ
eẽntialib9 & p ſuas formas ſ'bales imediate elicitas:qñ dicit ĩ fine.iiii.lib.Meteo.ſic ĩqẽs.Vniuerſa de
A terminant ope.q̃.n.poſſunt facere ſuiipſius opus eſt ſingulũ.qđ verũ eſſe nõ põt ęquoce. Sic ergo
dico gñal'r & ſpecial'r ſil'r rñdẽdo ad q̃ſtionẽ ꝓpoſitã,ꝙ q̃cũq̃ opatio creaturę differt ſecũdũ rẽ ab ope
rãte:& ꝙ opatio intelligẽdi angeli,aut mẽtis hũanę real'r differt ab ĩtelligẽte:qa ſoli9 dei eſt,ꝙ in ip
ſo ſunt idẽ ſ'ba & opatio,de quo erit mẽtio amplior in q̃ſtione ſequẽti.Nõ tñ ſoli9 dei eſt ꝙ in ipſo
B nõ differãt ſcdm rẽ ſ'ba & virt9 ſiue potẽtia opandi.Et ſcdm hoc cõcedẽda eſt rõ ſcda. Qđ argui
tur in cõtrariũ:ꝙ opatio nõ differt ab opante niſi rõne prĩcipii elicitiui,aut termini: qa.ſ.alterũ illo
rũ,vel vtrũq̃ differt ſecũdũ rẽ ab opãte:Dico ꝙ hoc nõ eſt verũ,niſi de opatiõe accidẽtali,q̃lis eſt ca
lefactio:quã ignis ſua forma ſubſtãtiali nõ agit niſi mediãte accidẽtali.ſ.calore.Sed pter talẽ opatio
nẽ habet q̃libet res opationẽ aliã eſſentialẽ,quã agit imediate ſua forma eſſentiali,q̃ in corpalib9 ma
nifeſtior eſt ĩ organicis puta in aĩalib9 quo ad opa ſentiẽdi:ſed occultior ĩ mixtis homogenęis:puta
in carne,& oſſe,& adhuc occultior ĩ ſimplicib9 elemẽtis,puta in igne & aqua: & hoc ꝑt ĩ qbuſdã
ex talib9 manifeſtior eſt forma ſubſtãtialis diſtinguẽs & dãs eẽ,q̃ in qbuſdã aliis,ſemp.n. forma ſub
ſtãtialis & ei9 opatio ꝓpria eſſentialis manifeſtiora ſunt in illis q̃ ſunt magis formalia & ꝓpinqora
prĩę formę:& ſunt occultiora in illis q̃ ſunt magis materialia & ꝓpinqora prĩę materiæ,quorũ for

Quæſt. viii.
Quæſt.ix.
Arg. princi.
In oppoſitũ.
Reſponſio.
Creatura nõ eſt ſua opera
tio.
Cõcluſio.
Ad arg.prĩ.

mę ſemp virtute cõtinent in formis eorũ,q̃ ſunt magis formalia.Et ꝓpter idẽ manifeſti⁹ apparet in magis formalib⁹:qñ vnũ illorũ habet eẽ vere,& qñ nõ:ſed ęquoce,q̃ in magis materialib⁹. Vt.n.dicit phs,ſentẽtialiter vbi iã ſupra,caro,vel os,vel alioꝝ homogeneoꝝ vnũqdq̃,ex elemẽtis vt ex materia ſunt.Ex illis.n.vt ex materia ſunt cũcta opa naturę:vt vero in cã foſali ſubſtãtiali ſemp priora cõſtãt in poſteriorib⁹:& oĩno ĩ organicis.Sũt.n.formę elemẽtorũ aquę,ignis, aeris, terræ,virtute in forma mixti homogenei,puta carnis & oſſis,& ſil̃r quodãmõ ſunt formę homogeneorũ in forma organicorũ:puta manus vel pedis hoĩs aut eq.Propter qd magis manifeſtũ eſt de hoĩe mortuo, q̃ ęq uoce eſt hõ,aut de manu defuncti,q̃ ęquoce ſit manus:ſicut & man⁹ lapidea,aut hõ lapideus:q̃ de carne q̃ ſit caro mortua:aut de aq̃ q̃ deficit a ſua foſa:& adhuc hoc minus manifeſtũ eſt de aq̃,aut igne,q̃ de carne,aut oſſe.& hoc qa in iſtis videlicet in igne,aut aq̃ reſpectu carnis,& oſſis,& in carne,& oſſe reſpectu hoĩs aut bouis minime manifeſta eſt cã formalis,eo q̃ ĩ eis plurimũ eſt materiæ & minus formę,velut ſi prima ſumatur materia, ipſa nihil eſt præter ipſam:ſi etiam ſumatur forma ſubſtantialis prima,ipſa etiam nihil eſt præter ipſam.Quæ vero ſunt media,vnũquodq̃ eorum ꝓportionaliter habet minus formę quantum eſt ꝓpinquius primę materię, & plus formæ quãtum ꝓpinqui⁹ eſt primę formę,& vniuerſa hoc ope determinãt:vt quo cognoſcunt qñ ſunt in eẽ formę ſuę vniuoce,& qñ nõ:ſed ęquoce.Quę.n.poſſunt facere ſuiipſius opus, manifeſtũ eſt q̃ ſingulũ coꝝ eſt ſecundũ formã ſuã:quẽadmodũ oculus,qñ videre põt,qñ vero nõ põt videre,manifeſtũ eſt q̃ ęq uoce eſt oculus,quẽadmodũ mortuus,aut lapideus,aut etiã ſerra lignea q̃ nõ põt facere opus ſerræ ęquoce eſt ſerra,& velut imago ſerræ:& ſil̃r caro eſt ęquoce caro,cũ nõ põt exercere ꝓpriũ opus carnis,ſed opus eius minus manifeſtũ eſt,q̃ ſit opus oculi.& adhuc forſan minus manifeſtum eſt opus ignis q̃ carnis,q̃ ex re qñ exiſtat forma ſubſtãtiali vnũqdq̃ taliũ:& qñ minime nõ facile eſt ꝓſpicere: niſi ſolũmõ figurã exiſtẽtis retineãt:quẽadmodũ veterũ corpa mortuorũ,q̃ ſubito ad modicũ tactũ vel flatũ vẽti ĩ cineres,aut puluerẽ deſidũt. C

Ad exẽplũ de igne,

Deſcẽdẽdo igit ad exẽplũ de igne & calefactiõe,aſſũptũ ĩ argumẽto:Dico q̃ ignis licet nõ calefaciat niſi calore,nõ ĩmediate foſa ſubſtãtiali igneitat̃:eo q̃ calefactio ẽ ei⁹ opatio accñtalis & ꝑ accñs:hꝫ tñ aliã opationẽ eẽntialẽ & ꝑ ſe,quã agit ĩmediate,ſ.ignẽ gñare,qd tñ ꝓdicti negãt dicẽtes q̃ ignis nõ gñat ignẽ niſi calore.Quorũ opinionẽ phs tãgẽs in ſecũdo de Gñatione dicit ſic,Qm̃ ĩnatũ eſt,vt ingũt,calidũ qdẽ ſegregare,frigidũ vero cõgregare,& aliorũ vnũqdq̃ hoc qdẽ facer̃:hoc aũt pati:ex his dicũt:& ꝑ hęc oĩa gñari & corrũpi.Quorũ opinio nẽ reꝓhẽdit cõtinue ſubdẽs.Sed potẽtias attribuũt corpi ꝓpter quas generat valde organice,auferẽtes eã q̃ eſt ſcdm ſpeciẽ cauſam,ſ.formalẽ ſubſtãtialẽ,q̃ eſt agẽs verũ & principale in gñatione:cũ forma accidẽtalis nõ ſit niſi agẽs organicũ,& inſtrumẽtale,& hoc nõ in ꝓducẽdo formã ſubſtãtialẽ:illã .n.ſola forma ſubſtãtialis ĩmediate generãdo ꝓducit: ſed ſeparãdo & diſponẽdo materiã tãtũ.Hinc ſup aſſumpto verbo dicit Cõmẽtator,i.nõ faciũt niſi agẽs ĩ gñe inſtrumẽti,nõ agẽs verum.Qd reuera eſt ſola cã foſalis ſubſtãtialis,cui⁹ virtute calidũ & frigidum tẽperate agẽs,cõſtare faciũt materiam,diſponẽtes materiã ad determinatã formę ſubſtãtialis ſuſceptionẽ,q̃ in fine alterationis q̃ materia ſic diſponit̃,inducit̃ actione ſolius formę ſubſtãtialis,puta ignis,cũ debet gñari ignis,aut aq̃,dũ debet gñari aqua,aut eq,dũ debet gñari equus.Propter qd poſt verbũ iã dictũ,addit Cõmẽtator dicẽs.Neceſſe ẽ emm̃ ſi generẽt res:vt habeãt agẽs qd faciat eã ꝑ tẽperamẽtũ.Sic ergo res q̃libet ſua forma ſubſtãtiali aliquã actionẽ ſibi eſſentialẽ agit ꝑ ſe & immediate:etſi aliqñ nõ niſi mediãte actione formę accidẽtalis ad diſpoſitionẽ materię:ſicut dictum eſt:qd cõtingit vl̃r qñ ꝓpria actio formę ſubſtãtialis eſt gñare formã ſibi cõſil̃em de materia.Quando vero habet aliquam aliã actionẽ ſibi ꝓpriam quã appellãt medici a tota ſpecie,puta q̃ magnes attrahit ferrũ,aut herba talis ſiſtit ſanguinẽ,illã forte habet ĩmediate pſente materia ſuſceptibili , vñ q̃cũq̃ res talẽ actionẽ agit preſente materia diſpoſita niſi alias fuerit ĩpedita.Nõ oportet ergo:q̃ qa oĩs opatio accñs eſt:& differt ſcdm rẽ ab operãte,q̃ eliciat ab illo ꝑ principiũ qd eſt accidẽs in eo, aut q̃ ipa opatio nõ ſit accidẽs differens ſcdm rem ab operante:ſed idem penitus cum agente.

Quæſt.ix. Arg. princi.

Circa ſcdm arguit̃,q̃ intellectio qua angelus,aut mẽs intelligũt ſe:ſit ſibi eſſentialior,q̃ ſit intellectio qua intelligũt deũ,ſic, illa opatio rei cuiuſq̃ ſibi eſt eſſentialior quã agit circa obiectũ principali⁹ illi opationi,& etiã ſibi : q̃ ſit illa quã agit circa obiectũ min⁹ principale & opationi & ſibi.Cũ emm̃ actus habeãt diſtingui ꝑ obiecta:magis,& principali⁹ habẽt diſtingui ꝑ obiecta principalia:& magis eſſe ꝑ cõſequẽs,q̃ ab eo habet res eẽ formal̃r:& diſtingui ab aliis.Intellectio qua angelus aut mẽs ĩtelligit ſe eſt hmõi reſpectu ĩtellectionis q̃ intelligit deũ: qa angelus aut mens eſt aliqd creatũ,& habẽs idcirco cpus determinatũ eſſ:ntialiter.Opus aũt determinatũ eſſentialiter,ſeu principal̃r,habet eſſe circa determiatũ obiectũ:& hoc nõ extrinſecũ:qa opatio rei tendẽs extra ſe ad

extrinſecū,nō eſt ei principalis,aut eſſentialis.ga ſecūdū phm.vii.Metaph.eſſentia rei totū ſibi eſſentiale cōprehendit intra ſe.Deus aūt p eſſentiā eſt obiectū extrinſecū angelo,aut mēti, & indeterminatū: ſibi aūt eſt obiectū intrīſecū & determinatū.ergo &c. Cōtra.Illa opatio eſſentialior & principalior eſt opanti,q̄ oīno quietat ipſum ne queat moueri ad aliud opando circa illud,q̄ q̄ non getat ipm:ga nō eſt mot⁹ niſi ppter getē,ſcdm Cōmē.ſup.viii.Phy.Sed itellectio q̄ angelus aut mēs itelligit deū,oīno getat ipm:nō ſic intellectio qua intelligit ſe,dicēte Augu.in principio libri Cōfeſſionū. In oppoſitū

D Dñe feciſti nos ad te,& īgetū eſt cor noſtrū donec regeſcat ī te.ergo &c. Dico ſcdm alias a me determinata in q̄ſtionib⁹ de Quolibet,q̄ angelus aut mēs non intelligit ſe,niſi ſicut alia a ſe:primo.ſ. intelligēdo ſe ſub rōne vniuerſalis ꝓximi ſui.Vniuerſale.n.eſt p ſe & primū obiectū intellectus creati,ſicut ſingulare eſt per ſe & primum obiectum ſenſus.Igit̄ ſi angelus aut mēs intelligit ſe ſub rōne ſingularis,hoc nō eſt prio & īmediate,& q̄ſi directo aſpectu ſcdm lineā rectā:ſed mediāte intellectu vl'is ſui intellecti primo & īmediate:& quaſi aſpectu obliquo ſecundum lineā reflexā,ꝓut determinat phs in.iii.de Aīa.Rōnē aūtē vl'is qua itelligit hoc mō ſe,haurit ex ſua memoria abdita:ſicut & haurit vl'ia q̄b⁹ intelligit alia a ſe.Quorū vniuerſaliū nullū determinat ſibi itellectū ad ſemp mouēdum ipſum:ſed q̄ſq̄ mouet ipſum vnū illorū:q̄ſq̄ aliud,ꝓpter q̄d q̄libet rō intelligendi p rōnē vl'is ſibi eſt accidēs,& nulla eſt p eſſentiā idē q̄d intellect⁹,ſed re differēs ab illo: & hoc nō min⁹ q̄ intelligit ſe,q̄ q̄ intelligit aliud a ſe. Vñ etſi ſecundū Aug.ponat aliqs q̄ intellect⁹ ſemp intelligit ſe quodā abdito actu intelligēdi, illa intellectio accidēs eſt in illo, & p rationē vl'is: quēadmodū & illa intellectio qua ſe quandoq̄ intelligit:& quandoq̄ non intelligit. & neutra illarum eſt idem q̄d ipm intelligēs.Et ſic opatio qua intelligit aliud creatum a ſe, non min⁹ eſt ei eſſentialis,hoc eſt ſubſtātialis:vt intellectio & intellectus ſint idē:q̄ opatio qua intelligit ſe.Et ſi vtraq̄ eſt ipm intelligens vtraq̄ ęqualiter eſt eſſentialis:& etiā ſi intellectio qua intelligit deū eſt ipſum intelligēs,& ipſe fil'r, tunc oīs intellectio eſſet eis eſſentialis intelligenti æque.Aut ſi itellectio qua itelligit ſe, ſit ipm intelligens ſine ſua eſſentia:& intellectio qua intelligit deū,non ſit ſua eſſentia:intellectio qua intelligit ſe,neceſſario eſt ſibi eſſentialior q̄ illa qua intelligit deū.Sēp.n.eſt eſſentialior rei cuiq̄ intellectio illa,q̄ eſt ſua eſſentia,& idē cū intelligēte,q̄ q̄cūq̄ alia q̄ non eſt ſua eſſentia,nec idē cū intelligēte.& hoc loquēdo de eſſentialitate penes tertiū modū ei⁹,q̄d eſt p ſe:l3 aſpiciēdo ad rōnē getādi & nō getādi,q̄ ptinet ad ſecūdū modū dicēdi p ſe,eo q̄ ſunt accidētia opanti creato, eſſentialior eſſet intellectio qua intelligit deū:vt ꝓcedit ſcda obiectio:& bñ.Vnde poſito etiā p impoſſibile q̄ intelligēs ſe ſub rōne ſingularis,intelligeret directo aſpectu ſicut de⁹ intelligit ſeipſum:& cū hoc intellectio eēt p eſſentiā ipſum intelligēs:nec adhuc eſſentialior poſſet dici eſſentialitate ptinēte ad ſecūdū modū dicendi p ſe,intellectio qua intelligit ſe,q̄ illa q̄ intelligit deū:ſicut nec eſſentialior pōt eſſe amatio qua amat ſe,q̄ illa qua amat deū.& hoc ga ī deo vt in obiecto cognito & amato eſt rō oīs veri:& oīs boni:ꝓpter quā quodlibet pōt eſſe cognoſcibile,ſiue intelligibile,aut amabile,ſiue volibile: ita q̄ nihil aliud a deo eſt intelligibile aut volibile,quin ſit cognoſcibile aut amabile,niſi ſub ratione & effigie aliqua primi veri & primi boni q̄d eſt deus.Tale autem in cuius effigie & ratiōe cætera cognoſcunt̄ & amant̄,eſt per ſe primū & eſſentiale obiectū intellect⁹ & volūtatis,eſt etiā eſſentialior & principalior intellectio & volitio qua tale quid intelligit & vult aliquis q̄ quæcunq̄ alia,qua aliud q̄dcūq̄ intelligit & vult.Idcirco igitur dico q̄ ſimpl'r & abſolute principalior atq̄ eſſentialior angelo & menti humanæ intellectio & volitio ſunt qua deum intelligit & vult:q̄ qua intelligit & vult ſe ipſum.Et ſecundum hoc concedenda eſt ratio ſecunda,quę hoc probat & bene,& hoc a cauſa finali Reſponſio

E operis intelligendi:prout hoc idē iā declarauimus a cauſa ſiue ratione intelligendi formali. Ad argumentū in oppoſitū:q̄ intellectio q̄ angelus vel mens hūana itelligit ſe,eſſentialior eſt ſibi , q̄ qua intelligit deum:quia ipſe eſt obiectum principale huius operationis & operantis inquantum eam operatur:Dico q̄ falſum eſt:quia tam ſecundum rationem cauſæ formalis q̄ ſecundum rationem cauſæ finalis deus eſt principale obiectum cuiuſlibet intellectus.Et q̄d arguitur ad illius ꝓbationē q̄ angelus eo q̄ eſt creatū quid habet aliquod obiectum ſuę opationi determīatū, q̄d eſt ei eſſentiale,ſicut & habet eſſentialiter opus determinatum:Dico q̄ verum eſt hoc:q̄ obiectum hoc non eſt niſi deus.Et q̄ aſſumitur q̄ ipſe eſt obiectū indeterminatum: Dico q̄ duplex eſt rei determinatio & ſimiliter indeterminatio.ſ.vna reſpectu aliorum:qua in ſe ita eſt hoc q̄ non aliq̄d aliorum . Alia reſpectu ſuiipſius & eorum quæ ſunt intra ſe,qua eſt tantūdem ita q̄ non amplius . Loquēdo de ſecunda determinatione & indeterminatione reſpectu aliorum intelligibilium, dico q̄ deus eſt obiectum intelligibile determinatum,inquantum.ſ.ita eſt intelligibile q̄ eſt deus q̄ non ſic aliquid alio- Ad arg.pri.

rū intelligibiliū.Loquēdo aūt de determinatiōe & indeterminatiōe ſecūdo mō,nihil eſt determinatū niſi ex eo ꝙ ē limitatū: cuiuſmodi determinatiōe nō eſt aliqd determiatū niſi creatū: & ſic de⁹ ē obiectū intelligibile nō determinatū ſed indetermiatū:& hoc reſpectu ītellect⁹ creati:qa ab ītellectu creato nō pōt de⁹ tātū intelligi,qn adhuc āpli⁹ ſit intelligibilis.& ad tale ītelligibile ideterminatū p ſe pricipal'r & eſſential'r ordinat oīs ītellect⁹ etiā creat⁹.Et ſi eēnt gradus in determinatiōe,quāto ītelligibile eēt magis ideterminatū,& quāto ampli⁹ cōtineret in ſe oēm rōnē itelligibilis, tāto magis eēt p ſe eſſentiale,& pricipale obiectū intellect⁹.Et ſil'r eſt de volibili reſpectu volūtatis.& hoc licet in tellīgens & volēs ſit determinat⁹ vtroq; mō.Intelligēs.n. & volēs creatū p intellectū & volūtatē dī ad aliqd altius,q̄ ſit ipm ſcdm gradū naturę ſuę. & ſic obiectū ītellectiōis & volitiōis ipſius pricipale intellect⁹ creati nō eſt intrinſecū eſſentiæ illi⁹,aut ptinēs ad ipſam, ſed eſt oīno extra illā.Q2 vero arguit ꝙ opatio rei tēdēs ad extrinſecū,nō eſt ei eſſentialis:qa eſſentia rei totū qđ ſibi eſt eſſentiale, cōprehēdit intra ſe:Dico ꝙ eſt eſſentiale quoddā iuxta primū modū dicēdi p ſe,& aliud iuxta modū ſcdm.Eſſentiale rei prio mō vocat ſubſtātiale eidē,qđ nō eſt niſi definitio tota,aut ps definitiōis rei,& de tali eſſentiali verū eſt dictū phi aſſumptū in argumēto de.vii.Metaphy.vbi ad literā loqt de eſſentiali qđ ſignificat p nomē & definitionē,q̄ ābo totū qđ eſt intrīſecū & eſſentiale rei,cōphendūt.Eſſentiale aūt rei ſcdo mō nō eſt ei ſubſtātiale,ſed accidētale:& bñ ē extra ſubſtātiā rei,& extra illud qđ eſt ei eſſentiale primo mō.Aliter.n.nō eēt accidētale,quale eſſentiale eſt ꝓpria paſſio reſpectu ſui ꝓprii ſubiecti,de quali eſſentiali nō loqt ibi phs.Nō.n.cōprehēdit ſub eſſentia rei,q̄ eſt rō indicatiua qđ ei⁹ ē de illa,& tale eſſentiale rei eſt q̄cūq; opatio ei⁹,q̄ cōuenit ei rōne ſuæ formę ſubſtātialis,q̄ eſt actus eius ſecūdus:maxime circa ſuū ꝓpriū p ſe,& primū eius obiectum.

Quæſt.x. Arg. princi.

SEquunt q̄ſita ſpecialiter circa creaturā ītellectualē q̄ eſt hō:vbi q̄rebāt q̄dā ptinētia ad hoiem beatū cōprehēſorē:& q̄dā alia circa hoiem nōdū beatū,ſed viatorē. Illud vnū erat:Vtrū aīa glorioſa reſumpto corpe glorioſo poſſit videre obiectū ſēſibile abſq; ſēſu medio.Et arguit ꝙ ſic hoc mō,qđ pōt aīa beata videre ſine corpore:hoc poterit videre reſūpto corpe glorioſo,qa illud nō erit aliquo mō ipedīmēto aīę in ſua opatiōe:ſed magis iuuamento:qa ſcdm Aug,ipſa p corpis ſui abſentiā a pfecta beatitudine retardat.ſed aīa ſine corpe pōt videre obiectū ſenſibile:qa ipſa bñ cognoſcit illud:ſed hoc nō niſi vidēdo:& abſq; ſenſu medio:qa nō eſt ſenſus niſi ī corpe.ergo &c. Cōtra. Glīa nō mutat ordinē naturę:ſ3 ordo naturę ē ꝙ aīa videre nō pōt ſēſibile ſine ſēſu medio,ergo &c.

In oppoſitū.

Reſponſio.

